




*Finni Jonannæi ... Historia
ecclesiastica Islandiæ*

Finnur Jónsson, Hannes Finnsson

108. d. 1.



1875.



J. F. Kelly

JOHANNES
ex b
calif.

Islandic,
4to. Danish
1772-74



Ann Gordon or Thomas Johnson.

171



FINNUS IOHANNÆUS

*S. S. Theol. D. D. Episc. Skalholt.
Natus 16. Ian. 1704. anno æt. 50.
Symb. Fidei iustus Salvator*

Metz H. J. 1708

FINNI JOHANNÆI

EPISCOPI DIOECESIS SKALHOLTINÆ
IN ISLANDIA,

HISTORIA ECCLESIASTICA ISLANDIÆ,

EX

HISTORIIS, ANNALIBUS, LEGIBUS ECCLESIASTICIS, ALIISQUE RERUM
SEPTENTRIONALIUM MONUMENTIS CONGESTA, ET CONSTITUTIONIBUS
REGUM, BULLIS PONTIFICUM ROMANORUM, STATUTIS CONCILIORUM,
NATIONALIUM ET SYNODORUM PROVINCIALIUM, NEC NON
ARCHIEPISCOPORUM ET EPISCOPORUM EPISTOLIS, EDICTIS ET DECRETIS
MAGISTRATUUM, MULTISQUE PRIVATORUM LITTERIS ET INSTRUMENTIS
MAXIMAM PARTEM HACTENUS INEDITIS, ILLUSTRATA,

T O M U S I.

H A V N I Æ,

TYPIS ORPHANOTROPHII REGII

EXCUDIT GERHARDUS GIESE SALICATH,
MDCCLXXII.

UNIVERSITY OF OXFORD



AUGUSTISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO

CHRISTIANO
SEPTIMO,

DANIÆ, NORVEGIÆ, VANDALORUM,
GOTORUMQVE
REGI.

SLESVICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ
ET DITHMARSIE
DUCI.

COMITI IN OLDENBURG ET
DELMENHORST.

DOMINO SUO LONGE
CLEMENTISSIMO,

UNIVERSITY OF OXFORD



AUGUSTISSIMO ET POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO

CHRISTIANO
SEPTIMO,

DANIÆ, NORVEGIÆ, VANDALORUM,
GOTORUMQVE
REGI.

SLESVICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ
ET DITHMARSIAE
DUCI.

COMITI IN OLDENBURG ET
DELMENHORST.

DOMINO SUO LONGE
CLEMENTISSIMO.

OFFICE OF THE ATTORNEY GENERAL

STATE OF NEW YORK

IN SENATE

January 10, 1911

REPORT OF THE

COMMISSIONERS OF THE LAND OFFICE

FOR THE YEAR 1910

ALBANY:

1911

W. H. BROWN

PRINTED BY THE STATE PRINTING OFFICE

ALBANY, N. Y.

1911

ALBANY: W. H. BROWN

1911

ALBANY: W. H. BROWN

1911

REX AUGUSTISSIME!

Immortalis PATRIS TUI in historiam regnorum & provinciarum SIBI subjectarum, ut in omnes literas, favor, & indenata, mihiqve per *Generalis Ecclesiarum In-*

X 3

spektionis

spektionis Collegium significata voluntas de *Historia Ecclesiastica patriæ meæ Islandiæ* conscribenda, in causa fuere, quod hanc historiam scribere aggressus sum. TUA, REX AUGUSTISSIME! gratia editionem operis, postquam conscriptum erat, sub auspiciis laudati *Collegii* adornandam imperavit, liberalitas promovit.

TIBI ergo summo jure debetur quod hic prodit opus, quippe non mei tantum in PATREM TUUM obsequii, sed TUÆ etiam in literas munificentiae documentum, cujus

cujus ut partem bene magnam antiquiorum
Norvegiæ & Daniæ Regum in Ecclesiam
Islandicam merita constituunt, ita longe
maximam innumera *Stirpis Oldenburgicæ* in
eandem beneficia sibi vindicabunt.

Velis igitur **PRINCIPUM OP-
TIME** hanc de Ecclesiæ Islandicæ conver-
sionibus & fati scriptionem, qua bonas lite-
ras & ecclesiam ipsam foves, conservas, pro-
tegis, clementia suscipere, **TUUM**que ei
& auctori præsidium indulgere.

Faxit

Faxit Deus O. M. ut TIBI rem publicam & ecclesiam, TE auspice indies magis ac magis feliciorum & florentiorum multos in annos videre contingat! Ita jugiter voyet

SACRÆ REGIÆ
MAJESTATIS

*subiectissimus & obsequentissimus
servus*

FINNUS JOHANNÆUS.

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ ISLANDIÆ.

PERIODUS I.

DE INTRODUCTIONE RELIGIONIS CHRISTIANÆ IN ISLANDIAM.

CAP. I.

De Islandia situ, & an veterum Thule sit.

§. I.

Islandia est insula valde montosa pariter ac sinuosa, in mari Caledonio sita sub gradu latitud: 64. 55. Nam Schalholtum, sedes episcopalis, in meridionali Islandia, jacet sub gradu 64. & aliquot min. Hols vero, quæ est sedes episcopalis in boreali Islandia, latitudo circiter 65 gradus 44 min. esse dicitur (a). Ab ortu ad occasum circiter 110 milliaria Germanica, latitudo autem ad 73 extendi perhibetur. A Nidarosia Norvegorum 120 milliaribus, A Grönlandia 60 distare dicitur.

§. 2.

(a) Teste ARNGRIMO JONÆ in *Crymogæa*, L. 1. c. 1. & *Commentario de Islandia* part. 1. pag. 7.

§. 2.

An Islandia, veterum Thule sit, nec ne, hujus loci non est disquirere; disputarunt hac de re Viri doctissimi. Qui negativam tuerentur sententiam, hoc præsertim nituntur argumento, quod Thule antiquissimis scriptoribus nota fuerit; Islandia vero a Norvegis, seculo demum nono inventa sit & habitari cœperit (a). Sed iidem nostratum Annales & monumenta, quæ de Norvegorum in Islandiam infusione, seculo a Salvatoris nativitate nono facta, agunt; etiam insulam nostram non tantum veteribus notam, sed & ab hominibus, christiana imbutis religione frequentatam fuisse testantur.

§. 3.

Hac de re antiquissimus & fide dignus Author *ARIUS POLYHISTOR* ita scribit (b): *Tum temporis hic erant homines christiani, quos Nordmanni Papas vocant; qui, quod vivere hic cum ethnicis nollent, alio migrarunt.* Similiter etiam proœmium antiquissimi libri *LANDNAMÆ* (c): *Sed antequam Islandia habitari (a. Norvegis) cœpit, viri illic erant, quos Norvegi Papas appellant. Christiani hi fuerunt & ex Hibernia advenisse crediti*

- (a) Nimis audester (ut videtur) doctissimi quidam viri Islandiam veteribus notam & Thulen appellatam fuisse negant; nec multo cautiore, qui Pythæ Massiliensis, Plinii, Solini, & aliorum Thules descriptionem in Islandiam ad amantissimè quæstrare putant. Media ergo sententia, quæ ex his emergit, tutissima & forte verissima est: antiquos nimirum quæcumque longe disitam & partim notam regionem, de qua fando aliquid inaudiverant, modo Norvegiam, modo Scottlandicæ insulas, forte & Islandiam aut Grönländiam, Thuleu vocasse, unde *VIRGILIO* ultima, & *STATIO* nigra Thule audit. Pro affirmativa sententia stare videntur, *SAXO GRAMMATICUS*, *ADAMUS BREMENSIS*, *CASAUBONUS* & *JOHANNES IS. PONTANUS*, in *chorograph. Danie descripr.* aliique magno numero. Eorum autem, qui pro negativa pugnant, caput & choryphæus est nostratum doctissimus *ARNGRIMUS JONÆ* in *Crymogæa, Commentario de Islandia*, maxime vero in *Specimine Islandie*, ubi ex instituto contra Pontanum scribit & disputat. Medium vero suam faciunt *BOCHARTUS* *Con. cap. 40.* & *HORNIIUS Orig. Americ. lib. 3. cap. 6.* Ex nostratibus autem ad eandem inclinant Doctiss. Schallholt. Episcopus *BRYNJULFUS SVENONIUS* in *epistola ad Arngrimum Jona dat. Schallholtri 1645. 7 Febr.* & celeberr. Selandalensium Pastor, *PAULUS BJORNONIUS* in *Miscell. N. Test.*

(b) *Sched.* cap. 2:

(c) *Procem. Landnamae.*

crediti sunt. Nam libros Hibernicos, nolas, & lituos reliquerunt, unde colligi potuit, eos ex occidente advenisse. Hæc ad orientem in insula Papey & Papili inveniebantur. In libris etiam Anglicis, navigia tum temporis inter has terras commeasse, leguntur. Præterea idem Auctor testatur (a) *Papas hoscæ prædium Kirkebai in locis mediterraneis situm habitasse*, unde patet eos non semper piscationi intentos circa oram maritimam hæsisse. His consentiunt doctissimi Monachi, GUNNLAUGUS & ODDUS in *Historia Olai Tryeggenis*, Venerabilis Bedæ, & aliorum Anglicæ Historiæ Scriptorum auctoritatem & testimonia allegantes (b).

§. 4.

Ex exoticis Scriptoribus solum tantum adducemus *GEORGIUM HORNIUM*, qui (c), Islandiam ante Norvegos variis gentibus frequentatam fuisse, certa indicia esse dicit, *Krantium* testem adducens, quod post subactam ab Hengisto Britanniam, Frisii in Islandia confederint. Hoc Seculo quinto factum esse oportet, cum certum sit, Hengistum tunc temporis floruisse; at fides tamen hujus rei penes Authorem esto.

A 2

§. 5.

(a) *Landn.* Part. 4. cap. 11. p. 143. Edit. Schalholt.

(b) *Historia Trygg.* Part. 2. cap. 4. p. 10. ubi *BEDAM* testem producent. Si *BEDA* Islandiæ sub Thules nomine mentionem facit, oportet eam Angliis notam fuisse, ad minimum sesquifeculo, antequam a Norvegis inventa fuit, quod omnium consensu factum est Anno Christi 870; Sed floruit Beda ineunte seculo octavo. Et cui quæso erit verisimile, *BEDÆ*, viro sui seculi doctissimo, insulas Angliam circumjacentes ita ignotas fuisse, ut de aliqua earum scriperit, *tantum eam a Britannia distare, ut non minus, quam sex diebus illic navigari possit, nullas illic solisio assivo noctes, & nullas contra per brannu dies.* Et tamen multo minus hæc descriptio Norvegiæ competit, quam Beda certe scivit insulam non esse.

(c) *HORNIIUS Orig. Au.* lib. 3. cap. 6. p. m. 158. Pluribus exoticorum Scriptorum testimoniis adducendis libenter superfedemus, gnari ea a contrariæ sententiæ patronis non admitti; quo referenda sunt: Diploma *LUDOVICI PII* datum Anno 834. in quo Grölandiæ nomen, & Bulla *GREGORII QUARTI* Anno sequenti 835 scripta in qua tam Islandiæ quam Grölandiæ nomen legi dicitur. Nam nostra sententiæ est, Islandiam ante Norvegos, & Grölandiam ante Islandos, aliis populis notam fuisse, sed sub aliis appellationibus; Hodierna autem nomina *Island* & *Gröland* a Norvegis & Islandis imposta esse, ut nostratum Annales testantur, a quibus ne latum quidem unguem didicimus.

§. 5.

Huc etiam facit Arii, de Grönlandia, ab Erico Rufo circa Annum Christi 982 inventa & occupata, verba facientis testimonium. *Invenerunt, inquit, ibi, tam in orientali quam occidentali regionis parte, hominum indicia, scilicet fragmenta & lapides fabrefactos* (a). Nam si ultima septentrionis pars, Grönlandia, ante Islandos aliis populis nota fuit & habitata; quid obstat, quo minus idem de Islandia ante Norvegorum adventum statui queat?

§. 6.

Par verisimilitudine argumentum ab inventione Americæ peti potest. De hac apud antiquos scriptores, antequam ab Hispanis sub initium seculi decimifexti detecta fuit, ne verbum quidem. Interim tamen certum est; Islandos & Grönlandos non tantum eam Americæ, quæ maxime septentrionalis est, partem, sed regionem etiam austro propiorem, quæ brevissimum habet diem horarum 9, sæpius adiisse, ibidemque domos extruxisse, & aliquando integrum triennium hæsisse (b). Quid ergo obstat, quo minus idem de Islandia eadem veri specie statui possit? Scilicet eam ab aliis gentibus, antequam Norvegi eam adierunt, & occuparunt, cog-

nitam

(a) *Schedarum* cap. 6. p. 32. Edit. Havn.

(b) Ante Annum 1000 Arius Mauri filius Reykholensis tempestate abreptus ad Alborum hominum regionem, quam quidam vocant Hiberniam Magnam, quæ non longe abest a Vinlandia illa bona, diciturque sex dierum navigatione, ab Hibernia versus occidentem discurrere, ut expressè testatur *Landnæma* part. 2. cap. 22. pag. 64. Sub idem tempus Biörnus Breidvicensium Athleta Islandiam reliquit, sed post triginta circiter annos in regione quadam Americæ, Guillelmo cuidam Islando, illuc tempestatibus acto, ut Prætor seu Princeps provincie, vitam atque libertatem donavit, amicisque in Islandiam munera transmisit, ut ex *Eyrbyggja* cap. penultimo discimus. De Vinlandia antiquorum, (quæ non procul a Virginia disita fuisse videtur, si non fuit ipsissima Virginia, aut Terra Nova) cuius præter alios mentionem facit *Snorro Sturlæus*, quam Biornus Heriolfi filius primum vidit, sed Leifus Ericifilius deinde adiit, ibidemque hyemavit; similiter etiam paucis post annis, frater ejus Thorvaldus, qui post triennemem ibi mansionem a Skrælingis occisus est; & tandem Thorfinnus Karlfesni, qui pariter ac Thorvaldus ibidem integrum triennium hæsit, legenda sunt scripta Celeberr. & Doctiss. Virorum *Arugimi Jons & Torfai*, qui tamen, an eandem materiam ita tranaverint, ut omne tulerint punctum, sunt qui ambigunt. vid. infra Period. 2. Sec. 1. c. 1. §. 26.

nitam & frequentatam, forte etiam Thulen vocatam fuisse, licet haud clare satis hac de re Authores antiqui scripserint, aut eorum qui scripserunt opera interciderint, & ad nos non pervenerint.

§. 7.

Ex his partim tam claris & indubiæ fidei, partim valde probabilibus argumentis liquet, & Islandiam ante Norvegorum immigrationem aliis populis cognitam, & ab hominibus Christianis frequentatam fuisse, licet mox adventibus Norvegis, hominibus barbaris, crudelibus & idololatriis, cesserint, & eorum furori sese subduxerint.

CAP. II.

De primis Islandia occupatoribus, eorumque religione.

§. I.

Islandia a Norvegis primum habitari coepit temporibus Haraldi Pulchricomi Regis Norvegiæ. Naddoddus pirata quidam Færøensis, domum (vel, ut habet *Cod. stat. Norvegiæ*) versus tendens, ad orientale Islandiæ latus tempestate delatus est. Inde sub autumnum solvens, montium cacumina nivibus obduci animadvertit, ideoque e re nata nomen insulæ fecit *Sníáland*, hoc est *nivosa terra*. Alter Gardarus, natione Suecus, fama, quam de Sníálandia Naddoddus attulerat, impulsus, eam questum ivit, inventamque circumnavigavit, & de suo nomine *Gardarsholm* i e. Gardari insulam insignivit. Tertius Floco, famosus etiam pirata, a corvis quos Norvegiam relinquens assumerat, corvorum Floco vocatus, Islandiam petiit, ibidemque hyemavit; sed cum verno tempore sinum quendam glacie obductum offenderet, tertiam inde nomen insulæ imposuit *Island*, quod etiam neglectis prioribus adhuc retinet. Ingolfus autem vocabatur vir, patria Norvegius, qui primus inde in Islandiam trajecit vere dicitur; idemque anno ætatis Regis Haraldi decimo-sexto factum esse perhibetur.

hibetur (a). Paucis deinde annis, cum omnibus suis in Islandiam migravit; a quo tempore tantus quotidie e Norvegia in Islandiam hominum fiebat transcursus, ut sexaginta annorum spatio, insula habitantibus impleta fuerit (b); ipseque Rex Haraldus, timens, tanta incolarum emigratione regnum suum desolatam iri, lege cavere necessarium duxerit, ne quis eo, nisi solutis sibi quinque uncias, trājeret.

§. 2.

Hi ut reliquos Majorum mores & consuetudines, ita etiam avitam religionem & deorum cultum ex Norvegia in Islandiam transfulerunt, de quo hic prolixè agere instituti ratio vetat. Paucis tamen rem attingere non abs re nostra esse videtur, ut inde elucescat, quantis in tenebris erraverint, quamque abominandam sectati fuerint Majores nostri idololatricam, antequam lux divinæ cognitionis mentes eorum irradiavit; nosque inde ad debitas devotasque grates summo Numini solvendas, quod non vult ullos perire, sed omnes ad agnitionem veritatis, tandemque ad æternam salutem venire, incitemur & inflammemur. Et cum eos tantum deos, illosque tantummodo ethnicæ religionis articulos, indicare animus sit, quos ex indubiæ fidei documentis in hac regione cultos & creditos esse certo scimus; non est, ut quis a nobis totius Theologiæ Gentilis perfectam descriptionem, sed eorum tantum, quæ heic loci invaluerunt, strictam valde & succinctam delineationem expectet. Paucissimis itaque, quos deos majores nostri coluerint, quales eorum antistites, templa, & præcipua dogmata fuerint, indicabimus.

§. 3.

Thorus, cujus adorationem Norvegi in Islandiam introduxerunt, filius fuit magni illius Odini Upsalensis, Asianorum, qui annis circiter

-
- (a) Islandiam a Norvegiæ habitari cœpisse Anno Christi 874 constanter testantur *Landnæma*, *vita Ol. Trygg* ed Isl. part. 2. cap. 5. & *Arngrimus* passim in suis scriptis, quos alii magno numero sequuntur. *ARIUS* vero *scbed* cap. 1. id refert ad Annum 870. ponens tantum numerum rotundum; quæ quadriennii differentia historiæ fidem non evertit; nam in reliquis consentiunt.
- (b) De his cum *Landnæma*, *Specim. Island. Arngrimi*, & novissime *TORFÆUS Hist. Norv.* Tom. 2. p. 93-103. prolixè agant, plures excutere operæ pretium non ducimus.

70 ante nativitatem Christi in terras septentrionales immigrasse, creduntur. Principis, ex matre terra procreatus. Hic robustissimus habebatur omnium Deorum, hominum, gigantum & cycloporum præcipuus terror & pernicies; malleo ad ipsos debellandos instructus, per quem fulminis vis rectissime intelligitur (a).

§. 4.

Idem Thorus, hominis vultum & personam indutus, sui in Norvegia cultus originem Olavum Tryggonis Norvegiæ Regem his verbis docuisse perhibetur: *Terra hæc, Domine, quam præternavigamus, a gigantibus quondam habitata fuit, quibus subito quodam casu deletis, non nisi binæ mulieres ex eo genere supererant. Deinde homines ab oriente venientes hanc regionem incolere ceperunt, quibus ingentes ille sæmina magnas facebant molestias, eosque ad duras conditiones adigebant. Tunc homines ad id auxilii confugerunt, ut hanc rubicundam barbam invocarent, ego autem malleo depromto, illas confeci (b).*

§. 5.

(a) Thorum præter frequentes & tantum non perpetuas gigantomachias, ipsum Jovem septentrionalem faciunt, tum fulmina eum præcedentia, quorum in monomachia Hrugneriana mentionem facit *Edda*, tum nominum communio; unde dies Jovis majoribus nostris Thorsdagr, qui Danis, Germanisque hodiecum Thorsdag & Donnerstag audit; &, quod olim Romæ fuit, Capitolium, Doctiss. BRANDUS Episcopus discrete *Thorsbof* (Thori delubrum) appellat. Nec aliud sibi volunt voces *Reid* & *Reidarslag* quæ fulmen & fulminis idum significant, nec non *Reidarprunna*, quæ ejusdem strepitum & fragorem denotat. Vox enim *Reid* non modo equitandi actum, sed & serpius ipsum cursum veteribus significat. Hæc omnia Thoro, cujus cursum duobus hircis trahi in *Edda* dicitur, eodem modo tribuuntur, ac de Jove canit HORATIUS: *Dnu per purum, tonantes egit equos volveruntque currum.*

(b) Vide vitam Olai Tryggonis, part. 2. cap. 47. p. 186. & ex ea TH. BARTHOLO. Antiq. Dan. lib. 2. c. 5. Ipse autem Thorus in Olai Sancti vita cap. 97. ita describitur: *Idolion ad similitudinem Thori factum, malleum tenens, tanta est stature, ut ejus magnitudinem nemo mortalium superet. Intus est cursum, ara subtus posita, cui sub dio positum insidit; Non deest ornatu aurum, aut argentum: quatuor palles quostilicæ opponuntur, et carnis quantitas panibus congrua, quæ omnia consumit. Has vero fraudes detexit satellitum upus, qui iussu Regis, magna & nodosa, quæ armatus erat, clava, vehementem adeo idum ipsi impexit, ut contracto penitus idolo, iugens murium, læcetarum, insectorumque caterva in conspectum veniret, doceretque præsentem, Thorum suam divinitatem, edendo comprobata, ab aliis mutasse.*

§. 5.

Hunc in Islandiam infusi Norvegi maxime coluerunt, cujus unicuique tantum exemplum huc referam. Circa annum 880. nobilis quidam Norvegus, Thorolfus cognomento Mostrarkegg, iram Haraldus Pulchricomi, quam irritaverat. metuens, in igni adornato sacrificio Thorum consuluit quid factio opus esset, qui ei, ut in Islandiam transmitteret, respondit. Hoc indicio accepto, sarcinas collegit, imprimis vero Thori delubrum, cujus non tantum pleraque ligna, sed & terram, quæ sub idoli sede erat, secum avexit. Islandiæ appropinquans, antea, seu postes anteriores, qui in delubro Thori fuerant, quibusque ejus effigies insculpta fuit, in mare eiecit, voto simul nuncupato, habitaculum sibi futurum, ubi illi appellerent. Hos autem paulo post, quam navi egressus est, in peninsula seu lingua, inde Thorsnes vocata, invenit. Mox villa ædificata, magnificentique delubrum, in quo antea collocavit, intra quos sanctissimum asylum esse putabatur. In adyto autem (nam macerie domus distincta fuit) altare in medio pavimento constituit, cui annulus novem uncias pendens impositus, super quem jurandum, qui etiam Prætori, majoris momenti res capeffenti, gestandus. In eodem etiam altari phiala *Hlautebolle* vocata, inque ea instrumentum, quod *Hlautein* nuncupabant, pistilli aut aspergilli manubriati instar, constitutum, quo, mactatorum Thoro animalium sanguis, qui *Hlaute* dictus fuit, spargebatur; Denique circa altare (aliorum minoris notæ) Deorum simulacra & formæ dispositæ cernebantur. Huic delubro omnes provinciales tributum pendebant, omnesque Prætozem, qui Thori antistitem egit, ad publicos omnes conventus comitari, & satellitum loco stipare tenebantur.

§. 6.

Ipse autem Thorolfus, cui delubri cura incubuit, universum eum tractum, qui Stafaa & Thorfaa interjacet, igne prius lustratum (a) de Thori

(a) Scio equidem esse viros doctissimos, inque illis mihi nunquam sine laude & admiratione nominandum, meum quondam Præceptorem. Perillust. JOH. GRAMMII Augustiss. Dan. & Norr. Reg. a consiliis status, & Havn. Academ. Profess. celeberrimum, qui noluit, majores nostros, agris & pascuis igne lustrasse. vide GRAMMII Diatriben de voce & nomine *Arild* in *Actis Societaz. Havn.* Tom. 3. p. 329 *ARNGRI-MUM*

Thori nomine Thorsnes vocavit, & Thoro consecravit. Lingula est, in
cujus medio monticulus, maxima ex parte præruptus. Hic ipsi adeo sacer
habe-

MUM JONÆ adducit Laudatissimus GRAMMIUS, qui in *Specim. Island.* pag. 60-61
scilicet. 30 in hunc modum scribit: *Obtinuerat consuetudo in legem abiens, ut agrum
suum vel habitationis terminos designaturi, adusti graminis quasi sulcum ducerent, vel
in circuitu, vel ab uno & altero latere, ubi res ita postularer, qui cuiusque possessionem
vel agrum limiteret. Unde jam hic Onundus cum fluxim Jokulsaa eo luci esset imper-
vius, essetque maturato opus, pharetram ignitam (tundarör est in manuscripto) trans
fluxum jaculatus est, e regione sui fundi (cui appellatio fuit Merkigil) agrum sic incensum
vel adusam sibi vendicans, quem terminum Erico non licuit transcendere: Atque hac
ratione vallem Jokulsaalad utringue suam reddidit. Illam vero consuetudinem per
ejusmodi combusti graminis ductum agros & loca limitandi Manus. ita tradit. " Þeir
foru eðle um landnám sitt." Hactenus ARNGRIMUS. Si quæ sentio, effari licet
(quod tantorum nominum pace dictum velim.) dicerem antiquos duplici more &
respectu domos & habitationum terminos igne circumivisse: alter erat mere civilis &
politicus, ideoque ex legis præscripto agendus; alter vero sacer & cæremonialis; quo-
rum quandoque utrumque, quandoque autem alterum tantum adhibuerunt. Hunc
quem ARNGRIMUS ex *Landnama* exscripsit, & sine dubio mere civilem fuisse puta-
vit, nos cæremonialem & sacrum fuisse statumus. Nam de eo *Landnanna.* part. 3.
cap. 8. pag. 99. expresse dicit, Onundum, *sacrificio adornato*, certiore factum de
Erici proposito, ideoque cum annis eo tempore esset impervius, dicto stratagemate
eundem prævenisse; quod sine dubio nihili æstimasset Ericus, si æctus fuisset mere
civilis, & religio non obstidisset. Exemplum habemus Hersteinum Blundketilli filium,
qui simile stratagemata Oddi Tungensis cum nulla obstarer religio, susque dege habuit,
de quo vide *Hensja-Tboreri Sagam* his verbis: " Þeir komu fyrer dag til böiarins (Or-
nólfsdal) " voro þá fallin öll hús í heyma bænum; Nú rídr Oddr at húse einu er ei
" var allt brunni, oc kippir ofan byrkerapti úr húfenu, ridur sidan andfélis um
" húsin med logande brandinn oc mæltte: Her nem ec mer land fyrer því at her
" kalla ec eigi bygdan bólstad, oc heyrí þat vattar þeir er húa eru" : *Ance lucem ad
villam* (Ornólfsdal) *pervenerunt, cum omnia edificia que villam propriè sic dictam
constituebant, corruerant. Oddus adiculam quandam non penitus combustam adequi-
tans, sudem betulinam inde eripit, & villam, contra cursum solis, ardentem illum
titionem manu tenens, circumæggit, dicens: Hic territorium mihi vindico, hic enim vil-
lam inhabitatam esse nego; vos, qui adessis, antestor.* Sed paulo post de Hersteino
Blundketilli filio patrimonium hocce suum recuperante & socero suo emancipante:
" Er þeir mágar komu vestr, skiptu þeir um báltadi, for Gunnar í Ornólfsdal,
" enn Hersteinn tók vid búí á Gunnarstóðum — Gunnar Hlifarston sitr nú
" Ornólfsdal, oc hefer húfat vel." : *Postquam affines isti occidentem versus pervene-
rant, habitacula permustabant, ita ut Gunnarus Ornólfsdalum, Hersteinnus Gunnarsta-
das inhabitaret. — Gunnarus Hlifarí filius Ornólfsdali habitat, & villam edi-
bus pulchre instruxerat.* Sacri hujus æctus meminit quoque *Landnama* part. 5. cap. 2.*

B

pag.

habebatur, ut in eum vel oculos illoto conijcere piaculum esset, nec animal inde abigere, multa minus ibi necare liceret; Heic enim loci, sedem esse beatarum post vitam animarum credidit, unde ei *Helgafell*, montis scilicet *sacri* nomen indidit. In extremitate lingule locus erat causis forensibus tractandis consecratus; tanta munitus sanctitate, ut ibi nec sanguinem fundere, nec alvum laxare liceret. Hoc tamen paulo post Thorulfi mortem, quorundam minus religiosorum temeritate factum legitur, unde alium non longe distantem locum comitiis habendis eligi placuit ubi hodieque conspiciuntur sedilia iudicum, & lapis ad quem dorsum illis, qui sacrificiis destinati erant, frangebant (a).

§. 7.

Freyius, cujus cultus primum in Svecia ortum habuit, unde in Norvegiam & tandem in Islandiam transit, Rex fuit Sveciæ tertius a famosissimo illo Odino, circa aut paulo post initium æræ Christianæ. Hic primus

-
- pag. 151. *Asthornus* Thoro terminos habitationis sue consecravit, nomenque *Thorwork*: Thori campum indidit. Similiter etiam Thorolfum nostrum fecisse autumamus, aliosque, quos brevitatis studiosi hac vice omittimus. Merum civilem seu politice lustrationis igne factæ legem & morem describit *Landnama* part. 5. cap. 1. pag. 148. Cum, qui primi in Islandiam transierant, quantum libuit terræ spatium occupassent, sibi que vindicassent, illis qui postea appulerunt, nimis arcta sibi terræ portio relicta esse videbatur. Ideo Rex Haraldus Pulchri-comus utriusque hanc legem præscripsit, ut nemini latius regionis spatium occupare sibi que vindicare liceret, quam quod uno die cum secis navalibus igne circumire posset. Idque hoc modo, ut sole in oriente constituto (scilicet circa horam 6. matutinam) igne accenso funtus excitaretur, qui ad nossem usque perveniret. Hinc cum ad horam vespertinam sextam progressus esset, alter ignis & funtus, qui a priori loco conspici posset, excitandus erat. Et hæc erat ratio, seu lex civilis, habitationis terminos circumcundi, viis præscripta. Mulieribus autem hanc terram occupantibus alia lex data legitur apud eundem Authorem part. 4. cap. 10. pag. 141. 142. Lex erat mulieribus terram occupantibus posita, ut latius spatium sibi vindicarent, quam binula vacca, cum dies esset longissimus, a soli ortu ad occasum circumducere posset. Civilis, sibi per ignem vindicandi, actus mentionem facit *Vigfuslums Saga* cap. 26. pag. inpr. 234. nam fundus Munkathverfentis Freyo adu religioso dedum consecratus fuisse videtur, ut ex sanctitate loci præstabiliter concludi potest: vid. cap. 19. p. 218, & quamvis actus ille civilis non legali modo processerit, cum tamen vi pacti antea initi factus fuerit, Glumus ei cedere cogebatur.
- (2) Vide *Eyrbyggiam* de Thorolfo ejusque negotiis prolixè agentem. *ARNGRIMUM* in *Crymog.* & *Specim. Island.* ut & *Landnaman.* p. 2. cap. 12. p. 45.

primus Upsalis delubrum condidisse ingentemque thesaurum conges-
sisse perhibetur, unde Svecis gratus adeo & desideratus fuit, ut mortuum
perinde ac priores Reges, Odinum scilicet & Niordum, non combure-
rent, sed ingenti extructo tumulo inferrent; cumque mortem ejus æger-
time ferrent, homines quosdam ei solatio futuros, tumulo una includi
volebant. Quamvis autem, dum in vivis erat, omnibus fuisset amabilis,
nemo tamen cum mortuo esse cupivit; ideoque id consilii ceperunt, ut
binas imagines humanas, ex ligno affabre factas, quibuscum colludendo
tempus falleret, tumulo cum eo includerent. In ipso autem tumulo
fores & tres fenestras fieri curaverunt, per quarum unam aurum, secun-
dam argentum, per tertiam vero ænei nummi in tumulum dejecti (a).

§. 8.

Longo autem elapso temporis tractu, quidam Svecorum, scien-
tes magnam pecuniæ vim tumulo inesse, cujus fores fenestræque jam-
diu occlusæ fuerant, eundem effringere aggressi sunt. Aperto itaque
tumulo, funis auxilio viri aliquot ad fundum ejus descenderunt, ubi ingen-
tem quidem auri argenti que copiam conspexere, sed cum hanc surri-
pere tentarent, tanto terrore perculsi sunt, ut nihil præter duas illas lig-
neas imagines auferre ausi sint, quibus secum sumtis, extracti a suis,
tumulum clauserunt. Ligneas hæc imagines Sveci reverenter excepe-
runt, earumque alteram ipsi pro Deo coluerunt (b). Altera autem in

B 2

Norve-

(a) Vide SNORRONIS STURLÆI *Hist. seu Chron. Norv.* aliosque recentiores cum magno numero sequentes.

(b) *Celberr. BARTHOLINUS Antiq. Dan.* Lib. II. cap. 5. unicuique regno septentrionis, suum, durante ethnacismo, Deum tutelarem assignat, Sveciæ scilicet Freyium, Norvegiæ & Islandiæ Thorum, Daniæ vero Odinum; quod minime ita intelligendum, ac si quavis harum Regionum, nullum, præter nominatum illique assignatum Deum coluerit. De multis contra Islandorum certissimum est, quod Freyio summum habuerint honorem. Ejus sanum Thveraæ in Toparchia Eyjaflordensi memorat *Vigaglums saga* cap. 9. ed. Isl. p. 199. cui etiam universum territorium sacrum fuit, tantaque, non solum fani, sed & totius fundi ad extremos usque terminos sanctitas, ut nemini scelerato intra eosdem morari licuerit. vide cap. 19. p. 218. unde etiam colligitur (quod hic in transcurso monemus) fundum Thveraænsium Freyio non minus sacrum fuisse, quam Thorsnes & Thorsmörk Thoro fuerunt consecrata. In fano etiam, quod Hofi Vatnsdalsium fuit, Freyus præcipue colebatur, tantaque ejus erat

Norvegiam translata fuit, ibique diu & religiose colebatur. Inde Freyia cultus una cum incolis ipsis in Islandiam transiit, ubi haud multo pauciores quam Thorus cultores & delubra nactus est (a).

§. 9.

Famofissimum illud septentrionis Numen *Odinum* ab Islandis divino honore cultum fuisse, negare non audemus, cum ejus rei haud spernenda occurrant indicia (b). Idem de *Freyia* (c), *Niördo* (d), & *Thorgerda Holgabruða* (e) censemus. Majus vero dubium erit de aliis deabus, quæ
Dise

erat religio, ut nulli gladium gestanti illud intrare liceret. Nominantur præterea Thordus & Rafnkillus uterque Freyia Antistes seu Curio dictus; hic in Mulefi, ille vero in Skaptafellenti Toparchia habitans. Et quid attinet singula numerare? Id tantum non omitendum, quod sæpe in uno delubro ingens Deorum caterva culta fuerit. Exemplo sit Thorshof supra a nobis memoratum, ut & delubrum Bessonis in *Droplauge filiorum vita* cap. 26, in quo ad unum latus sedebat Thorus, Freyus, Niördus, aliique Dii masculini, sed ex transverso Frygg, Fraya, & ingens Deorum Difarumque turba. vid. infra §. 12. not. (c). pag. 16.

- (a) Quod ex *Vigaglumi vita*, *Vatnsdala*, *Njala*, aliisque historiis constat.
- (b) Licet nusquam de speciali *Odini* cultu in Islandia (quantum memini) quicquam legitur, generationem tamen ejus mentio facta est ab Olao Tryggvino, in ejusdem *Vita* part. 2. cap. 22. p. 95. cum Kiartano Olai filio Islando hoc modo responderet: *Ex verbis vultuque tuo intelligo, te magis propriis virtutibus & fortitudini confidere, quam Thoro aut Odino*. Ita & in voto Islandorum ibid. cap. 21. pag. 36. *Nauta omnes unanimi consensu concluderunt, Deos votis pro optato vento, qui ipsos a Norvegia ad eburnam regionem ceheret, sollicitandos esse. Votum autem hoc modo conceptum erat, ut pecuniam & trium soldarum (mensura genus est) cerevisiam Freyio offerrent, si in Sveciam navigare possent; Thoro autem vel Odino, si in Islandiam ventum eorum recederet*. Nec minus dilerte se suosque *Odinum* coluisse testatur Halldfredus ejusd. *Hist.* cap. 20.
- (c) De *Freyia*, (quæ omnibus Asis supervixit, ideoque post Freyium Svecorum Antistes, si non Dominus constituta est, & ab iis post mortem in Deorum numerum relata) cultu in Islandia, idem nobis se de *Odino* judicium est. Meminit ejus Hialto Skeggonis, in rhythmo, qui vocatur *Gofgaa*, dicens: *Caniula mihi videtur Freyia, alterurum semper eris Odinus abominatio aut Freyia*: de quo plura infra cap. 8. §. 1.
- (d) *Niördo* templa exstructa & sacrificia oblata fuisse nescimus, sed per ejus numen jaratum fuisse certum est; ut ex *Landnama* part. 4. cap. 7. pag. 138. constat.
- (e) Celebris idoli feminini sexus, quod Thorgerda Horgs. seu Holgabruða vocatur, multa in *Rakonio Norvegie Comitris vita* mentio est, cui cum piratis Jomsburgensibus dimicans filium immolavit. Hanc in Islandia adoratam fuisse extra dubium ponit, *Hörð & Holmu*.

Difæ (a) vocatæ sunt. *Bardus* autem *Snefellsaas* (b), qui in hunc censum veniat, omnino indignus esse videtur. Sed *Sveinfellsaas* (c), *Difæque*, quæ *Thidrandum Halli* filium occiderunt, Dii tantum tutelares certæ cuiusdam genti proprii, fuisse videntur, aliique ejusdem farinae (d).

B 3

§. IO.

et *Holmenfium Vita*, edit. Isl. cap. 18. p. 95; ibi enim *Grimkelo* tota nuncupaturo, objecisse traditur necem fratris sui *Sotonis*, ab *Hördo* ejus filio peractam, quapropter à *Grimkelo*, furore percito, una cum delubro combata fuit, qui & ipse eodem die repentina morte extinctus fertur.

(a) Vox *Difæ* quid significet non una est omnibus sententia. Sunt qui peculiare quoddam muliebris sexus nomen esse contendunt. Sunt & qui *Difærum* nomine quascunque Deas venire autumant. Sunt denique qui *Difæm* nomen esse appellativum sentiunt, idemque significare, quod vocula latina *Virago*, unde composita volunt nomina propria mulierum, *Pardis*, *Freydis*, *Arndis*, a quoque ejusdem generis, quasi, boni ominis ergo, virginem recens natam, vocarent *virginem Thori*, *Freyi* &c. id est *futurem viraginem Freyio aut Thoro dignam*. Sed quicquid sit de nominis *Difæ* significatu, id tamen certum esse putamus, quod sive proprie, sive translate, de virginibus in Deorum numerum relatis usurpatum fuerit; *Difablót* vero, quod exoticis Historiis sæpius memoratur, sacrificium fuisse & epulum in Deorum honorem institutum. Quælia, an unquam in Islandia instituta fuerint, dicere non habemus.

(b) *Historiam de Bardo Snefellsaas* universam fere merum figmentum esse non tantum insigne parachronismi, sed etiam multa futilia & incredibilia, quæ in ea referuntur, satis evincunt. Nostra sententia est, exstitisse forte in Islandia robustum quendam virum nomine *Bardum*, qui filium habuerit *Helgam*; & cum insignis incantator fuerit, a sui similibus magni æstimatum & post mortem invocatum fuisse.

(c) De *Sveinfellsaas* legitur in *Njala*, cum quo *Skarphedinnus Flosken* Theodori nefandam conversationem nona quoque nocte habere, magis vere, quam honeste effutit. Hunc inter minoris notæ numina, quæ *Landvættir* vocabantur, omnino referimus. Fuerunt autem *Landvættir* cuiusvis loci vel regionis Dii tutelares, quorum, ut alibi passim, ita in *Landnæma* part. 4. c. 7. p. 138. mentio injicitur, occasione legum, quibus Islandi sub ethnicismo usi sunt. Harum enim initium fuisse traditur, quod nemini concessum esset ea navi mare trajicere, quæ caput (pro insigni) haberet; & si quæ habuisset, deponendum & auferendum erat caput, ante quam in conspectum regionis ventum esset. Non enim licere aperto ore aut biante rostro terram adnavigare, ne *Landvættir* terrore percellerentur. De his *Landvættis* plura lectu digna promittit *Doctiss. Egerhardi Olavii* dissert. de Superstitione circa ignem subterraneum *Havn. 1751.* edi. cepta. Materiam autem istam elegantissime nuper tractavit *Celeb. ERICI* in *Observat. ad Antiquit. Septentr.* Observe. 2. Ad hanc etiam classem referendus est *Codivæ Armadur* seu *Deus lapidem habitans*, de quo infra, aliique ejusdem farinae.

(d) De Diis quæ *Thidrandum* occiderunt, legenda est *Olai Trygg, vita* part. 2. cap. 57. p. 213. 214. & ex ea *BARTHOLINUS Aur. Dan.* Libr. 3. c. 1. p. 614. 616. *Thidrandum lignorum*

§. IO.

Quam lubentes iis consentimus, qui solem ab Evropæis cultum fuisse asserunt, tam dubii sumus & diffidentes, an Islandi unquam solem couerint, seu divinos illi honores habuerint. Loca & testimonia, quæ ex historiis ad probandam hujus rei veritatem adferri solent, nobis non satisfaciunt (a). Eddæ enim & exoticarum Historiarum exemplis aut assertio-

§. II.

lignorum struem accedens, audivit borealem aræ partem unguis equinis concuti, viditque adesse feminas novem, nigris vestibus indutas, strictosque gladios manibus gestantes. Audivit & australem aræ partem unguis equinis similiter personare, novemque alias feminas adesse, candidas vestes indutas, albis egris insidentes. Cumque in dormitorium regredi vellet, aliis quid vidisset indicaturus, femina nigrum indutæ amictum citius adierat, eumque arvis statim impetebant; Ille vero impetum earum viriliter sustinuit. Aliquanto post Thorballus evigilans, rogavit, utrum Thidrandus vigilaret nec ne? Cumque nullum acciperet responsum, dixit se nimis tardasse. Exibant deinde viri aliquot, qui Thidrandum saucientem invenerunt, eumque in domum retulerunt. Ille de suo casu rogatus, omnia quæ vidisset, enarravit, eodemque mane circa ortum diei mortuus, tumulto, etnico more, illatus est. Deinde explorari fecerunt amici, an quidam forte hostes illo tempore hac via essent profecti, sed frustra, cum nulli quod sciri posset, Thidrandus essent inimici. Hællis autem Thorballi sententiam, de admirando hocce portento, inquiri; Respondit Thorballus: Hoc exacte non scio. Conjicere tarnen licet has non veras feminas sed genios tantum fuisse tuæ prosapia sequaces. Religionis mutationem brevi subsecuturam præfugio, illamque hac meliorem fore, quæ brevi introductur. Hanc mutationem Dæsus busce vestras, præsentî Religioni faventes, prænovisse auguror, perque eam, prosapiam vestram ab iis separatam iri; Ideoque egre tulisse, omni vestra familia penitus privari, ac ideo hunc juvenem in suam partem summississe; Meliores autem Dæsus ei auxiliari laturus fuisse existimo, sed hac vice impeditus. Cæterum eos prosapia vestra emolumento fore crediderim, quos illa venturos præmonstrant, & quos hac tum adhibebis. Hactenus illa.

- (a) Hæc enim de solis creatore, non veto de ipso sole, divino honore affecto, agunt, quod ut clarius elucescat; ipsa adscribam *Landnæwa* part. I. cap. 9. pag. 10. de Thorkillo Mane verba: *Hic, inquit, etnicorum in Islandia, quantum nobis innouit, optime moratus, melius vixerat quam christiani, qui optime vivunt. Moribundus se in aprium constitui iussit, seque ei Deo, commendavit, qui solem creasset. Ita & Auctor *Vatnsdæle* de Thorsteino Ingemundi f. & Thoro ejus fratre: *Ego ex vobis fratribus* (inquit Thorus) *minimi sum pretii, cum furor berserkicus me sapim corripit; vellemque frater tuus mihi prudentia & sollicitudo in hoc depellendo succurreret. Cui Thorstanus paucis interjectis respondit: Vatnu nuncupo ei, qui solem creavit, bene**

erit

§. II.

Quantum dubito, an ignis unquam ab Islandis pro Deo habitus & cultus fuerit, adeo ut nunquam eos aut illi aut ulli ejus vice symbolo divinos tribuisse honores putem; tam certum mihi, saltem verisimile est, eos ignem, quippe ad sacrificia perficienda, & vitam commode traducendam maxime necessarium, magni fecisse. Unde in antiquissimis legibus (a) & historiis (b) *sacri ignis* mentio occurrit.

§. 12.

enim omnium potissimum suspicio, illius honoris ergo, ne infantem nuper expositum honeste educaturum, si malum hoc a te avortat. In utroque hocce loco, omnibusque aliis illis similibus, a viris cordatissimis divinus honor habetur, & vota nuncupantur, non foli, sed solis creatori, quem omnium potentissimum adeoque omnium rerum creatorem esse statuebant, licet ipsis ignotus esset. Imo, cum a sole solis creatorem manifeste distingvant, non video, qui pro vero Deo solem habere potuerint viri sobrie judicantes, præsertim cum similia Finni verba considero. *Olofs Saga*. Lib. 2. cap. 43. pag. 175. Hoc autem modo isti egregie Divi Pauli fidem liberarunt. *Rom. 1. v. 20.*

- (b) Antiquæ leges, teste GUDMUNDO ANDREÆ in *Lexico Bland. Latin. & perillust. GRAMMICO* in *Disquisit. de Voce Arild. Riobenhavensæ Scholæ Strictæ 3. Decr.*, ut & aliis, triplicem nominant ignem legitimum, *arinsellid, byhyla-ellid, & vita-ellid*, per quos quidam ignem *sacrum, domesticum, & eum qui in signum aliquod accensus*, intelligunt, nam *sacram* ignem qui perpetuo in ara fovebatur existisse, locus ex *Bua-Saga* (infra not. b.) adducendus clare docebit, quidam autem per *arinsellid* intelligunt ignem domesticum, qui ad parandum cibum quotidie accendebatur, freti loco *Sturlunga* libr. 4. cap. 50. " *Þeir tóco þar glæðor af arne.* " *Torres de foco sunserunt*, ubi ut sine dubio agitur de foco domestico & communis ita notandum, quod *Sturlunga* scripta sit seculo 13, cum vox *arne* aliam forte acceperat notionem, quam sub gentilismo habuerat. Hinc à vero minimo abesse videntur, qui asserunt vocem *arne* live *arv* primitus & sub gentilismo specialissime notasse *focum sacrum* seu incantamenti destinatum, ita enim in *Vaindala* cap. 26. de incantamentis Liote sciscitantem Thorsteinum Ingemundi dixisse perhibetur: " *Var glædr elldr á arne?* " : *an splenduit ignis in foco?* sed post introductam religionem Christianam & abolicis gentium caeremoniis, eliminatam etiam fuisse hanc speciem vocis notionem, forte etiam, in contemptum prioris religionis, ad focos communes & profanos tantum relegatam fuisse, vero laud est dissonum, ut in pluribus ejusdem farinae factum esse videmus, ex. gr. *ar blóta* quondam sub gentilismo significabat Deos, nunc verbis (vid. *Histor Christianism.* cap. 2.); nunc factis, nunc utroque modo decenter & devote venerari, sed post introductam religionem Christianam, hæc vox in contemptum prioris religionis tantum accipitur de maledictis, diris, & imprecationibus. *Galdur* antiquitus quemvis cantum, nunc autem sola incantamenta denotat, quoniam eadem quondam suaviter canendo exercebantur. *At gánga til Rom* sub Papatu dice-

batur.

§. 12.

Thoro & Freyio, ut propriis & præcipuis regionis diis; templa (o) passim ingentis capacitatis & magni sumtus exstructa & dedicata fuerunt,

batur de illis, qui limina Apostolorum ad conscientiam peccatis exonerandum adibant, sed post Reformationem carillatores hac phrasi de exoneratione ventris abuti cæperunt. Simile quid de pluribus dici posset, quod tam longum est enumerare, quam à scopo nostro alienum. *Hybly elldr* quibusdam est, qui vespere, aut ingruente frigore, ad curam corporum accendebatur, & alias *málelldr* sive *lángelldr* appellatus fuit, vide *Eyrbyggja* cap. 48.

- (b) *Búa Saga* cap. 2. ed. Isl. p. 4. Ante Thori imaginem in delubro Kjalnesensi collocata erat ara seruo cooperta, in qua asserabatur ignis nunquam exstinguendus, quem vocabant *igueni sacrum*.
- (c) Fani Thorulfiani qualem §. 3. dedimus descriptionem *Eyrbyggja* exhibet, sed Kjalnesensis fani descriptio ex *Búasage* cap. 2. Edit. Isl. p. 4. in latinam linguam translata talis est: *Thorgrimus sanium in campo prædium circumdante exstruxit, quod longitudine centum & viginti, latitudine sexaginta pedes patuit, & lege cavit, ut omnes illuc tributum solverent. Ibi Thorus maximo cultu honorabatur. Fævum intus concavum pilei instar, & totum sapetibus ac fenestris conspicuum erat. Ibi Thorus in medio, & reliqua idola utrinque ordine sedebant. Coram Thoro ara erat confisuta affabre facta & superne ferrea lamina obducta, in qua ignis perpetuus, lustralis appellatus, ardebat. In eadem quoque ara armilla erat argentea magni ponderis, Prætori in comitiis omnibus manu gestanda. Hanc omnes delictorum incusatos, si juramento locus esset, tangere oportebat. In eadem præterea ara collocabatur vas ancum rotundum & capsæ, quod sanguinem animalium & hominum Thoro immolatorum exciperet, quem sanguinem Hlaut, vas autem Hlautbolle appellabant. Hoc sanguine homines lustrandi erant, pecunia vero sano persolvenda conviviis destinabatur, que quoties sacrificia peragebantur, institui oportebat, homines autem in hostiam offerendi, in paludem, que præ foribus erat, præcipites erant dandi, quam paludem blótkellda appellabant. At Vasa filiorum Droplange delubrum Bessi Sapientis hoc modo describit, cap. 26. "Deir sí á þar var virke eitt mikit oc hátt, so at Helge gat eigi betr en seilt jamn- hátt því. Deir gengu umhverfis virkit oc var þat kringlótt. Deir fundu híð " á virkinu oc var þar læst grind fyrer oc búit vegliga um." 3: Munimentum quoddam spatiosum & altum, ita ut Helgo vix summum manu pertingere posset, conspicuum. Munimentum circumambulantes, rotundum, porta obserata & splendide ornata instructum esse vident. Et paulo post: "Deir Helge gáuga þá ad hlidenu, brióta " upp oc gánga inni hóft, oc sí þar er líóft, íva hvörge þar skugga á, þar var " allt tialldad oc fetit var þar á báða bekki, oc glóadi allt í gulle oc sylfri. I önd- " vegi á hinn ædra bekk sátu þeir í samfete Freyr oc Þór — Þá snyr Helge " um þvert gólf, þar sátu þar Frygg oc Freya." 3: Helgo cum sociis portam*

æggre.

fuert, quorum numerus facile iniri non potest. Cum autem Islandia omnis in quatuor partes, quarum binæ, meridionalis scilicet & occidentalis, in tres toparchias (a), borealis in quatuor, sed orientalis in duas tantum, divisa fuerit, adeo ut duodecim toparchias univèrsa continuerit Islandia; unum ad minimum delubrum cuilibet toparchiæ assignandum videtur. Præter hæc etiam facella domestica apud viros quosdam opulentos, supra vulgus religiosos, hic illic fuisse consentaneum est, in quibus suam quotidie pietatem testatam facerent, precesque fundere (b).

§. 13.

Horum antistites vocati fuerunt *Godar*, seu deorum ministri, quorum erat, non tantum idola & delubra curare, eorumque jura facta tecta conservare, sed & sacrificiis præesse, ac, ut omnia circa eadem rite decenterque fierent, prospicere. Cumque hi simul civilem jurisdictionem exercerent, communiter *Prætores* appellantur. Hi telonium, quod vocant, delubro debitum a quovis colono pendendum colligebant; eosque ad publicos conventus tendentes, aut judicia exercentes, omnis subjectorum civium univèrsitas stipare tenebatur. Cautum autem erat, ut Prætores, publica negotia exsequentes, annulum sacrum manu gestarent, ad

aggreditur, effringit, sanum intrat, & omnia tam illuminata videt, ut nusquam umbra appareat. Omnia tapetibus erant ornata, & idola utrinque ordine collocata, ubique auri & argenti splendor emicuit. In honoratissima sede uterque Freyus & Thorus junctim sedebant — Helgo ad adversam templi partem tendens, Fryggam & Freyam simul sedentes ascendit. &c.

- (a) *Schedæ* ed. Island. p. 6. *Landnæma* part. 4. cap. 7. p. 138, aliæque monumenta de hac Islandiæ divisione clare testantur; priores, cum impunctæ essent, ipse adire potest curiosus lector.
- (b) Pietatem & devotionem, quam ethnici sæpe ostenderunt, obviam in historiis passim habemus. Thorsteinus Kjaltesensis, primo mane in delubro adorandi causa coram Thoro prostratus occisus est. *Bna Saga* cap. 4. p. 7. 8. Ita & Thorsteinus Gullknappus ante solis ortum a sacello suo reverfus: *Hordi & Holmenfimm vita* cap. 37. pag. 122. Quin tanta multorum fuit pietas, ut reliquos, qui deos eorum adorare nolent, aut remissioris devotionis viderentur, summo prosequerentur odio, tandemque exilio aut morte mulcerent.

C

ad quem etiam, saltem prima vice, seu officium inituri, se omnia bona fide ex legum præscripto acturos esse, jurare debuerunt (a).

§. 14.

Diversi ab his fuerunt *incantatores*, qui magicis artibus sibi amicisque Iterum, inimicis vero damnum afferebant, quorum non una eademque operandi forma, licet omnes ad eundem finem collinearent. Quidam eorum igne & quisquiliis instrumentorum loco usi, propriissime vocati sunt *seidmenn*, id est coctores (b); Quidam *galldrarmenn* seu incantatores, quod carminibus adhibitis negotium perficerent (c). Quidam vero *stólkyngis menn*

(a) Vide *Landtitanam* part. 4. cap. 7. p. 133. *Fyrbyggiam*, aliosque Authores.

(b) *Varnsdæle* de his locus prolixior est, & honestis auribus durior, quam ut hic inseri mereatur; ejus itaque summam & præcipua capita dabimus. *Ingenundi Grandævi* (suo seculo spectatissimi, quem *Hrollaugus*, homo nequissimus, infontem occideret) filii, pro more seculi paternæ ultionis tam cupidi erant, quam *Hrollaugus* ejusque mater *Liota*, pythoniis famosissima, ad eandem accendendam vigilantissimi; quod cum sine arte magica fieri posse desperarent, ad eandem ut sacram antroam confugerunt. Hæc suspicatus *Thorsteinus* *Ingenundi* filius, vir sagacissimus seiscitatur, quid ageretur, opilionem, oves perditas, quo vitius suspectus esset, sese querere causaturum, ad *Hrollangi* ades misit. Ille vero reversus focum multis recentibus pyris, domumque fumo pleuam, & supra focum ingentem vestium acervum, inque illo extremitatem vestimenti rubicundum conspexisse se renunciabat; sed licet ad fores, a quo eodem primo passaverat, ut quædam aperiretur, tantum temporis steterit, quantum duodecim rhythmis recitandis sufficit, ne verbum quidem audivisse. Quo audito, *Thorsteinus*, incantationem seu *seid* hoc tempore factam esse, aut fieri potuisse, conjiciebat; nam rubrum illud vestimentum, *Hrollangi* *seidklæde* seu vestem huic ætati consecratam, fuisse auguratus est; quod & recte præfaguisse evocavit. Qui plura hæc de re cupit, ipsam adeat *Varnsdælam*. Modum autem talem *seid* seu coctionem aut ustulationem faciendi docet *Bua Saga* cap. 4 & 5. ed. Isl. p. 9. 10. de *Ella* pythonissa itidem peritissima agens, licet hæud ipsum incantandi actum, sed ejus potius, ut ajunt, adjuncta describat.

(c) De *Thorleiko* *Hrutum* ulcisci volentem hæc *Laxdæla*: *Thorleikus* deinde *Thorkelum* & *Grimmum* (famofiliosos incantatores *seidmenn*) adiit, rogans, ut *Hrutum* insigni aliquo damno aut ignominia afficiant; qui ad talia paratos se dicentes, noctu villam *Hruti* adierunt, adornataque ingenti coctione (*seid*) eam cum filiis incantare cæperunt. Qui autem in domibus erant, tam dulcem concertantem audire sibi visi sunt, qualem nunquam audivissent. Solus *Hrutus*, quid ageretur, intelligens, vetuit ne quis ea nocte exiret, vinisque somno, quantum possent, abstinere jussit, quod si observarent, periculum evasurus dixit. Omnes tamen somno superati sunt, tandemque, sed sero, ipse *Hrutus*.

Solus

menn & *frólkunniger* item *kunger menn*, ad verbum, *multiscii*, sed revera artibus necromanticis dediti easque exercentes. Hos nunc certis instrumentis, nunc vero sine illis artem exercuisse ex exemplis patet (a). Omnes autem illi reliquis hominibus, seu sanioribus omnibus, etiam ethnicis, horrore, odio & execrationi fuerunt (b).

§. 15.

Horum agmen claudunt *Vole* seu *Prophetiæ*, diversæ a *Disis*, licet forte quoadque, aut in significato vocis translato, aut ab imperitis, ita vocentur: Fæminæ erant fatidicæ, Parcarum instar, fata hominibus, si non statuentes, certe prænunciantes, ideoque his insipientiæ temporibus non tantum in Islandia (c), sed & alibi magni æstimatæ (d).

C 2

§. 16.

Solus Karus Hruti filius, duodecimum agens annum, adolescens optime speci, nam in ea omnia præmatura viscebantur, ideoque patri carissimus, somno se dare nullo modo potuit; sed tædio & impatientia victus, lecto surgit & exiit, imprudensque in incantationis locum incidit (geck á feidinn,) repentinæque morte exstinctus est; nam in ejus perniciem coctio & incantatio adornata erant. Plura ejusdem farinae loc. cit. legi possunt, quo talium curiosos amandamus. Eadem præterea Laxdala refert, hujusmodi incantatores alium incantandi sedile seu tabulatum (feid-biall vocant) erigere solitos, quo ascensio carmina sua cecinerunt.

- (a) Vide *Liosvetninga Sagam* de Thorhillda, Vadla Eckiu seu vidua Vadlensi dicta. *Nordi & Holmensium gesta* cap. 24. 25. 29. p. 104-106 & 111. *Gislonis Sarsonii vitam* cap. 18. p. 150. *Eyrbyggiam* de Katla Holtensi, & alias passim Historias, quas hic tædet enumerare.
- (b) Quot locis de *Seid* & incantationibus agitur, toties etiam bonorum omnium in has artes odium non celatur. Sed præter alia adeunda *Laxdala*, *Eyrbyggia*, *Vatnudala*, aliique magno numero Historiæ.
- (c) Hic, ut alias sæpe, multa adferri possent exempla & testimonia sed brevitati studentes, ne præscriptis nobis terminos egrediamur, unum tantum & alterum, quod rem totam conficit, adscribamus. In Islandia *Volas* fuisse testatur *Laxdala*: *Ibi (in templo Helgafellensi) inventa sunt ossa carulea & fatida. Addita fuerunt instrumenta magica & baculus incantatorius, unde Volam quandam ibi sepultam esse creditum est.*
- (d) In Grönlandiam ex Islandia, una cum religione ipsa, quas Islandi tum temporis haberent, transferunt *Vole*: Notum enim est, Grönlandos fuisse Islandorum coloniam, triginta circiter annis isthuc traductam, antequam ea gererentur, quæ ex *vita Thorfani Karlsfani* cap. 3. transcribo, *BARTH. Ant. Dan* L. 3. c. 4. p. 691. interpretationem

§. 16.

Deos suos majores nostri summo honore prosequuntur, eosdemque absentes invocabant; presentes vero prostrati & supplices adorabant

tionem secutus: *Mulier quædam nomine Thorbiorga in eodem territorio degebat; bæ fatidica fuit, distatque parva Vula Noxæ sorores habuerat, sed illa sola jam superstit.* Thorbiorga per lyemes concivina se præsentare solebat, ab iis, qui de fatis suis rebusque futuris soll'citi erant, invitata. Cuiusque Thorkillus inter primates haberetur, ei cura incumbere videbatur inquirendi, quando instans aunonæ curitas cessatura esset. *Fatidicam itaque ad se invitavit, lauto præhabito apparatu, uti mos erat talem hospitium excipere. Sedes fatidicæ in loco extenso posita erat, substrato pulvinari plumis gallinarum referto; Illa vero viro in occursum ei misso, cumitata, vespere adveniens tali modo instructa fuit; Tunicam caruleam, lapillis a summo ad inum ornatum, induta erat, sphaerulas vitreas collo gestabat, capitis gestamen e pelle agnina nigra erat, subducta interius alba pelle felina. Baculo nitabatur globuluum in summo habente, baculum orichalco ornatus erat, glubulusque capitibus. Zona Hanlaudica se cinxerat, ex qua crumenam magnam suspenderat, in qua magica sua instrumenta servabat. Pedes circumdederat calceis e pelle vitulina birsuta factis: addita fuerunt ligamenta longa & crassa globulis eneis alligata. Chirothecas e pelle felina, albas interius & birsutas, manibus gestabat. Intrantem omnes, uti par esse videbatur, humaniter salutaverunt, ea vero, prout salutantes ei placebant, salutationes excepit. Thorkillus dextram fatidicæ amplexus, eam ad paratam sibi sedem duxit, rogans, ut homines & habitacula oculis lustraret. Illa verborum band parca erat. Mensu tandem instructa, fatidicæ dapes sequentes apposita sunt. Pulmentum e lacte caprino; fereculumque e cordibus variorum animalium, quorum copia erat, confectum. Cochleari ex orichalco mechanatur, cuius manubrium e dente balæne elaboratum erat, duobusque annulis ancis ornatum cuspide inutilium usurpabat. Mensis remotis, Thorkillus Thorbiorgam accessit, interrogans, quid ei videretur de habitaculo & hominibus ibi congregatis, & quam cito ea cognoscendi copia esset, quæ interrogavisset, & quæ ceteris volupe esset scire. Illa negat, se prius hæc dicturum, quam crassima die, ubi noctem illuc peregisset. Crassima die apparatus ille, quo ad magiam suam perficiendam opus habuit instruebatur. Tunc rogavit, ut sciniua sibi acquireretur, quæ carmen huic magis destitutum Vardlokur dictum calleet, nulla autem inveniri potuit. Cumque per vicum quaeretur aliqua hoc carmen callens, Gudrida respondit: Non saga sum nec fatidica, attamen nutrix mea Hallhisa in Islandia carmen me docuit, quod Vardlokur vocavit. Thorkillus dixit. Ergo plura quam credidimus, calles. Gudrida ait: Hoc carmen & bi ritus talia sunt, ut promovere abhorreant, quoniam christiana sum. Thorbiorga, inquit: Attamen in hoc nobis succurrere potes sine religionis tuæ detrimento. Thorkillus autem omnia ad hanc ceremoniam necessaria subiunxerat. Thorbiorga Gudridam mixte rogavit, ut petita faceret; Illa vero dixit se voluntati ejus satisfacturam. Tum*

semine

bant (a): Liberis eorum nomina imposuerunt (b); Quidam liberos illis solenni ritu dederunt & consecrarunt (c); quidam vero agros & universos habitationis terminos (d). Aliquid impetraturi, aut impetrata remuneraturi, boves aut equos iisdem aut consecrarunt, aut immolarunt (e). In

C 3

rebus

femina Thorbiorgam, in editiori tabulato magico sedentem circumcinxerunt; Gndrida vero carmen tam alta & canora voce cecinit, ut praesentes se fructuosorem cantum nunquam audivisse fateantur. Fatidica cantu delectata ei gratias retulit, dixitque, multa de morbis & annonae, percepi. Nunc enim mihi multae res aperta sunt, quae me & alios antea latuere. Famem hanc non diu duraturam esse scio, sed ineunte vere annonae ubertatem redituram. Morbos etiam, qui aliquamdiu huic tractum afflixerunt, brevi fugituros, Tibi vero Gndrida operam quam vobis praestitisti remunerabor; nam satum tua, mihi probe nota, majora sunt, quam quis credidisset. Viro hic in Gronlandia magni nominis nubes, quamvis hoc conjugio non diu fruatur, nam satum tua te in Islandiam reducent, ubi mater eris stipis numerosae & honestae, super quam tuam progeniem radius lucidus lucebit. Jam te mea filia salvere & valere jubeo. Deinde omnes, unus post alterum, fatidicam accesserunt, rogantes, quae scire audeant, quae omnia manifeste praedixit. Paulo post ad aliud habitaculum invitata abiit. Deinde Thorbiornus vocatus rediit, nam domi manere noluit, dum tanta superstitio perageretur. Aeris constitutio, appropinquante vere ad meliorem statum rediit, ut Thorbiorga praedixerat.

- (a) Vide *Hordi & Holvenfium gesta* cap. 37, ubi Thorstenus Gullknappus pronus & prostratus idolum lapideum vel lapidem potius adoravit; & *Kjalnesinga-sagam* cap. 4, ubi Thorsteinus Thorgrimi Thorum prostratus adoravit (supra not. ad §. 12. p. 17).
- (b) Confer viri Doctissimi nobisque amicissimi *JOH. ERICI* in Acad. Soranae juris civis Profess. Dissert. *De nominibus propriis antiquorum* Havni. 1753. in qua hoc argumentum egregie enucleavit. De Thorolfo (quasi Thori Hrolfo) quem supra nominavi, ita loquitur *Eyrbyggja*: *Hrolfus in insula (Mottur) delubrum custodivit, magnusque Thori amicus fuit, unde Thorolfi nomen illi datum. Et paulo post: Thorolfus ex uxore filium suscepit, cui nomen Steinus. Hunc amico suo Thoro dedit, unde Thorsteini nomen sortitus est.*
- (c) Confer locum ex *Eyrbyggja* nuper allatum, quae deinde de Thorsteino refert: *Aestate, qua Thorsteinus viceimum quintum aetatis annum implevit, Thora filium enixa est, qui laustrali aequa tinctus Grimu nomen accepit. Hunc Thorsteinus Thoro consecravit, eumque sacrorum antistitem fore dixit, Thorgrimumque vocavit.*
- (d) Vide *Eyrbyggiam* de Thorolfo universos habitationis terminos igne lustrant & Thoro assignante, ut & *Landnavaum* part. 5. cap. 2. p. 151. supra ad §. 6. adductas.
- (e) De *Rasnkillo Freygodae*; ejus vita hoc modo: *Rasnkillus in sua possessione, quod reliquias praeferebat, animal habuit, eorum neque, coloris ex pallido & fusco mixti, quem Freyfaxum vocaverat, & amico suo Freyo dimidium dederat. Hunc equum tanto amore prosequeretur, ut se occisurum voveret, qui illi se infcio inquireret. Viga Glum. vita cap. 9. p. 199. Antequam Thorhillus de Thveraa discederet, sanum Frey accepit, grandem-*

rebus majoris momenti humanas hostias iis mactarunt, quibus aut spinam fregerunt, aut eos in paludibus suffocarunt, aut etiam præcipites dederunt (a). Per eorum numen jurarunt (b); nec quidquam facile susceperunt operis, quin eos confulerent. Illi autem nunc grata & jucunda, nunc adversa responsa vel signis vel viva voce reddiderunt (c).

§. 17.

Infantes nuper natos aqua asperferunt (d), usque nomina indiderunt,

grandemque & annosum taurum secum ducens, dixit: Freyic! cui diu multumque confusus sum, quique multa a me dona accepisti, semperque bene commorasti, hunc taurum tibi do, cum in finem, ut Glunus non æquiori animo ex hoc prædio discedat, quam ego nunc discedo. Monsivra signo aliquo, utrum accepta tibi sit oblatio nec ne. His dictis Taurus cum ingenti mugitu e vestigio mortuus cecidit. Ille autem magnopere latrabatur, animoque æquiori discessit, cum Deum petitis annuisse hoc indicere crederet.

- (a) Vide *Landnamam* part. 2. cap. 12. pag. 46. de delubro Thormesensi, cui saxum est propinquum, ad quod hominibus sacrificio destinatis spina frangebatur. Et *Kjalnsinga Sagam* cap. 2. p. 4. vid. supra §. 12. Denique *Christindoms Sagam*, quæ cap. 11. pag. 19. præcipites datos monstrat.
- (b) *Landnama* part. 4. cap. 7. pag. 138. hanc eorum sollemnem jurandi formulam refert: *Juro ad annulum juramentum legi conforme, ita mihi propitius sit Freyius, Nioras & omnipotens ille As.*
- (c) Responsa signis data passim occurrunt; sed viva voce reddita fuisse, & ea perumque adversa, testantur Historiæ; ex quibus tantum adducam *Hovdi & Holm. gesta*, cap. 18. pag. 95. ubi Grimkelus, Thorgerda Horgabruda nuptias filæ commendataras, ab eadem viva voce responsum accepisse dicitur; & cap. 37. pag. 122. ubi Indridus sibi audisse visus traditur idolum lapideum, Thorsteinum Gullknapp hinc fuisse allocutum: *Tu nunc ultima vice huc venisti, nam ante solis ortum Indridas te occidet.*
- (d) Vide *SPERLING de Baptismo Ethnicorum.*

Plurimi Eruditorum statuunt, fundamentum & causas baptismi gentium in ipsa eorum religione querendas esse. Celeberr. autem *PONTOPPID. Ann. Eccl. Tom. 1. pag. 5.* statuit eam esse reliquias Christianæ religionis olim in Dania receptæ, quam sententiam Patrum, aliorumque Scriptorum Hist. Eccl. testimonio, si non perfecte probat, saltem verosimilem facit, quem sequitur *Christoph. Dietericus Friedericch* in *Disput. De Baptismo veterum Havnæ 1754.*

Nostra autem sententia est, ejus causas & originem non unice in gentium Theologiæ natura & fundamentis querendam esse, sed si non est reliquiæ religionis christi.

christianæ in septentrione olim prædicatæ, solum ad imitationem christianorum institutum & introductum fuisse, quod ut credamus, his potissimum inducimus rationibus.

1) Quia, quantum scimus, nec in antiquissimis Historiis, nec in ullo antiquo gentium religionis systemate, aut ante, aut post Christi nativitatem occurrit, adeo, ut de eo sit altissimum silentium, usque ad seculum septimum, aut octavum post Domini nativitatem, quod, quomodo fieri potuerit, si antiquitas in usu facit, non intelligimus.

2) Plurima religionis dogmata & mysteria, quæ in fabulis *Edda*, aliisque antiquis septentrionalium historiis occurrunt, ex religione christiana aut sacra scriptura deprompta esse, licet figmentis impie turpiterque conspurcata, ac insulis fabulis involuta, res ipsa loquitur, quæ omnia hic enumerare ratio operis non permittit, sed hæc vice quædam nominasse aut digito quasi monstrasse, sufficere putamus, qualia sunt in *Edda*:

1) *Altus, Pariter Altus & Tertius Altus.* Quæ unde petita, aut ad cujus imitationem proposita sint, nemo non videt. Fab. 2.

2) *Odinus omnium pater;* Ejus filius Thorus omnium fortissimus, qui cum ingenti serpente pugans, ejus quidem veneno occubuit, sed postea vixit & victoriam reportavit. Fab. 3. 19. 48. Conf. *Eph.* 3. v. 15. & Cap. 4. v. 6.

3) Multa Odini nomina & epitheta ibi recensentur, quæ plerumque cum illis congruunt, quæ sacra scriptura Deo tribuit.

4) *Niarfus Gigas* fuit pater Noctis, Nox mater Diei, quos omnium pater in cælo collocavit, ita ut illa præcedat, hæc sequatur. Fab. 1. 8. Quæ quidem obscuriora sunt, sed desumpta ut puto ex *Gen.* 1. v. 2. & 3. ubi primo abyssus memoratur, deinde tenebræ, & tandem lux ex tenebris cornicans Conf. 1 *Cor.* 4. v. 6. Per *Niarfum* Gigantem intelligendus est abyssus seu oceanus. Hinc *Niarfajund*, fretum per quod *Niarfe*, idest Oceanus, in mare mediterraneum ingreditur.

5) *Balderus* aut *Forsete*, qui omnia juste judicat, omnesque controversias tollit. Fab. 20. 25. Conf. *Pf.* 96. v. 13. & *Alf.* 17. v. 31. & alibi passim.

6) *Tres calorum aula.* Fab. 15. Conf. 2 *Cor.* 12. v. 2.

7) *Valhællæ 500 porta.* Fab. 35. Conf. *Apoc.* 21. v. 12. & *Ezech.* 48.

8) *Gigantum filie hominibus nuptæ auream ætatem pessundantes.* Fab. 12. Conf. *Gen.* 6. v. 2.

9) *Stimulus* in capite Thori, a quo magnopere liberari cupiebat. Fab. 55. Conf. 2 *Cor.* 12. v. 7. & seqq.

10) *Caris Garmis compedibus vinculus,* & ex iisdem solutus. Fab. 48. Conf. 2 *Pet.* 2. v. 4. & *Apoc.* 20. v. 7.

11) *Gimle* seu *locus beatorum* & ejus splendor. Fab. 3. 15. Conf. *Apoc.* 21.

12) *Ná-*

derunt, si modo non essent exponendi; Nam eosdem exponere, non tantum

12) Nálfründ seu *locus malorum*. Fab. 49. Conf. *Ef. 66. & Matth. 22. Apoc. 20.*

13) *Consumatio seculi* & reditus Thori. Fab. 48. Conf. *Matth. 24. v. 27. & 2 Pet. 3. v. 10.*

14) *Duodecim Diar* 3: iudices, duodecim sellis sedentes. Fab. 12. 18. Conf. *Matth. 19. v. 28.*

15) *Novum calum & nova terra*. Fab. 49. Conf. *2 Pet. 3. v. 13.*

Quis non videt omnia hæc & multo plura, quæ brevitati studentes omisimus, & sacra scriptura deprompta, sed fabulis involuta & gentilissimi impio fermento turpiter conspurcata esse; Nec quoniam movere debet eorum objectio, qui dicunt, hoc impossibile esse, cum *Edda*, aliæque nostræ Antiquitates conscriptæ sint diebus Odini aut paulo post; ad minimum ante evangelium in septentrione prædicatum, cum hæc assertio debili valde nitatur fundamento, imo nostro iudicio manifeste erronea sit, ut argumentis ex ipsis *Eddarum* odis & fabulis desumptis, abunde probari potest, quorum præter nuper producta, unum tantum aut alterum hic adferemus.

1) Ex *Edda semundina*, cujus odæ licet summam præ se ferant antiquitatem, varia tamen in illis occurrunt, quæ eorum novitatem produunt, expresse enim christianorum mentionem facit *Gróngalldur* hoc modo: " Þan gel eg þer en átra ef þig " úte nemur nótt á nið vegi. at því fyrr mege at þer til meins gera kristinn dauð " kona " 3: vertente *BARTHOLINO*: *octavam incantationem coram te præfero, ut si forte nox tibi iter facienti superveniat, eo minus nocere possit christiana mortua femina*. Ideoque ipse *BARTHOLINUS*, acerrimus Antiquitatum propugnator, hanc octavam post Christi nativitatem conscriptam esse fatetur, vide *Antiq. Dan.* pag. 193. Præterea *Brynildar Liód* de sepultura ita loquuntur: " Haug skal gíðra lívinn er þvo " hendr og höfuð. kenubá og þerá ádr fati í kistu, og bidda íslann fofa. " id est: *Mortuus tumulus construendus est, monus ejus lavanda sunt, sed caput comendum, deinde (corpus) tergendum antequam loculo includitur, & orandum ut beatus dormiat*; Ubi probe notandum, mentionem fieri (a) loculi aut sandapilæ, (ß) comitus & lotionis funerum, (γ) mortem vocari beatum somnum, quæ omnia christianos sapienter ritus ac religionem, nam septentrionales sub gentilissimo tumulati quidem fuerunt, sed loculis haud quaquam includebantur. Deinde cruor & sanguis minime corporibus abluebatur, squalidi enim & cruore perfusi tumulari, ac Odini aulam intrare voluerunt. Tandem mors illis non fuit beatus somnus, sed translatio ex hac vita in valhallam, ubi quotidianis commensationibus aut equestribus exercitiis operam dabant.

Pari modo in *Gudrunar kvíða* mentio fit ordalii seu juris iurandi per candentem lapidem vulgo *ketilsuk*, christianis usitatissimi: " Þer mun ek alls þess eids " vinna at hinum hviða helga steini &c. " 3: *Tibi me iurejurando purgabo per alium illum consecratum lapidem*. " Sia hundrut mauna í lal gengo. áþr kven Kon-

" þugs

" ſings i ketel take &c. " - h. e. *Septingenti viri a lem intrarunt, antequam uxor regia lebeti manum immitteret.* Quæ aut a Christianis Gudrunæ aſſiſta ſunt, aut ſi veritas narratur, ſeptentrio hunc morem a propinquis Gallis accepit, dudum chriſtiana religione & ritibus imbutis, in quorum vicinia degerat; taceo, quod ejus prior maritus *Sigurdus Faſnivricida* a quibusdam ſemichriſtianis aut crucis ſigno notatus fuiſſe perhibeatur.

2) Ex *Edda Snorronis*, quæ inter plura ejusdem farinae refert, Odinum, Lokum & Heinerum hoſpicio exceptos fuiſſe a Hreidmaro patre Faſneri, Oturi & Regini, ſed Oturum ab illis occiſum fuiſſe &c.; jam vero Faſnerus & Reginus ſuerunt Sigurdo Faſnericidæ corvi, uterque enim ab eo occiſus fuiſſe dicitur. Sigurdus vero floruit ſeculo ſeptimo aut ineunte octavo, ut vult doctiſſimus *TORFÆUS* in *Ser. Reg. Dan.* Simile quid ex Hogini, Hedinæ & Hildæ Historia erui poteſt; Horum *Edda* tab. 66. aliæque antiquiſſimæ hitoriz, ut Odini cœtaneorum mentionem faciunt, Hildamque ut Bellonam, bellis ac præliis ab Odino præſectam celebrant, unde ipſius nomen iſtipiſſime pro præliis accipitur, ſed eam ſeculo demum ſexto vixiſſe, laudatus vir teſtatur *App. Ser. Reg. Dan.* pag. 491.

Ibidem etiam docet Hoginum & Hildam Hrolfo Krakio fuiſſe ætate inferiores, ſed nihil minus (ut inſcitia aut impudentia poetica finxit) Bodvarus Biarkius, Hrolfi Regis militum fortiſſimus, in Canticò *Biarkamal bin forno* Hildæ mentionem faciens introducitur " Vekat ek ydr at vini ne viſfrunom, helldr vek ek yþr at hõrdum " hilldarleike " vid. *BARTH. Antiq. Dan. & vit. Olai Craffi* cap. 167, nec tacendum quod ipſe Odinus de viro chriſtiano Hoginum & Hedinum occiſuro loquens introducitur: *vit. Trygg.* Part. 2. cap. 17. quodque Hedinus fuiſſe dicitur imperator Saracenorum ſeu Rex Serklandiæ, qui viginti ſubjugaverit Reges, cum Saracenorum nomen ſeculo demum ſexto in orbe celebrari cœperit.

3) Sicco denique prætereo pede vocum notiones & loquendi modos mere chriſtiano theologicos, ut " hætt er heimskviþr, " *non credendum mundi adulationibus aut teſtimoniis*, ubi mundus ſumitur pro hominum fallacia.

Bianac, *benedictio cum manuum impoſitione*, at ſigna (a lat. ſigno) *crucis ſigno notare*; & plurima alia quæ paſſim in antiquiſſimis monumentis obvia ſunt. Illuſtre etiam eſt dictum & exemplum Aſlaugæ uxoris Ragnari Lodbrok, maritum a præpropero congreſſu inhiſcentis, ſacra enim Numina prius placanda eſſe. Quod valde ſapit exemplum Tobiz cap. 8. v. 4. Hæc enim ſi rite penſentur & accurate conſiderentur, abunde docent *Eddam* utramque, aliasque cantilenas & monumenta hitorica haudquaquam tantæ eſſe antiqvitatis, ut præ ſe ferunt, ac a viris doctiſſimis tam noſtratibus quam alienigenis credita ſunt. Sed poſt ſeculum ſextum & ſeptimum, imo poſt religionem chriſtianam in ſeptentrione notam, e gentilibus quibusdam, qui ex converſatione cum chriſtianis vel ſemichriſtianis guſtum aliquem veræ religionis imberbant, vel etiam ab impio quodam apoſtata aut religionis deriſore conſectas fuiſſe, qui ethnice religionis inſpidam ſtultitiam myſteriis ſacris ornare & condire voluiſſe videtur, nam ut chriſtianiſ talem impiam mixturam & verbi divini abuſum imputent, haudquaquam adduci poſſunt; unde, ut ex aliis hujusmodi, nobis naſcitur ſuſpicio,

ſi non

D

tantum pauperiores, sed & ditiores solebant (a). Principalis educationis sollicitudo in eo erat constituta, ut quam primum arma impigre tractare, & laceissentibus intrepide obsistere, quin & hos occidere prompti essent

si non pari, saltem non dissimili modo baptismum gentilium introductum esse, scilicet, quod regnorum borealium incolæ (vulgo Nordmanni), Constantinopoli, in Italia, Belgio, Gallia aut Anglia inter christianos militantes, peregrinantes, aut mercaturam facientes, hæc caeremoniam seu agræ perfusionem, secum domum reportarint, & postea ad imitationem Christianorum, ut decorum quid in suos usus & consuetudinem referrent, quod tandem in legem abiit; nam Norvegos ex conversatione cum christianis multæ didicisse docet *Olaf's Saga* cap. 48. his verbis: " Olafur Kóngr let boda krist-
 " in lög um Vikina, með sama hætte sem norðr í lande, oc gekk þat vel fram.
 " Þvíat kristin lög váro Vikverium miklo kunnari enn þeim er norðr váro í landi.
 " Þvíat þar var hædi vetr oc sumar hölmennt af kaupmönnum Dönskum oc Dyðverf-
 " um. Vikneriar höfduz oc miög vid í kaupferðum til Englands, edr Saxlands,
 " edr Flæmingialands, edr Danmeikr. Sumer váro í hernadi oc höfdu vetrifu í
 " kristnum löndum. " 3: *Rex Olav religionem christianam per Vikan eodem modo ac in magis borealibus regni partibus promulgavi fecit, idque bono successu, cum Vikensibus illa religio magis nota esset quam borealibus; illi quippe cum multis mercatoribus Danis & Germanis, domi, tam æstate, quam hyeme, visitare consueverant. Vikenses præterea frequentia, tum in Angliam, tum Saxoniam, Flandriam, vel Daniam, commercia habuerunt. Quidam eorum militia nomen dederunt, & in christianis regionibus hibernaverant. Et ut borei a commerciis remotiores fuerunt austrinis rudiores, ita etiam montani maritimis cap. 52. " Hann hann þat brát at kristnihalldit var z
 " Því minna sem meir sókti uppá landit. " 3: *Quo magis ab ora maritima ad interiores regni partes pervenit, eo minorem religionis christiana observationem deprehendebat.**

- (a) Recens naturam expositio inter pauperes, qui eos sustentare non potuerant, necessitate quadam fiebat; sed ditiores minime quandoque commoti causis, nefandum hocce erimen committebant. Nam licet apud cordatiores male audiret, & nefas haberetur, legibus tamen non fuit prohibitum; aut, si quod res est, eloqur: prohibitum quidem & illicitum fuit innocentium sanguinem effundere, adeo ut ense eos jugulare illicitum haberetur, sed særis inclementiæ exponere, alimenta subtrahere, & sicca morte interimere, non plane illicitum putabatur. Sic Thorsteinus Egilli filius, ob somnium sinistrae explicatum; filiolam Helgun, quæ var' *læxan* formosa deinde vocata fuit, exponi iussit; sic Asbjornus Dettis filium Fimbogum Robustum, eo quod mater filiam illo inficio Norvegico cuidam elocasset. Similiter etiam Thorgrimus Prætor Karinsæensis se erga filium Thorkillum Kraffam gessit; nam hi omnes ab aliis educati fuere, ut ex *Gumlaugs-saga Ormslungo*, *Fimboga-saga* & *Vatnsdala* liquet. Sed de hac re pluribus egit Doctiss. JOH. ERICI Acad. Soranæ Profess. peculiaris dissert. de infantum expositione Havæ. 1756.

essent (a); maximum enim dedecus & opprobrium erat, aliis vel minimum cedere; præterea pueri & adolescentes, aliis corporis exercitiis, ut natationi, saltui, cursui, pilæ, & jaculationi, a teneris ungviculis assuebant (b).

§. 18.

Cupiditas, quam plurimos, ob minimas etiam offensas & levissimas sæpe causas occidendi, non tantum ex inani ostentatione, aut innata feri animi crudelitate ortum habuit, sed inde maxime, quod post hanc vitam in Valhalla eo se gloriosiores & honoratiores futuros sperarent, quo plures occidissent; omnes enim hic occisos, occisori ibi servituros, credebant. Inde etiam fluxit, quod cum armis, vestibus pretiosis, & magna interdum pecunia sepeliri vellent; omnia enim hæc non honori tantum, sed & usui in altera vita futura sperabant. Hinc denique quidam

D 2

(a) Tanta fuit hujus rei cura, ut aliquando puero, ne ludum quidem adire licuerit, qui nullum animal occiderat; vide *Floamanna-sagam*, ubi Thorgillus Orrabeini alumnus, annum ægens 15 a ludo puerili exclusus legitur, quod nullum animal occidisset. Bollo Bollon filio laudi ducitur, quod duodecennis patris interfectorem occiderit. Vigastir in *Heidoviga-saga*, gloriatus est, se novemdecim viros occidisse; Bestus autem, insignis ille athleta, in *Kormaks-saga* 36. occiderat. Taceo, quod summum decus maximaque laus haberetur, in ultionem occisorum, quam plurimos, quandoque etiam innocentes, occidere. Patet id inter alia ex *Njala*, nec non ex *Hörði Vita*, ubi consilio & jussu Thorbiorgæ, Hörði fororis, Helgæque conjugis, ejus mors viginti quatuor virorum nece compensata fuisse dicitur, & magnopere laudatur cap. 40. pag. 126.

(b) Ex eo factum, ut Islandia quondam produxerit viros fortissimos, quales fuerunt *Ormus Stornisli filius*, *Gretterus Asmundi*, *Thorstenus Uxosotus*, *Fimbogus Robustus*, aliique, *TORFÆO* in *Hisl. Norvegica* passim laudati. Hinc & insignes illi pugiles, artis gladiatorie peritissimi, *Gunnarus de Hlidarenda*, *Steinborus de Eyre*, *Kiartanus Olai filius*, *Skarpbedinus*, & alii multi. Hinc denique factum, ut omnium corporis exercitiorum peritissimi evaderent, adeo ut exteris admirationi essent, & a Regibus sæpe & Dynastis magno in pretio, honore, quin deliciis habiti. Sed hac de re plura hic inferere, instituti ratio & modestia vetant, ne popularium intempestivum encomiasten agere velle videar.

dam cum equo & cane (a), quidam calceati (b), quidam in navi sarcophagi loco (c), sepeliri voluerunt. Nec alia ratio facile inveniri potest. cur multi thesauros suos ante mortem terræ commendarent; quod haud mirandum, cum promissorum Odini non minimum fuerit, recuperaturos denuo eos in Valhalla thesauros, quos hic defoderant (d).

§. 19.

Divinandi solertia apud Islandos frequens, sed non unius modi; Nam quidam viva voce, nutu, aut signis a Diis moniti, futura præfagebant (e). Quidam ab avibus auspicia sumserunt (f). Quosdam fortibus

- (e) Vide *Olaf Tryggvini vitam* part. 2. cap. 64. pag. 232. ubi Svodus quidam cum cane & equo contempulatus legitur; de quo plura alibi. Simile de Skallagrími in *vita Egilli*, scilicet; ne desset equus Valhallan intraturo.
- (b) *Gislonis Sursunii vita* cap. 14. pag. 144. *Cum vero Vesteinus tumultandus esset, Thorgrimus Gislonem adit, dicens: Mos est calceos lethales hominibus colligare, qui iter ad Valhallam faciunt. Hoc jam officium Vesteino præstabo. Quo perfoluto adjecit: Calceos lethales adstringere non calleo, si hi solvantur.*
- (c) In navigio mortuos collocare usitatissimum fuit; De quo præter alias consulenda eadem *Sursunii vita* cap. 17. pag. 150. *Thorgrimus navi imponitur. Cumque claudendus esset tumultus, Gislaus ingens saxum sustulit, navique imposuit, dicens: Navem ego figere non calleo, si hæc tempestate moreretur; Ejusdem ritus exempla promi possunt numero longe majori, Skallagrími nimirum & Egilli ex *Egla*, Ketilbiorni & Gærmundi Heliarskinni ex *Landnana*, & aliorum.*
- (d) **SNORRO STURLEUS** in *vita Odini*: *Odinus in Suecia eadem tunc legi, que in Scythia fuerant, scilicet: quod mortui comburendi essent, & quicquid pecuniarum cum eis combureretur, eos ad Valhallam comitaretur. Illa quoque spes sortuo in Valbala cederent, quas ipse vivus defoderat.* Sed de singulis jaundudum accurate & copiose egit **CELEB. BARTHOLINUS** in *Antiqv. Dan.*
- (e) De his, aliisque incantandi modis, in antecedentibus aliquid diximus, que omnia hæc referenda esse, nemo non videt.
- (f) Augurium ex corvorum volatu sumit Floco, tertius Islandiæ repertor, de quo *Landnana* part. 1. cap. 2. pag. 3. *Floco magnum instituit sacrificium & tres corvos consecravit, iter sibi monstraturos. Norvegia relicta, Hiallandiam & inde Fereyas petiit; & hinc demum solvens mari se commisit, secum habens corvos, quos in Norvegia depreverat. Horum primus, ab eo dimissus, retro statim tendit; secundus sursus ecolens, paulo post navem reperit; tertius vero austrorsum eo tendebat, ubi demum terram invenerunt.*

bis divinatoriis ad eventus rerum cognoscendum usos fuisse probabile est (a). Somniorum summa semper fuit æstimatio, eaqve explicare ars maxime necessãria habebatur (b). Hostias humanas diis immolasse, quam certum est, tam dubium, quod illis ad haruspicia usi fuerint (c). Animi autem præfatio futura prædicere (d), & ex lineamentis vultusve specie

D 3

venerunt. Ex hoc factò Floconi cognomen, *Hrafn Floki*, id est: corvorum Floco ad hæsit. An *Krakubreidar* & *Hávardus Hegre*, ab eadem re, auspiciis nempe ab avibus captis, cognomina nãsi fuerint, in medio relinqvimus. De divinatione ex corvorum crocitu legendæ *Landnama*, part. 2. cap. 33. pag. 82. *Olaf Trygg. vita* part. 2. cap. 54. p. 204 & ex his *BARTHOLINUS Ant. Dan.* lib. 11. cap. 9. p. 474-475.

- (a) Sortibus eos res magni momenti commisisse, notius est, quam ut prolixè probari opus sit. Sed quod etiam de futuris ex sortium casu judicaverint, sunt qui ex historia Eimari Skjalaglami in *Joursicentium vita*, *Olaf Sage* part. 1. cap. 152. pag. 179. etiam memorata, probare adnituntur. *Veniente Einaro, Comes lauces duas deprøpssit, quæ ex argento defæcato factæ, auroque obductæ; addita fuerunt pondera duo, argenteum unum, alterum aureum, utrumque effigie humana signatum. Talia lutis (quasi res dixeris, proprie autem sortes) vocabantur; quales habere Magnates hinc temporis consueverant. Comes hæcæ res in lauces conjicere solebat, quoties dubia incidere majoris momenti, præfatus, quid quæque res indicaret. Cumque, quam optaverat, res emergeret, altera in lance strepitum cecidit, unde magnus sonus excitatus est. Hæc cinelia Comes dedit Einaro, rogans ut bilaris esset.*
- (b) Divinatio ex somniis in *Niála, Laxdala, Vatnsdala*, cap. 36. *Surssonii vita*, & nullibi non obria est; ultima præter alias cap. 22. 24. 30. 33. mulierum, quarundam seu Difarum, quæ *Draumkom*, in somniis clientes suos præmonentium, mentionem injicit. Somnia autem explicare, ut peculiare donum, in quibusdam laudatur. Vide exempla *Draumhønni*, seu somniorum explicatoris, in *Liøvetninga Saga*; *Gesti Oddleithis*, in *Laxdala*; *Bardi* in *Vita Gunnlogi Ormstunga*, & aliorum. Hanc materiam accuratissime & eruditissime nuper tractavit Vir celeberrimus & mihi amicissimus *ERICI* in *Observ. ad Antiq. Septentr. Observ. 1.*
- (c) Quod in publicis sacrificiis humano lita erint cruore, supra evictum & probatum est. De privatis quibusdam suspicio etiam fuit, ut ex *Vatnsdala* patet, eos hoc oblationis genere, non tantum Deos placasse, sed etiam ex morte, membris, aut intestinis humanis hariolatos fuisse, aut de futuris præfagia sumsisse. Sed nos hæc de re nihil certè statuere audentus; Nam *Snorrønis* factam, quod in *Eyrbyggja* memoratur, nivem sanguine humano permixtam gustantis, indeque de vita aut morte vulnerati judicantis, huc non est referendum.
- (d) Ex solo animi præfatio de futuris conjectari, quin certum quid statuere, non fuit infrequens. Hinc communis loqvendi formula: "Svo feget mer hugr" ita præfagit animus. Sagacium virorum & mulierum plurima adducere possem exempla, sed

inftar

cie (a) de aliquo judicare pervulgatissimum fuit; quod quidam, ad con-
nata potius naturæ dona, quam ad exercitia magica, referre malunt. Sed
gladiatorum, aliarumque inanimatarum rerum, prælagia (b), aut ad figmen-
torum, aut incantamentorum classẽ referenda sunt.

§. 20.

Juramentorum quidem magna ubique religio (c), sed nec omni-
um, nec omnibus in causis una eademque fuit ratio & forma. Judices,
partes, & testes, in causis civilibus per Freyium, Niordum & Deum illum
omni-

instar omnium erunt: Gestus Oddleifides, *Landnæma* part. 2. cap. 25. pag. 67; Ni-
lus, de quo *ARNGRIMUS* in *Crymogæa* lib. 11. p. m. 160. & *Comu. de Islandia*:
Osvifus Helgonis in *Laxdala*. Einarus Thveraæsis in *Vigaglumi Saga* & *Lifot-
ninga Saga*; aliique, quorum in historiis mentio passim obvia.

- (a) De hoc egregie commentator nostratium doctissimus Schall. quondam Episcopus
BRYNJULFUS SVENONIUS apud *STEPHANUM* in *notis ad Saxon.* lib. 2. pag.
67. dicens: *quasi non falleret hoc argumentum de vultu conjectlandi, sic illo veteri,*
loco non uno, confidenter invenio usus; Et præter lineamenta atque cuticule sinistræ,
diud, nescio quid, spirituale in vultu notasse, quod nos etiamnum Svip, genium,
vocitamus. Cujus fidem liberant innumera nostratium exempla: Ingeniundi in *Vat-
sdala*; Gestu Oddleifidis in *Laxdala*; Sighvati aliorumque in *Sturlunga*; & quis omnia
numerare valet, nam diu post receptam fidem christianam, hoc divinandi genus sut
donum apud nos valuit.
- (b) De bipemi Gunnari de Hlidrenda in *Niála* refertur, quod ante eadem ipsius mini-
sterio patrãndam sonitum ediderit, ejusque documentum dederit mortuo Gunnaro,
hunc in modum: *Hognus Gunnari filius (patris necem ulturus) bipennem sunsit, qua*
tunc sonitum edidit; quo audito Rannveiga furvens surrexit, quærens: Quisnam bipen-
nem sumere audeat, quam vel attrahere omnes prohibui? Ego, Hognus inquit, patri
meo adferre constitui, qui ad Valballam deportet, in armilustrio ibidem ostendendam.
De ente Skofungo, quom extumulo Hrolfi Krakii Daniæ Regis abstulerat Skeggo
Midfjordensis, ita loquitur *vita Tbordi Hrade* cap. 15. p. 78. *Gladii ea est natura,*
ut eo aliquid omnino cadendum sit, quando strictus fuerit; nec non Kormakus Saga
cap. 8. *Kormakus vero gladium vite non traxerat, unde fortuna gladium deseruit,*
isque mugitum edens vagina exiit.
- (c) Testantur id loca Historiarum mox adferenda, imprimis *Vigaglumi vita*, ubi Glamus
maluisse legitur homicidium confiteri, quam falsum jurare. Suffragatur *Laxdala*,
dicens: *non minori sollicitudine Esbnicus, cum jararens fuisse, quam Christianos sui tem-*
poris, ordinalium scilicet præstuturos seculo 12. & 13; Nam tum temporis Laxdala
scripta esse videtur.

omnipotentem jurarunt (a). Fiebat præterea juramentum per unum quoddam numen (b). Interdum testes cespitem vivum subibant (c); quæ & jurandi ratione usi sunt, qui fraternitatem, seu arctissimam iniierunt societatem (d).

§. 21.

- (a) Unus quisque, cui negotium aliquod forense coram Judice peragendum erat, ad annulum (de quo supra §. 12.) jurare tenebatur, duobus pluribusve testibus vocatis, hæc formula: *Ad hoc testes appello, Te NN & Te NN, me ad annulum juvenentium præstare, & quidem juramentum legitimum. Ita Freyus & Niürdus & omnipotens ille Deus, me adjuvent, prout causam hanc egero, vel defendero, testimonium præbuero; judicia tulerò, vel alia quævis negotia forensia, quæ mihi, dum in hoc conventu versor, creduntur, peregero, secundum quod justissimum, verissimum, legibusque maxime conformis mihi visum fuerit.* Sed caveat quæso lector, ne hæc omnia promittæ ad singulos referat, sed verbum modo unum judici, testi, actori etc: conveniens applicandum sciat. Omnipotentem Deum communiter exponunt Odinum Asarum: Principem, restante Celeberr. BARTHOLINO in *Antiq. Dan.* lib. 3. cap. 7.
- (b) Exemplum sinit *Vigaglumi visa* cap. 25. pag. 232. ubi Glumus, juraturus, se necem Thorvaldi Krók non procurasse, contrarium juravit, non intelligentibus ejus tunc & astum contrariæ partis procuratoribus; nam falsum manifeste jurare magnum habebatur peccatum; *Testes, inquit, appello Asgrinum & Gissuram, quod ad annulum delubri juramentum præsto, deoque dico, me ibi fuisse, necem procurasse, & microns acicque gladii usum esse, cum Thorvaldus Krokus caderet in Hrisateigi.* Hic (si locus mendosus non est) per Deum, quem Glumus nominat, intelligimus Odinum, perinde ac in supra allato *Landnama* loco.
- (c) Quod testes, quandoque cespitem seu superficiem terræ, *Jardarmen* vocatam juramenti loco subierint, *Laxdæla* his verbis testatur: *Hoc tempore usitata erat probatiois & purgationis forma, ut terram Jardarmen juraturus subires, est autem Jardarmen cespis, cujus bina extremitates cum reliqua terra cohererent, medium autem & latera ab ea dissecta.* Hunc juraturus subire tenebatur, quod ut bene cederet, non minoris momenti Ebnicis videbatur, quam Christianis, sua bodie juramenta. Tunc autem bene ossisse putabatur, si cespem subeuntem, non superincideret. Hic autem juramento confirmandum erat, quo ordine Thorsteinus Surtus, ejus gener Thorarinus, Hildiisque filii, naufragium facientes, mortem subierint; nam de hereditate adeunda lis fuit.
- (d) Hanc caeremoniam *Visa Gislonis Sarssonii* cap. 6. p. 134. describit, de fraternitate Syrdalensium referens: *Cespitem (seu superficiem terræ oblongam) excindunt, ita ut bina extremitates terræ affixe adhaerent, basiaque elevarunt, tanta longitudinis, ut clavus, qui bastile cum ferro jungeret, manu erecta attingi posset.* Hic subeundum erat quatuor illis, Gislao, Thorgvimo, Thorkillo, & Vesteino; qui omnes sanguinem sibi sponte fundunt, eumque cum pulvere cespitis commiscunt, & genua flectentes jurant: *si*

§. 21.

Animarum immortalitatem, & vitam post hanc beatiorem credidisse, ex iis quæ dicta sunt, clarum est. Commune mortuorum receptaculum Valhalla quidem habebatur, ubi viri, præsertim bello insignes, ab Odino, mulieres autem a Freyia hospitio se excipiendos fore crediderunt (a), ibique non tantum omnigenam voluptatem, sed & dulcem cum amicis conversationem sperasse videntur (b). Viros senecta aut morbo defunctos, Edda a Valhallæ deliciis arcet (c); sed Majoribus nostris eandem fuisse sententiam probabile non est. Servos autem paulo verisimilius, quin certius concluduntur, statuisse, ad gaudia Valhallica, non admittendos (d). Hæ licet communes essent sententiæ de alterius vitæ habitaculis

mutuam ultionem exsecuturos, si quem eorum ferro occidi contingeret. Tandem dextre invicem erant danda. Hæc atque similia legum antiquarum & historicorum exempla, qualibus jurandi formulis & caeremoniis veteres uti fuerint, sufficienter docent.

- (a) De viris ab Odino excipiendis clarius est, quam ut probatione indigeat. Mulieres autem sibi cum Freyia vivendum credidisse, nos docet Thorgerda Egilli filia in *Egla*, matri, utrum cænasset, interroganti respondens: *neque cænavi, neque cænau prius, quam apud Freyiam sumtura sum; mihi enim non melius patre meo consulere novi, cui fratrique supervivere non desidero.*
- (b) De hæc *Vatnsdæla*: *Evindus Sörkver audiens insigniam necem Ingemundi amici sui, famulo dixit: i, & Gauto amico meo nuncia quod facio, idem enim illum decet, sumique semet gladio transfixit. Gautus autem hoc audito dixit: Non est vivendum amicis Ingemundi, sed factum Sörkveris imitandum, & e vestigio se occidit.*
- (c) *Hel* (id est mortem) in *Nisfheimum* dejecit, ejusque imperio novem mundos concessit, ut habitacula inter eos, qui ad eam mitterentur divideret. Illi autem erant senio & morbo confecti. Hæc *Edda*. Sed hoc Islandos omnes non credidisse, colligitur ex exemplis *Skallagrimi*, *Egilli*, *Geirmundi Heliarskinn*, aliorumque bellatorum maximi nominis, qui senio confecti sicca morte obierunt, & tamen in Valhalla se victuros sperarunt.
- (d) *Edda* in *Harbardæ carmine* docet Odinum, Comites, seu viros strenuos, fortes & ingenuos, qui in præliis caderent, possidere, sed *Thorum genus servile*. Id Islandos credidisse, & noluisse servos secum sepeliri, ex *Landnama* part. 2. cap. 6. pag. 36. verisimiliter concluditur, quæ de *Asmundo Atlæ* filio hæc refert: *Asmundus navi impositus summatulatus fuit, & una cum ipso servus ejus, qui volens post domini mortem vivere, se ipsum occidit. Hic in prora navis collocatus fuit. At paulo post: Thora Asmundi vidua per somnium vidit maritum querentem, sibi servum tadio esse. Hæc itaque summatulum aperiri, servumque e navis auferri curavit.*

taulis erant tamen fecus sentientes, qui certa loca & alia quidem sibi suisque (a) post hanc vitam habitanda fore, aut crediderunt, aut optarunt.

§. 22.

Polytheismum, fatis, ut opinor demonstratum, magnus comitabatur religionis libertinismus, qui duplici modo se habuit: Aut enim ex majoribus illis Diis unum aliquem colere, aut quemlibet alium sibi Deum fingere, pro lubitu cuique liberum fuisse videtur; ita tamen, ut universales illi, five majores, non plane negligenter. Fuerunt tamen ex adverso, quamvis pauci, qui recta usi ratione, hujus idolomanie vanitate perspecta, idola spernerent. Hinc parum aut nihil idololatriæ de iis memoratur, qui vel sapientia ut Nialus & Gestus Oddlevi filius), vel animi corporisque robore, in quo plus fiduciæ collocare posse haud immerito sibi videbantur, aliis antecellere; unde & optimus fere ac sapientissimus quisque ad christiananam religionem haud difficulter adducebatur. Quin hunc Deorum contemptum de quibusdam diserte prædicant historæ, quales fuere Droplaugæ filii, præsertim Helgo, Bessus *Godlaus* (o: *áðeos*) dictus, & alii.

§. 23.

(*) *Eyrbyggja* teste: *Thorolfus Mostrarskegg*, ejusque posteri credebant, se singulos post mortem in montem *Helgafell* receptum iri. Et paulo post: *Opilio* oves circa *Helgafell* congregans, montem boream versus aperiri, intusque ignes ingentes vidit; *Andris* autem ibidem magnam esse lætitiã & cornuum concentum; cumque attentius aures adverte-ret, percipit *Thorsteinum* *Thorsabitum* *Thorulfi* filium, (herum tuum) introduci & salutari, locumque ei honoratissimum e regione patris assignari. Postea autem comper-tum est, *Thorsteinum* circa hoc tempus inter pilcandum submersum esse. Similia nos docet *Landnãma* part. 2. cap. 16. pag. 53. nec non *Laxdala*, de colliculis, qui *Krossbólar* (id est crucium monticuli) dicti. *Celebris* virgo *Andur*, de qua plura infra p. 37. conces ibi erigi curaverat, ibidemque, ut ipse christiana religioni addicta, preces fude-rat. Posteri autem ejus a religione christiana deficientes, aram ibi Diis erigebant, credebantque, in colliculis hocce post mortem sese migraturos. Svanum magum, cum mortuus esset, montem *Kalldbak* intrasse vitum, *Niala* tradit. *Gislaum* *Surlsonium* *Parcarum* una, ei per quietem apparere solita, perpetuo apud se post mortem hospitio fruitarum promisit, *Gisla-Saga Sússonar* cap. 30. pag. 170. Denique & *Kraku-Heidar* monticulum *Mælfell* sibi post mortem habitaculum optasse legitur. *Landnãma* part. 3. cap. 7. pag. 99.

E

§. 23.

Succinctam hanc & angustis limitibus circumscriptam (scilicet, ne hic, nisi quod in Islandia actu existisse, & revera creditum & gestum fuisse, ex historiis & monumentis Islandicis liquido constat, adferremus) Theologiæ gentilis sciagraphiam dedisse, aut qualis incolarum religio fuerit, antequam Christo nomen dederunt, summo tantum digito monstrasse contenti sumus. Siq̄vem autem omnes ejus articulos & carenias congerere, & rite explicare cupiditas capiat, haud contemnendæ molis systema adornari posse spondemus. Quod cum & extra nostrum sit propositum, & in hoc sterquilinio diutius versari, non minus pigeat quam pudeat, tabulam ponimus, & ad Te, Summum optimumq̄ve Numen, omnipotens æternæ Deus, Deus omnis gratiæ, Pater misericordiarum, coram Te cordis corporisq̄ve genua flectentes, nos convertimus, ex intimis cordis penitralibus, omnibusq̄ve adhibitis, animæ, mentis, corporisq̄ve viribus, Tibi gratias agimus maximas, devotissimasq̄ve, quod nos in dulcissimo filio tuo Domino nostro Jesu Christo, ante jacta mundi fundamenta, ex mera gratia, ad vitam æternam elegisti, & cum majores nostri sine Te vero Deo, & sine Jesu Christo, in incredulitatis tenebris errarent, eosdem, & nos cum illis, a tenebris ad lucem, a potestate sathanæ ad Te, gratiosissime vocasti, iisque dulcissimæ evangelii lucis splendorem oriri fecisti, & ad nostra usq̄ve tempora conservasti. Te per Dominum nostrum Jesum Christum humillime oramus, velis apud nos, nostrosq̄ve posteros, eundem ex intima tua misericordia *ad finem* usq̄ve mundi conservare, nec unquam a nobis hocce tuum candelabrum amovere. Eam præterea nobis concede gratiam, ut tanquam filii lucis digne evangelio, digne vocatione nostra, qua vocati sumus, ambulemus, semper certi de remissione peccatorum, & consortio cum illis, qui sanctificati sunt per fidem Jesu Christi.



CAP.

CAP. III.

De quibusdam Aboriginibus, seu primis Islandia occupatoribus, qui christiana religione erant imbuti.

§. I.

Licet universa illa multitudo, quæ directe e Norvegia in Islandiam transfibat, ethnicismo & idololatriæ esset addicta; nonnulli tamen natione Norvegi, sed in Anglia, Hibernia, aut circumjacentibus insulis educati, & christiana religione imbuti, huc trajecerunt, quorum præcipuos recensebimus.

§. 2.

Primus se offert *Aurligus*, genere quidem Norvegius, sed a Patrio Hæbudarum, ut fertur, episcopo educatus. Hic desiderio Islandiam petendi accensus, nutricia precibus adjuvari & præmuniri discupiit, quod denegare episcopus nefas ducens, non solum materiem templo extruendo aptam, sed & plenarium, campanam ferream, nummumque aureum, cum pulvere consecrato, angularibus templi columnis, dedicationis loco subdendo, ipsi tradidit. *Aurligus*, in conspectu Islandiæ, vento & maris æstu agitatus, Patricii quem invocavit, ope liberatus traditur; campanam tamen amisisse, sed duplicato miraculo, cum littori appulisset, inter algas & maris rejectanea denuo invenisse. Templum deinde ad villam *Esiuberg* extructum, ex Patricii præscripto *Columbillæ* dedicavit, quod si non primum, certe inter prima in Islandia ædificatum esse censetur. Posterius ejus ad gentilinum quidem defecerunt, simul tamen in *Collumbillam* crediderunt (a).

E 2

§. 3.

(a) Patricius hicce in *vita Olai Tryggonis* sanctus vocatur, eumque *Aurligus* *Æoli* & *Nep-tuni* invidia agitatus invocasse dicitur. conf. *Landu.* pag. 13. Tam temporum ratio quam

§. 3.

Alter occurrit *Jörundur*, cognomento Christianus, cui *Landnama* Author testimonium perhibet, verum Deum constanter & sincere coluisse, & in senectute monachum vel anachoretam factum esse (a).

§. 4.

Tertius venit numerandus *Afolfus Afskik*, natione Hibernus, Jörundi cognatus, & in religionis ardore æmulus. Hic orientali insule oræ appulsus, a paganis alimenta emere, aut cum iis conversari noluit. Hinc, undecim comitatus sociis, austrum petens, ad Thorgeiri Hördski villam Holt, letali trium comitum morbo impeditus, tentorium fixit. Deinde, Thorgeiro non dissuadente, ad rivum quendam, ingentem piscium copiam ipsi & comitibus in alimentum suppeditantem, tugurium extruxit. At mox, caussante Thorgeiro, lucrum sibi, quod ex piscium captura haberet, præcipi, Afolfus abiit, quo discedente pisces etiam discesserunt. Idem secunda & tertia vice accidisse fertur, quo factum est, ut provinciales ipsum comitesque artium magicarum infimularent. Rivus vero ad hunc usque diem "Iralækr" id est *Hibernorum rivus* denominatur. Vere autem appropinquante Afolfus cognatum suum Jörundum adiit, qui ei aliorum abominanti conversationem, ædificium extruere & alimenta quotidie adferri curavit. Senior factus anachoreticum elegit. Sepulchrum ejus in loco quo nunc est templum Holmenfé Akranensium situm fuit (b).

§. 5.

quam ipsa hystoria suadet, diversum fuisse a Patricio Hibernie episcopo, cujus mortem ad annum 497. *BARONUS* refert. *TORFÆUS Hist. Norv.* Tom. II. pag. 12a. Abbatem quendam Hibernum fuisse coniecit. Sanctus ille Columba vel Columbilla Patrii advocatus, sine dubio fuit sanctus Columba, seculo sexto clarus in Hibernia monachus, qui postea in Britanniam delatus, in insula Kolumb-kill, ab ipso denominata, monasterium instituit, librumque *Regulam Monasticam* inscriptum, *Kolumb-kill* etiam vulgo dictum, contexit. Decessit Columba juxta *CAVEUM* Anno 597.

(a) *Landnama* part. 1. cap. 15. pag. 17. *Vita Trygg.* part. 2. cap. 12. pag. 19.

(b) *Vita Trygg.* part. 2. cap. 12. pag. 19. 20. ubi Afolfi post mortem apparitio & Olvi Tryggons super eo judicium legi possunt.

§. 5.

Quartus debetur locus *Ketillo*, in christianæ religionis contemptum, a paganis *Stulto* cognominato. Genere fuit Norvegus, sed in Hæbudi-bus a christianis educatus, affinium & cognatorum exemplo Islandiam peti-vit, antiquum *Paparum*, id est Christianorum, domicilium Kyrkiubaj habi-taculum sibi eligens, cujus loci tanta sanctitas credebatur, ut a paganis habitari haud licuerit. Hujus rei Hilderus quidam documentum dedisse fertur: Cupiens enim, defuncto Ketillo, prædium Kyrkebai occupare, sepibus villam cingentibus appropinquans, subita morte exstinguitur. Posteris Ketilli laudi ducitur, quod religioni christianæ omnes constan-ter adhæserint. Asbiörnus filius, & Surtus pronepos, præ cæteris laudan-ter; hic enim Thangbrandum anno Christi 998. hospitio excepit (a).

§. 6.

Inter primos Islandiæ occupatores christianæ religioni addictos nominari etiam meretur virago quædam, *Audur*, *Prædices* dicta, Dubli-nensis cujusdam in Hibernia Reguli vidua. Hæc post mariti obitum, cum tota familia, & triginta viris liberæ conditionis, christiana sacra sequentibus, Islandiam petens, in parte occidentali villam Hvammum incoluit. Cruces in collibus, qui inde *Krosshólar* dicti, erexit, ante quas quotidie ad Deum preces fudit. Moritura in littore seu maris arena sepeliri voluit; nam terra profana, seu pulvere non consecrato, corpus suum condi indignum censuit. Hæc ejus voluntas a propinquis, quorum plurimos sub mortem, salubria iis monita & consilia impertitura, ad se convocaverat, rata quidem habita; sed, proh dolor! plerique horum, post ejus mortem christiana religione abjecta, paganam amplexi sunt, excepto saltem germano fratre Helgone Biola, qui ad finem usque vitæ veram religionem retinuit (b).

E 3

§. 7.

(a) *Landnanna* part. 4. cap. 11. pag. 143. *Vita Trygg.* part. 2. cap. 11. pag. 13.

(b) *Vita Tryggonis* part. 2. cap. 9. pag. 15-17. *Landnanna* part. 2. cap. 15. pag. 51. 52. *Laxdæla*, & ex his *TORFÆUS Orcad.* lib. 1. cap. 5. pag. 13-17. *Tijljer Novv.* Tom. 11. pag. 114-117.

§. 7.

Horum agmen claudat *Thorleifus* (in contemptum religionis) *Christianus* cognominatus, qui licet prioribus ætate esset inferior, plurimos tamen fide & pietate superavit; quippe non verbis tantum, sed re & factis, Christi præcepta, inimicos amare iubentis, sequi se ostendit. Cum enim Ketillus Crassus, ob servatam Christo fidem, diem ei dixisset, & domum revertens, subito orta cum nimbo tempestate, per montes & tes-qua errabundus, diu agitatus, fuisset, tandemque ad ædes Thorleifi læsus mortique vicinus rediisset; hic eum cum comitibus, ut carissimum amicum, hospitio excepit, & laute tractatum, dimisit; quo convictus beneficio, erubescens Ketillus actionem omisit (a).

§. 8.

Præter hos etiam mentio fit *Vilbaldi* Hiberni, & anomyri cuiusdam Angli, ex Islandia in Grönlandiam transeuntis, aliorumque quos recensere operæ pretium non est; hæc enim ad probandum, quosdam Aboriginum christianos fuisse, sufficere videntur. Inter hos tamen tepidi quidam & hypocritæ reperti sunt, qualis *Helgo Mæcer*, qui Christum quidem ore professus est, & in eum se credere dixit, in cuius rei fidem prædium suum *Christnes* nominavit; sed in arduis & magni momenti rebus, vel navigans, vel duri aliquid passus, Thorum invocavit (b).

§. 9.

Quidam etiam inter ipsos paganos inveniebantur, qui idola aspernati sunt, iisque sacrificare noluerunt, qualis fuisse fertur *Hierleifus*, Ingolfi, Aboriginum celeberrimi, socius. *Thorkillus* vero *Mane* Ingolfi nepos, vir integerrimæ vitæ, sub agonem, adverso foli semet exponi curavit, & moriens ei Deo, qui solem reliquaque sidera creasset, animam

commen-

(a) *Vita Trygg.* part. 2. cap. 57. pag. 242.

(b) *Olafi Saga* part. 2. cap. 11. p. 18.

commendavit; nam tantorum luminum conditorem omnibus diis potentiorē & meliorem esse coniecit (a).

§. 10.

Hic vero probe notandum. 1) Etiam si Aborigines, qui christiana religione imbuti erant, plerique genere essent Norvegi, neminem tamen horum in Norvegia, sed aut in Anglia, Hibernia, aut Hæbudibus eam assumisse, & inde in Islandiam attulisse.

2) Nominari saltem capita celebriora, seu navium præfectos & possessores, quos non paucos minoris notæ socios, eandem profitentes religionem secum advexisse, admodum verisimile est (b).

3) Plerosque horum posteros, relicta religione christiana, ad ethnicismum descivisse. Nam excepto, quod non habuerunt verbum Dei scriptum, nec ullos Antistites aut Doctores, qui rudiores informarent, & imbecilliores confirmarent, ipsorumque majores, cum huc venirent, neophyti & parum in novis hisce sacris versati essent; paganorum multo major fuit numerus, qui veram religionem ludibrio habebant, & ejus cultores modis omnibus persequebantur, ut ex dicendis patebit (c).

4) Nec omnino tacendum videtur, quod quidam ad externos abierint, quorum nonnulli christianam religionem acceperunt, ibidemque supremum diem obierunt; quales fuerunt, Kolskeggus Hæmundi filius, qui Constantinopoli baptizatus, Baringorum ductor factus esse, ibidemque occubuisse, perhibetur, ut & Auda, Gisli Surðónii uxor, ipsiusque famula Gudrida, quæ in Daniam transfregit, ibique baptizata, Romæ tandem

(a) *Landnæma* part. 1. cap. 7. & 9. pag. 9. & 11. Quidam alii solis creatorem adoravisse, aut in ærumna adjuravisse, dicuntur, ut Arnorus Kerlingarnefus, famem ingruentem deprecaturus, *Vit. Trygg.* part. 2. cap. 64. pag. 234. *TORF. Hist. Norv.* Tom. 11. pag. 433. & Torsteinus Ingemundi, fratris furorem sanaturus, de quo plura supra cap. 2. §. 10.

(b) Exemplo sit *Asofsus Alfkik*, qui undecim secum comites habuit, & *Audur Prædices*, quæ secundum *Landnæmam* 30, sed secundum *Vit. Trygg.* 60. viros eandem profitentes religionem, *Laxdæla* saltem 20. habet, numerans quippe affines solum & cognatos, qui cum ea Helgocem Biolam adiecit.

(c) *Vit. Trygg.* part. 2. cap. 6. p. 13. 14.

dem vitam clausisse feruntur (a). Nonnulli autem in Dania aut Anglia accepto aliquali christianismi gustu, in Islandiam reverſi diis ſacrificare recuſarunt, ut Maurus Sæmingi filius, Conſtantinopoli diu commoratus, & Egillus Skallagrimi (b), qui una cum 360 affectis in Anglia ſignum crucis accepit, ut & Ormus Storofiſi in Dania.

CAP.

(a) De hiſ legenda *Niala. Ol. Trygg. vita* p. 83. *Giſli Swrſonii Saga, & Egils Saga.* Quo autem fundamento nitatur, quod in *Tryſilio* p. 49. ſcribit doctiſſimus *TORFÆUS*, & ex eo celebrerit, *PONTOPP.* in *Annal. Eccl.* Tom. 1. aliique, Giſlum Surſonium Viburgi in Dania catechumentum factum eſſe, plane non intelligo, cum ejus *Vita* cap. 8. pag. 126. tantum adſerit, eum Viburgi hyeniſſe, ne verbulum quidem de ejus religione ſado. Sed cap. 24. dicitur in ſonnis a genio quodam monitus fuiſſe, ut antiqua religione deſerta, novam accipiat. Sane ut ethnicus occubuit, nec ullum chriſtianismi in ipſius vita reperitur ſignum, Sed multo longius a vero aberrat *TH. DEMPSTERUS*, ſaciens Buum Andridi filium, inſignem athletam, a famoſiſſima ſaga educatum, & ejus artibus & conſiliis ſubinde utentem, Islandia primam Apoſtolum, quem ideo non immerito videt ipſe *TORFÆUS* in *Præf. ad Orcaed.* Nihil enim *DEMPSTERUM* juvat quod Buus baptiſtus fuit, nec quod delubrum Kjalneſenſe combuſſerit, plures enim ethnici, ut famoſiſſimus ille nequam Rappus (de quo *Niala* conſulenda eſt), & baptizati fuerunt, & tale quid fecerunt. Nec tandem quod unam hyemem in Orcaedibus apud Comitem Einarum Rognvalldi filium, alteram vero in Norvegia apud Doſtrum gigantem hæſit, nam neutra harum regionum ejus ætate chriſtianam accepit religionem, vixiſſe autem videtur circa aut paulo poſt an- rum 900. Nos Buum athleticum annumeramus, qui nullam habuerunt religionem, deos enim et nemmentes, propriis virtutibus conſidebant, illis proſus ſimiles, de quibus poeta — *Virtus mihi numen & enſis Quem teneo* —

(b) *Egils Saga* cap. 35. " I þenna tíma tók Adalsteinn kóngdóm á Englandi eftir föður
" ſinn. England var þá kríſtít vel, og hafði lengi verið. Adalsteinn Kóngur bad þá Þór-
" ólf oc Egil at þrínſignast, var þat þá ſiðr manna þeirra er á mála gangu með kríſtnum
" mönnum, at þeir ſem þrínſignast vórn, höfðu allt ſamneyti með kríſtnum oc heidnum.
" En Þórólfr oc Egill gíðrðu eftir bön kóngrs, oc letu þrínſignaz oc aller menn
" þeirra. Þeir höfðu þrjú hundrut manna er tóku mála af kóngrí, oc gíðrduſt
" landvarnarmenn hanns. Aller vóru þeir ſiðrprúder um fleſt. " 3: *Tunc temporis*
Adalsteinus in regno Anglie patri ſucceſſit. Anglia religionem chriſtianam a multis inde
temporibus amplexa fuerat. Adalsteinus Rex Thorulfum & Egillum ad primam ſigna-
tionem invitavit: erat enim moris, ut qui apud chriſtianos ſtipendia mererent, prima
ſignatione initiarentur, & conviclu, tam chriſtianorum, quam gentilium uterentur.
Thorulfus & Egillus petitioni Regis cedebant, & prima ſignatione, una cum ſuis, ſig-
nati ſunt. illorum affecte erant trecenti & ſexaginta, qui ſtipendia a Rege mererentur,
" & præ-

CAP. IV.

*De prima Evangelii annunciatione per Fridericum
Episcopum & Thorvaldum Kodrani filium
Islandis facta.*

§. I.

Integro fere seculo a prima Norvegorum irruptione, Thorvaldus quidam Kodrani filius borealis Islandiæ civis, quam primum per ætatem licuit, more seculi piraticam facturus, ad externos abiit; sed hoc modo parva, quantum ad victum & vestitum non haberet opus, in captivorum solutionem erogavit. Variis dein peragratis regionibus, in Saxonia tandem in episcopum quendam, Fridericum nomine, incidit, qui eum, in religione christiana probe informatum, sacro abluit baptismate, & a Thorvaldo exoratus, in Islandiam una cum ipso parentes & amicos baptisatus commigravit. Hoc Anno R. S. 981. (a) factum esse perhibetur.

§. 2.

Et presbiterii ejus facti sunt, omnes in plerisque (rebus) modestia erant insignes. Hæc facta sunt circa initium regiminis Adalsteini, quod ad Annum 925. chronologi referunt.

- (a) De tempore adventus Friderici in Islandiam varia produunt Annales & Historia; Longissime tamen a vero aberrat *Codex Flateyensis*, Bibliotheca Regia illatus, qui, ut scribit Consultissimus *BUSSÆUS* in notis ad *Schedas* pag. 49. ad annum 800, & alibi ad 901. illum refert, quorum neutrum verum est; Nam rectissime refertur ad annum 981, quod expressis verbis testatur *Hist. Trygg.* part. 2. cap. 15. p. 47. Consentit *Historia Christianissimi* cap. 1, dicens, id factum esse anno 18. Snorronis Helgfeldensis. Sed Snorro, referente *Laxdala*, mortuus est anno Christi 1031, ætatis 67; unde patet, annum 18. Snorronis incidere in annum Christi 981, qui est annus adventus Friderici in Islandiam. Mox autem errat *Historia Tryggonis* l. c. ajens, esse hunc annum 160. a prima Norvegorum in Islandiam immigratione; cujus loco scribendum 111. vel 107. Nam Ingolfus in Islandiam venit 870. vel 874. ut supra dictum est. cap. 2. §. 1.

F

§. 2.

Huc ubi ventum est, in boreali primum plaga Thorvaldus ipse verbum Dei, episcopo, utpote Germano, idioma Islandicum non calente (a), intrepide quidem, sed exiguo successu, prædicavit; nam præter Thorvardum, Bödvari Sapientis filium, Hlennum Annosum, & Aunundum Thorgillis, fidem & fœdus baptismale recepit nemo. Ejusdem vero Valgerdæ filius, & quidam alii, idololatria abjecta, crucis signum acceperunt (b). Quidam etiam tributa, delubris sustentandis imperato, pendere destiterunt, avaritia, dubium, an religione permoti; magna tamen id Procerum ethnicorum, qui delubris præfecti, in episcopum Thorvaldumque odia concitavit.

§. 3.

Primum semestre hyemale apud patrem Thorvaldi Kóðranum transigerunt, quo tempore Thorvaldus parenti, ut christianorum sacra sulciperet, identidem svadens, furdo cecinit. Nam prope villam ingens erat lapis,

- (a) Totus fere septentrio, Anglia puta, Dania, Svecia & magna Germaniæ pars, unicum antiquitas habuit linguam principalem vel originariam, quæ *Danica* vocabatur, licet certis dialectis distingueretur, & hæc eadem esse censetur, quæ nunc temporis Islandica audit, quæ tamen a prisca puritate, ob externa commercia, non parum deflexit. Omnino itaque Fridericus Episcopus linguam calluit Islandicam, sed idiomatis linguæ Danicæ, quo tum temporis potissimum utebantur Islandi, non tam potens fuit, ut ex tempore elegantem, aut omni sermonis vitio carentem, orationem proferre posset. Itaque Thorvaldi ore & eloquentia in tradendis regni calorum mysteriis utendo, satis prudenter se gessit, ne ipse, de inaximis rebus balbutiendo, & se, & religionem, petulantibus irrisoribus deridendum propinaret.
- (b) Quidam gentiliū licet de suæ religionis vanitate, sed christianæ veritate convicci, baptizari tamen noluerunt. Præcipua causa videtur, quod vestes puerorum more exere, & in frigidam aquam descendere, plebe inprimis spectante, recusarent, ut liquet ex verbis Bardi Cralii *Hist. Trygg.* part. 2. cap. 13. pag. 41; Thorkilli Kraftz, in *Famula*; & multorum nostratum, qui anno 1000. baptizati fuerunt. Interim loco baptismi, cruce signati sunt, quem actum vocarunt *Primsigning* seu primam signationem, quæ accepta, nec vere christiani, nec mere ethnici habebantur, nam crebro se cruce signarunt, cibum eis cum christianis capere licuit, (*Vita Trygg.* part. 2. cap. 32. pag. 133.); & mortui, non quidem in cæmeteriis, sub aggeribus tamen cæmeteriorum sepeliebantur, *Jur. Can. Ant.* cap. 2.

lapis, quem Kodranus majorum exemplo religiose coluit, peculiarem suum advocatum, seu tutelarem Deum, illum inhabitare credens. Omnem itaque religionis mutationem abnuit, usque dum sciret, episcopine, an suus Deus potentior esset. Episcopus igitur mitra ornatus, lituum tenens & aquam consecratam, lapidem adiit, & ut medius rumperetur, precibus impetrasse fertur. Quo Kodranus viso, dextrum suum victum agnoscens, manus dedit, & baptismali lavacro cum universa familia, excepto saltem filio Ormo, ablui annuit (a).

§. 4.

Deinde villam Lækiamot provinciæ Vididalensis, domicilium sibi elegerunt, ibique per integrum quadriennium morati, verbum Dei incolis annunciare non destiterunt. Hac tempestate, una cum magna accolarum multitudine, ad solennes epulas, præsentis loci Prætoris Thorkillo Krafla invitantur (b), quibus etiam berferki duo (grassatores dixeris) quo-

F 2

rum

- (a) Ormus, ut videtur, paulo post, forte per ministerium Stefneri aut Thangbrandi, crucis signum recepit, sed anno 1000. baptizatus fuit. Vide *Histor. christ.* cap. 8. conf. *Vit. Trygg.* part. 2. cap. 15. p. 42. Hoc miraculum in ARNESENSIS *Íslantste Rættgang* §. 270. per ignem & naturali prorsus modo factum esse statuitur, sed ex historia ipsa nihil tale concludi potest, cujus in verbis præcipue notanda est phrasis *saug yfir*, quæ, licet & alibi, non unice tantum denotat, sed etiam devotas preces, quæ nunc alta voce canendo, nunc demissa orando, fiebant. Hinc *at sýngja Pater noster, at sýngja sölr sínar* 3: recitare Pater noster, & recitare horas Canonicas, ut sensus sit: Sacrum Episcopi precibus dissiluisse.
- (b) Hanc historiam *Vatnsdela, Vita Olai Trygg.* & *Hist. christianismi* cap. 2. referunt, sed non omnes eodem modo: *Vita Trygg.* part. 2. p. 42. dicit, hæc contigisse in nuptiis Thorvaldi cum filia Olai Haukægiliensis, quod veritabile non est. Nam quid Judæo cum verre? quid Thorvaldo viro christiano, anno sequenti ad exteros abituro, & nunquam reversuro, cum muliere ethnica? Quin aperte contradicunt *Vatnsdela* & *Historia Christianismi*, vocantes hocce convivium *Hauflod*, seu cômestationem autumnalem, quam gentiles quotannis celebrare solebant; & licet episcopus Thorvaldusque adessent, tamen, ut habet *Vatnsdela*, in discretâ a cæteris ædícula moderanter tractatos fuisse, liquido constat. Ita hæc de re *Vatnsdela* cap. 46. loquitur: " Unn haustit at vetarnórtum baud Olafir til sín vinum sínum. ferdeilis Þórkelli mági sínum. Þeir biskup oc Þórvaldr vóru þar. vel at eius tók Þórkell þeim. oc " let þá vera einafaman í húsi þviat þeir höfdu annan sid. Hinn fyrsta dag veitfl: " unnar vard sen ferd berferkianna. oc kvíddu menn vid þeim miöc. Þórkell spurdi " biskup

rum utriqve nomen Haukus, sese ingerebant. Hi more suo frementes, per accensos ignes, nudipedes transibant, quoscunqve verbis & factis lacefcentes

” biskup ef hann villdi ráð tilleggia at berferkir þessir fengi bana. Biskup bad þá
 ” taka við trú og láta skíraz. enn hann kvadz mundi afsíða íllmenni þessi med
 ” þeirra ágangi. Þórkell mælti. allt er þá nær ef þer gorit jarteiknir. Biskup
 ” mælti. Látið gjöra ellda þrjá á gólfi í skálanum, og svo var gjört. Síðan vígdi
 ” biskup elldana. og mælti. Nú skal skipa beckina af mánnum þeim fern þellir
 ” eru áráðis med stóra lurka. því þá bita eigi íðrn, og skal svo leinia þá í hel til
 ” bana. Síðan gengu þeir natnar inn er þeir kómu. og ódu þann fyrsta elld og
 ” annan. og brunnu þá mið. urdu ná hræðiliga hræddir at elldshitunum. og
 ” villdu at beckianum þegar. Síðan vóru þeir laundir til bana. og vóru síðan færð-
 ” ir upp hiá gili því er nú er kallar Haukagil. Biskup þóttist nú vera kominn til
 ” kaups við Þórkel at hann tæki trú og kristni og leti skíraz. Þórkell kvadz eigi
 ” vilja aðra trú hafa enn þeir Þórsteinn Ingemundarson og Þórir fóstri sinn höfðu.
 ” Þeir trúðu á þann er sólna hefr skapat og öllum hlutum ræðr. Biskup svarar.
 ” þá kómu trú bodar ee. med þeirri grein. at trú á einn guð síður sou og he’gan
 ” anda. og láta skíraz í hanns nafni í vatni. Þat þótti Þórkeli mest atþregða er í
 ” vatni skyllði þvoft. og kvadz eigi um sinn því nenna at hafa þessa breitin. enn kvadz
 ” þó hyggja at lú mundi góð. og þessi skipun mun her vídgíngaz. Olafur bóndi
 ” mágr mun er gamall. hann skal taka við þeirri trú. og aller aðrer þeir ed vilis.
 ” enn ek mun bida um tíma. Síðan var Olafur skírdr. og andadz í hvítavodum. og
 ” enn vóru skírdir fleiri menn at þeirri veitlu.”

∴ *Autumno sub hycnis initium
 Olaus amicos, & inprimis affinem suum Thorkelum, ad se iuvitavit. Episcopus &
 Thorvallus ibi fuere, quos Thorkelus benigne quidem excepit, solis tamen separatam
 ediculum, cum diversis uterentur moribus, assignavit. Primo convivii die berferki iter
 illuc facientes visis sunt, qui terrorem omnibus incutiebant. Thorkelus Episcopum in-
 terrogavit, num in berferkorum istorum necem operam suam conferre vellet? Quod ille
 se facturum spondidit, si christianam religionem & baptismum acciperent. Thorkel-
 us recessit: multo facilius hoc erit, si miracula feceritis. Episcopus respondit: tres
 ignes in pavimento canaculi facite, quod & factum est. Episcopus autem ignes iustravit
 & dixit: in scammis iam viri sortissimi ordine disponantur, qui sudibus armati, ber-
 ferkes ad necem usque verberibus contendant, ferrum enim illos fecare non valet. Postea
 berferki cognomines intrarunt, & primum ac secundum ignem perruperunt, quomodo
 igne magnopere statim lederentur, unde, propter ardorem ignis intensissimum, terrore
 percussis, seamma petere ceperunt, sed illi ad necem usque sustibus cadebantur, & ad
 rivum profundum & decivrem, qui postea nomen inde Haukagil sortitus est, delati
 sunt. Jam ex condito Episcopus urgebat Thorkelum religionem & nomen christianum
 ac baptismum acceptare debere, cui Thorkelus respondit: se omnem aliam religionem
 aspernari, quam antiquam illam Thorsleini Ingemundani, & Thororis nutriti sui, qui
 in creatorem solis, omnium rerum moderatorem, crediderant. Episcopus recessit: Hanc
 ipsam religionem ego pradico, illo tantum cum discrimine, credere homines in unicum
 Deum,*

ſentes (a), uſque dum epiſcopus, a Thorkillo aliisque exoratus ſuo more lituum tenens, & epiſcopali ornatus amiſtu, aqua conſecrata flammam adſperſit; quo factum eſſe fertur, ut berſerki igne aduſti, & a circumſtantibus, fuſtibus contuſi occiderentur, ipſe vero epiſcopus, non illuſus tantum, ſed ne veſtimentis quidem uſtulatis ignem tranſiret. Hoc miraculo quidam conuivarum conuicti, Chriſto nomen dederunt: quidam vero idolis ſacrificare deſinentes, crucis ſignum receperunt. In his ipſe Thorkillus fuit, qui coram univerſis conſeſſus eſt, agnoſcere quidem ſe religionis chriſtianæ veritatem, ideoque poſthac in Deum, qui ſolem creatur, credere velle, ſed hac vice in aquam m.ergi nolle. Olauum autem ſocerum ſuum decrepita ætate ſenem. ut infantum more fiſtula ad bibendum uti neceſſum haberet, baptizari iuſſit (b), qui paulo poſt in albis deceſſit.

§. 5.

Occidentalem deinde inſulæ quadrantem permeantes, euangelium prædicarunt, ſed pro ſolito more parum vel nil proficientes (c). Hinc

F 3

coinitia

Deum, Patrem, Filium & Spiritum Sanctum, in ejuſque nomine aqua baptizari. Maximus Thorkello diſcrimen videbatur conſiſtere in ablutione aqua inſtituenda, eamque mutationem ſe hac vice adhibiturum negavit, quomodo bona ſibi cateraque videretur, & in poſterum hic uulturam auguraretur. Hoſpes Olauus, meum affinis, ætate proceſſus eſt, illi: hanc religionem, & omnes alii quibus libitum fuerit, amplectantur, ego autem illud aliquandiu diſſeram: Olauus exinde baptizatus, in albis deceſſit, plures conuivarum baptizati fuerunt.

- (a) Tales athleta, antiqua lingua vocantur *berferkir*, id eſt, nudi & ſine lorica in cædes & pugnas ruentes. Erant viri robuſti, ſed facinoroſi, & ut plurimum incantatores, qui cutem arte diabolica indurauerant, ne iis ferrum igniſue nocere poſſet. His furore cutem, ita ad tempus intendebantur vires, ut poſtea debiles & langvidi fierent. Taliſium in antiquis Hiſtoriis plurima mentio, vide *Gretlam* cap. 21. pag. 97. 99. & alibi; *Hiſtor. Hervöra* cap. 3. *Saxonem* pag. 123. & *Stephanii* ad eum notas p. 154.
- (b) Thorkillus tunc temporis inter majorum gentium Proceres numerabatur. Periculum in ſocero Olao facere voluiſſe videtur, num baptiſmus plus iuaret quam noceret. Itaque quoniam Olauus in albis deceſſit, Thorkillus baptiſmum diſtulit, uſque ad annum 1000, quo tandem eum recepit.
- (c) *Conf. Viſ. Ol. Trygg.* part. 2. cap. 15. pag. 43. his verbis: " *Þeir kómu í Hvamrn, þar bió þá Þótarin Neſ, ſonr Þórdar Gellis, hann átti Friðgerði, dóttur Höfða Þórdar. Bóundi var eigi heima, enn húsfreyja tók vel við geſtum í fyrſtu. Þórr* " valde

comitia infulae universalia, *Alþing* dicta accedunt, ubi Thorvaldus habitus pro rostris solenni oratione, religionem christianam pari libertate & eloquentia explicuit, (svalitque publice recipiendam. At probris & maledictis undique lacessiti, re infecta discedere cogebantur. Nam non solum Hedinus quidam, non infimae sortis vir, Thorvaldum multis maledictis publice excepit; sed alii etiam poetas mercede conduxerunt, qui probrosos carminibus nefandam illis venerem objicerent (a). Hanc contumeliam Thorvaldus minime ferendam ratus, sensus magis quam verborum respectu habito, ira accensus, auctores occidit, episcopo factum valde improbanter. Nam eos quidem mentitos fuisse, sed homines christianos inimicorum malefacta & dicta in meliorem oportere partem accipere, dixit; illi utpote viro, liberos gignere, non esse probrosum, nec sibi vitio vertendum, quod liberos ejus portaret. Aliquo post tempore episcopus & Thorvaldus forum provinciale Hegrnells-þing accedunt, religionis ibi commendandae novum facturi experimentum. Sed, ut in conspectum venere, multitudo omnis in rabiem

. data,

" valdr taldi trú fyrir henni, enn hún blótadi á móti. Skeggi sonr þeirra hófði
 " hvervetna í sporti þat er Þórvalldr taladi. " 3: *Hannum pervenerunt, ubi Thorvaldus Nefus, filius Thorvaldi Gelleris, habitabat, & in matrimonio habuit Fridgerdum filiam Hofslathoveris. Paterfamilias domi non fuit, sed materfamilias illos initio benigne excepit. Thorvaldus ei religionem christianam predicavit, illa in contrarium idola adoravit. Skeggus ejus filius omnia, quae Thorvaldus locutus erat, sannis excepebat. Quod Historia christianismi cap. 2. pag. 3. Edit. Schalholt. hoc modo refert: " Þórvaldr taladi trú fyrir mönnum, enn Fridgerdr var á meðan í hófinu, oc blótadi, " oc heyrði hvert þeirra ord annars, enn sveininn Skeggi hló at þeim. " 3: Thorvaldus hominibus religionem christianam predicavit, sed Fridgerda invidia in sano idola adoravit, ita ut verba utriusque invicem audirent, puer vero Skeggus illis deridebat.*

(a) Patet id ex hoc disticho.

" Hefur böin borit
 " Biskup nú
 " þeirra er allra
 " Þórvalldr fader. "

Quod ad verbum translatum ita sonat:

Patre novena tulit Thorvaldo pignora Praesul.
 Sed genuinus sensus est:

Patre novem peperit Thorvaldo pignora Praesul.

In voce *borit* est subtilis quaedam aequivoecio, nam significat & *tulit*, & *peperit*. Thorvaldus mentem auctoris, Episcopus vero saltem litteram respexit.

data, clamore, strepitu armorum, & lapidibus exceptos, maledictis exsecrata est; tantumque abfuit, ut procedere possent, & institutum persequi, quin ægre admodum elaberentur. Nec hoc contenti ethnici utrumque solenni iudicis sententia exulem declararunt.

§. 6.

Postremo ethnici, exercitu ducentorum hominum collecto, Episcopum cum domicilio & universa familia combusturi, divinitus impediti traduntur. Nam cum non longe a villa Præfulis abessent, complures aviculæ repente subvolantes, tantum equis incusserunt terrorem, ut sessorum deiecerent, quo casu alii brachia, tibias alii læserunt, aut fregerunt, quidam propriis vulnerati sunt armis, quidam equos amiserunt; omnes vero male mulctati, re infecta reversi sunt. Hunc tumultum Præful longo tandem tempore interjecto rescivit; & tamen, cum ex hoc plurimisque aliis id genus indicibus de successu desperaret, exacto in Islandia quinquennio ad externos reversus est. Thorvaldus quidem una abiit; sed in Norvegia in Hedinum incidens, illatæ sibi ab eo in Islandia injuriæ memor, ipsum per servum suum interficiendum curavit; quo episcopus cognito, ut iracundo & sanguinario societatem renunciavit, & deinde per Daniam in Saxoniam rediit. Thorvaldum vero, celebrioribus christiani orbis provinciis peragratis, in Russia demum fenem, vita cum morte commutata, ad templum Divo Johanni sacrum in monte quodam provinciæ Drapn sepultum, tradit *Historia christianiſmi* cap. 12. Brandum Peregrinatorem oculatum testem citans (a). Alii contra, postquam imperatori

Constan-

(a) Totæ hæc de Fridrico & Thorvaldo narratio ex *Vita Trygg*, part. 2. cap. 15. p. 42-47. *Historia Christianiſmi* cap. 1. 2. 4. & *Vatnulela* desumpta est; quarum loco exteris esse potest *TORÆUS Hist. Norv.* Tom. 11. p. 379-381. Hanc Evangelii prædicationem Islandis factam, confidenter primam vocamus. Nam per Islandos hic intelligimus colonos Norvegorum, qui seculo nono illuc transiearunt. Quod itaque Perillust. *PONTOPP.* Tom. 1. *Ann.* p. 13. ex *Cent. Magdeb.* adfert (de quo ipse vir doctissimus etiam dubitare videtur) quod episcopus quidam Anglus, nomine Kentinger, circa annum 960 discipulos suos in Islandiam ad evangelizandum ablegaverit, non intelligo; cum Islandia eo tempore habitatores non habuerit, nisi per eos intelligendi sint advenæ, aut erones illi, de quibus supra cap. 1. §. 2. mentio facta est, quod tamen nostram fidem superat; Graviter etiam erat author *marginal. Sebed.* pag. 6. *Edit. Schalb.* innuens primam evangelii prædicationem Islandis factam esse per Thangbrandum, quodque id primum Anno 999. quorum neutrum verum est.

Constantinopolitano multa cum laude meruisset, monasterium tandem suis sumptibus extruxisse, ibique ultimam vitæ partem caste pieque transactam placide finiisse, referunt.

CAP. V.

De Thorvaldo Bodvari filio.

§. I.

Thorvardus, Bodvari Sapientis filius, quem supra a Friderico baptisatum retulimus (a), triennio post, in prædio suo Ase templum extrui curavit, idque ethnicos pessime ulsit. Horum igitur dux Klaufus quidam, vic insigniter malus, Arngeirum Thorvardi fratrem interpellat, optionem permittens, utrum sacerdotem, quem templo præfecerat & Thorvaldo commendaverat episcopus, occidere, an templum incendere mallet? cui Arngeirus: Templum quidem delere aut incendere utile & bonum sibi videri, sed sacerdotem occidere, ne fratris ira accenderetur, quem leviore multo offensas acriter ultum esse sciret, cuius suorum amicorum dissaturum, neque hac vice huic-rei se quicquam immixturum.

§. 2.

Paulo post Klaufus cum decem comitibus templum noctu incensus, cum intra sepimenta, quæ ædem cingebant, venisset, per omnes fenestras ignem & flammam, emicare conspiciens, universam domum sponte conflagrare pervasus, non tentato facinore revertitur. Paucis dehinc diebus, cum audiret templum adhuc incolume esse, assumpto secum Arngeiro, conceptum animo facinus omnino patraturus, denuo templum noctu adit, effractisque valvis, cum ignem intra limen, aridis virgultis & quisquilliis subiectum, flatu oris pronus cieret, audito unius & mox alterius

(a) Sunt, qui Thorvardum in Anglia conversum & baptisatum fuisse asserunt, teste GUNN-LOGO in *vita Trygg*. Part. 2. cap. 64. pag. 232; Sed plures id Friderico tribuunt; idque anno primo, quo in Islandia fuit, factum esse produnt; sed triennio post Thorvardus templum hocce extruxit, Anno nimirum 984.

rius prope volantis aculi sonitu, tertium expectare consultum non du-
cens, perterritus, cursu salutem quæsiturus discessit (a).

§. 3.

Non multis ab episcopi & Thorvaldi discessu elapsis annis, univer-
sam Islandiam præcipue vero borealem partem, ingens invasit fames.
In tractu *Skegasfjörð* crudelis quidam & truculenti ingenii vir, nomine Sva-
dus tunc temporis habitavit, qui convocatis quotquot undecunque po-
tuit, pauperibus & mendicis, prope villam suam, terram effodere & in-
gentem facere scrobem mandavit, quæ perfecta, alimenta promisit. Latè
opus adgrediuntur mendici, eoque peracto, promissam postulant merce-
dem. Svadus petitis blande annuens, vilem & vetustate nutantem casu-
lam, quasi mensa hic cœnæ sternenda foret, omnes intrare jubet; sed
cum intrassent, foribus repente clausis, firmos obdit pessulos, hanc sal-
tem noctem illis vivendum, mane autem proximo universos occidendos,
aut cum casula cremandos, & in fovea, quam fecerant, sepeliendos com-
minans. Quæ perfidi hominis crudelitate audita, omnes in lacrymas &
lamenta soluti, miserandos extollunt gemitus, quibus totam noctem exe-
gerunt. Thorvardus autem Bódvari filius, primo mane villam forte præ-
teriens, lamentabili hac percepta voce, casulam adiit, & de re tota certior
factus miseris conditionem offert, si paganam deserere, & christianam
amplecti vellent religionem, se non præsentem solum, periculo omnes ere-
pturum, sed etiam tempore famis sustentaturum. Hæc cum lubentes acci-
perent effractis claustris, omnes domum suam deducit & refocillatos,
præmissa, qualis tum temporis haberi poterat, informatione, baptizari
curat. Svadus vero, cognitis quæ acciderant, captivos repetiturus, at-
que injuriam ulturus, Thorvardum furibundus persequitur; sed foveam
præterequivitans, repentina morte exstinguitur, & in ea cum cane & equo
more gentilium sepultus est (b).

CAP.

(a) Templum hoc ad tempora Botolfi Holensis episcopi sine insigni reparatione, per annos
scilicet 260. permanisse refert *Hystoria christiana*, cap. 3. pag. 4. Edit. Schallholt.

(b) Conf. *TORFÆI Hist. Norv.* Tom. II. p. 432. Svadus hic, si vera est hystoria, egregie
fidem

CAP. VI.

*De secunda evangelii annuntiatione Islandis per
Stefnerum Thorgilsi filium facta.*

§. I.

Cum tandem paucis interjectis annis Deo ter opt. max. arctoo orbi per evangelii prædicationem, filium suum plenius notum facere placeret, instrumentum negotio perficiendo aptissimum suscitavit, celeberrimum Norvegiæ Regem Olavum Tryggonis, cui, mox ubi ad regni gubernaculum accesserat, nihil prius, nihilque antiquius fuit, quam ut veritas evangelica, in regno Norvegico, & aliis septentrionis regionibus & insulis, solenniter prædicaretur (a).

§. 2.

Erant in satellitio Regis Islandi quidam, quorum non ultimus fuit Stefnerus Thorgilsi filius, Helgonis Biolæ pronepos, qui juvenis patriam reli-

fidem Salomonis *Prov.* 26. v. 27. liberavit. Et sane hoc exemplum non abimile est historię seu fabulę, quę a multis auctoribus de Hatone 2 Moguntię Episcopo, cognomento Bonoso, qui 967 perit, refertur.

(a) Quid autem optimum Regem præter pietatem & amorem animarum ad hoc opus impulerit, non facile dixerō; Sed non admodum falli videtur, qui inter has causas numerare velit.

1) Morem & genium sæculi, quosvis & quovis modo ad religionem convertendi aut cogendi.

2) Timorem quendam, si Islandia, Grönlandia & Færöa, alięque boreales insulę gentilissimo adhererent, plurimos Norvegorum, qui inviti religionem mutarent, ad eos abituros, quem ad modum Pulcricomio, formam regiminis mutante, accidit.

3) Inhibitionem scandali, ne Norvegi neophyti & in fide infirmi cum accolis gentilissimo additis in Norvegia negotiantibus, ibidemque sæpeventer hyemantibus conversantes, ad hypocrisin, apostasiam, vel etiam rebellionem seducerentur. Forte & 4to. inveteratam Norvegorum cupiditatem Islandos sibi subjungendi, quos suam esse coloniam distabant, quod hoc modo seu sub religionis prætextu facillime fieri potuit, & sæpius alibi factum est.

reliquerat, & in Dania christianam religionem imbiberat (a). Hunc Rex, prima statim regiminis sui ætate, in Islandiam verbum salutis prædicatum ablegavit. Omnes Islandi male quidem, ipsius vero cognati & affines omnium pessime eum exceperunt, id autem non curans, per plagas, australem & borealem, verbum ubique prædicans transit, sed plerumque exiguo aut nullo cum fructu; quidam enim salutarem doctrinam rejecerunt, quidam etiam in horrendas blasphemias eruperunt: quod ubi comperit, zelo & impatientia percitus, ad uvantibus decem comitibus, idola & delubra ferro & igne vastare cœpit. Pagani autem hæc nullo modo toleranda judicantes, Stefnerum occisuri congregantur; sed de re temporarij factus, fuga ad cognatorum quosdam peninsulam Kialarnes inhabitantes, qui reliquorum consiliis non consenserant, ægre evasit (b). Navis ejus, quam ad ostium amnis Gufa subductam reliquerat, vi æquarum in altum propulsa, gentilibus ludibriosi carminis materiam præbuit, sed eam, contra omnium spem, paulo post restitutam Stefnerus reparari curavit.

§. 3.

Sequente ætate in comitiis Islandiæ universalibus nova lex hac occasione promulgata est, qua religionem christianam annunciantibus & amplectentibus aqua & igni interdictum, cognatiqve rei aut affines intra quartum gradum actionem instituere jussi (c); christianam enim religionem;

G 2

ut

- (a) Stefnerum in Islandiam ab Olao Rege anno 996. ablegatum fuisse sensimus, sequentes auctoritatem *vit. Trygg.* part. 2. cap. 19. pag. 62. *id factum esse prima ætate, qua sceptrum tenuit Norvegicum.* Sed id accepit non per mensem Goe (qui ex parte convenit cum nostro Martio) 996, ut vult *Historia Christianismi* cap. 6, quam sequitur doctissimus *ARNGRIMUS Crymog.* libr. 1. cap. 10. pag. 103. insuntque alij gregatim. Sed circa initium hyemis 995, ut ex laudata *Olai Regis Vita* abunde probari potest. Omnes enim historiæ consentiunt, quinquennio eum Norvegis imperasse, subscribente eodem *ARNGRIMO* in *Comment. de Islandia* fol. 51. Sed debuit Olauis regnare 5. Idus septembris anno 1000. Prima igitur ejus regiminis ætas fuit 996. conf. *vit. Trygg.* part. 2. cap. 3. 16. 19.
- (b) Quosdam Stefneri cognatos, veræ religionis qualemcunqve cognitionem habuisse, non omnino negaverim. Nam nepotes & abnepotes Helgonis Biolæ erant, qui religione christiana imbutus in Islandiam venerat, eamqve ad mortem usqve retinuerat, ut supra cap. 3. §. 6. relatum est.
- (c) Stefneri vaticinium anno 1002. impletum est; tunc enim omnes Osvifi filii ob eadem Kiartani

ut summum familiæ dedecus, & totius reipublicæ dehonestamentum abominabatur. Stefnerum itaque cognatorum quatuor, Osvifi Helgonis, qui Sapiens dictus, filii in jus vocarunt, & peregrinæ seu legibus prohibitæ religionis reum egerunt. Quo ille audito, spiritu afflatus prophetico, sibi exilium injuste irrogatum non nociturum, ipsos vero, paucos intra annos, ob flagitia quæ perpetraturi essent, jure talionis mulctandos prædixit, quod & exacto quinquennio evenit (a).

§. 4.

His ita gestis Stefnerus, irrita fore prævidens quæcunqve religionis causa moliretur, ad Regem Olavum illico revertitur, optime ab eo exceptus. Hic postquam regno discederet, peregrinatione suscepta, supra memoratum Thorvaldum Kodrani convenisse, & cum eo terram sanctam, aliasque celebrioris christiani orbis provincias lustrasse dicitur. Denique hinc rediit, in Dania, audito Olavum Regem a Sigvaldo Comite deceptum, in hostium insidias incidisse, acre quoddam condidit carmen, quod in sui contumeliam factum intelligens Sigvaldus Stefnerum occidi fecit (b).

CAP.

Kiartani Olai filii, quem ex insidiis adorti fuerant, in exilium asti sunt. Vide *Laxdalem & Vitam Tryggonis* part. 2. cap. 73. p. 255.

(a) Vid. *Vit. Olai Trygg.* part. 2. cap. 19. pag. 63. *Hist. Chrifl.* cap. 6. pag. 8.

(b) *Historia Christianismi* cap. 12. Sed *Vita Trygg.* part. 2. cap. 19. Stefneri sui hoc ordine narrat, scilicet illum statim ut in Dania juvenis admodum Christo nomen dederat, peregrinationes exorsum, in his Thorvaldum Kodrani convenisse, eoque comite longe lateqve eas continuasse, donec in septentionem reversus ad Regem Olavum Tryggonis, in terris, quas occidentales (magna Britannia insulæque adjacentes intelliguntur) nostri vocant, tunc morantem pervenerit, & cum eo Norvegiam repeteret. Ex Islandia redux eodem Auctori part. 2. cap. 100. p. 308. in aula permanisse traditur, Regemqve tandem in Vandaliam secutus, verum præter voluntatem ab eo disrentus, cum in una earum navium esset, quæ imprudentes Dominum in insidiis relinqueret; post, excessu regis cognito, tædio Norvegiæ captus Romam petiisse, cumqve inde rediret in Dania a Comite Sigvaldo occisus. Cetera de eo conf. *TORF. Hist. Norv.* Tom. II. pag. 378. 397.



CAP. VII.

De tertia evangelii annunciatione Islandis per
Thangbrandum facta.

§. I.

Primus optimi Regis conatus, etsi optato successu destitueretur, non tamen destitit ille; sed eadem ætate, qua Stefnerus ex Islandia re infecta rediit (a), Thangbrandum, ex nobili Germano pugile aulicum Concionatorem factum, in Islandiam misit, incolas verbum Dei docturum; quem ad orientale insulæ latus, prope sinum Alstafiord appellentem, cognito, eum cum focis, christianum esse, incolæ nec in portum deducere, nec cum eo colloqui dignabantur. His pressus difficultatibus, celebrem virum, Hallum de Sida adit, ipsumque, Regis nomine salutatam, suppeticas orat. Hic etiam eum, Regis ergo benigne excepit, & non procul a villa sua tabernaculum, ipsi cum focis per instantem hiemem habitandum erigi curavit, subministratisque omnibus necessariis, sæpe eos conveniens, & interdum diu cum iis permanens, benignum semper & affabilem illis se præbuit (b).

§. 2.

Pridie festum Michaëlis, ad horam tertiam pomeridianam, Thangbrandus suos a consuetis laboribus quiescere iussit. Hoc miranti, causamque percontanti Hallo, Thangbrandus respondit: crastinam diem Archan-

G 3

-
- (a) *Vita Trygg.* part. 2. cap. 58. pag. 214. expresse dicit, Thangbrandum ab Olao Tryggvino in Islandiam missum, cum biennio regnum tenuisset; id erit anno 997; nam Thangbrandus biennium ad minimum in Islandia transegit, sed 995. inde abiit; unde patet anno 995. Olavum regnare cepisse, ut supra ostensum est. cap. 6. §. 2. pag. 51.
- (b) Halus de Sida idem non est ac Hallus de Haukadalo, ut putat *BUSSÆUS*; ille enim provectæ jam ætatis, anno 998. a Thangbrando baptisatus fuit, ut max dicitur, conf. *Sched.* cap. 7. pag. 34. Edit. Havn. Sed hic a Thangbrando anno sequenti 999. triennis baptisatus fuit, mortuus tandem anno 1090. ætatis 94, conf. *Sched.* cap. 9. pag. 58.

changelo Michaëli sacram esse; rursusque roganti: quis, qualis, quantum ille esset? regressit: Michaëlem Archangelum non esse hominem, sed a Deo omnipotente creatum spiritum, Angelorum quos Deus, ut contra diabolum ejusque cohortes militent, & fideles ab horum insidiis & insultibus protegant, in excubiis disposuit, Principem. Proprium autem & huic officium esse, animas fidelium, a corporibus disjunctas, in eternam vitam introducere, in qua nec mortem, morbum, dolorem, lacrymas, nec ullam miseriam eternum sentiant, sed ineffabili gaudio, honore, amore, sanitate, sanctitate & omnimoda prosperitate & beatitudine nunquam finienda fruuntur, similes factæ ipsis Angelis, quorum claritas solis splendorem, fragrantia omnem dulcedinem, celeritas, efficacia, & fortitudo omnem humanam cognitionem superet. Eorum multitudinem omnino esse innumerabilem, nam divisos esse in novem ordines, quorum quivis sibi peculiare ministerium a deo constitutum habeat. Aliorum enim esse diabolo ipsiusque angelis resistere; aliorum fideles christianos a malis & periculis protegere & conservare; aliorum ante thronum Dei stare, ipsique ministrare; creatorem autem laudare, venerari, ipsius gloriam admirari, faciemque eternam intueri, omnium commune officium & delectationem esse. Quibus a Thangbrando dictis Hallus: valde, ait, potentem eum esse oportet, omninoque omni humano sensui incomprehensibilem, cui tot talesque ministrent Angeli. Domum vero reversus, Thangbrando, inquit, & ejus socii cras festum uni Deorum suorum celebraturi sunt. Itaque nos etiam, mores eorum adstantes observaturi, a laboribus cessabimus.

§. 3.

Postridie ad tabernaculum properans, non procul se cum suis tenuit. Hic cum campanarum sonum & nolarum tinnitum, dulcemque scite cantantium harmoniam, qualem nunquam antea audiverant, perciperent, valde quidem admirati sunt. Sed cum officium missæ a clericis pretiosissimas indutis vestes peragi viderent, & fragrantem incensi odorem olfacerent, fere obstupuerunt; domum vero petentes, ritus & ceremonias christianorum summis laudibus extollebant. Thangbrando postea monere non desistenti, ut christianam religionem amplecteretur, Hallus tandem conditionem obtulit: domi suæ duas esse verulas, pannis & annis obsequas, quin adeo effatas, ut lectum nunquam relinquunt, faceret igitur periculum, easque

*eaſque baptizaret. Si enim ille, viribus deſtituta, & morti vicina, motio-
nem e lecto & vinam in aquam immerſionem, ſine vite periculo perferre
poſſent; aut aliquantulo melius inde ſe haberent, baptiſmum non eſſe ineffica-
cem, aut inſalubrem videri, & tunc ſe ſuoſque eum etiam accepturos fore
ſpondebat (a).*

§. 4.

Veruſæ deinceps juſſu Halli, affirmata tamen ante de fide in Tri-
nitatem, triplici luſtratoris quaſtione, & petito pro more baptiſmo,
Thangbrandum ſe ter in aquam immergere & albis deinde veſtibus induere
ſinunt. Poſtridie Hallo, ſciſcitanti, quomodo ſe haberent, ambæ ſimul
reſpondent: *ſatis bene; Non enim ſe præter conſueta ſenectutis incommoda
ſentire; & ſi qua valetudinis facta ſit mutatio, in melius factam eſſe. Hoc
ille non vulgariter lætatus reſponſo, ſe ſuoſque omnes pridie Paſchatos
in rivulo prope prædium luſtrari fecit, cui Thangbrandus inde nomen
Thvottá (annis lavaci) impoſuit.*

§. 5.

Proxima æſtate Thangbrandus cum Hallo, univerſalia comitia adi-
tutum ſe proſtebatur. Quod ubi ad ethnicorum aures pervenit, immani
& pluſquam vatiniario in eum odio & furore accenſi, famoſiſſimum in-
cantatorem, Hednum nomine, ut necromanticis artibus terram ſub eo
diſſunderet, in cuius hiatus delapſus ſuffocaretur, mercede conduxerunt.
Hoc & eatenus prope villam Kyrkiubai tactum eſſe fertur, ut equus pe-
tiret, Thangbrandus vero mira Dei gratia & comitum auxilio incolumis
evaderet. Thangbrandus cetera inter faciendum iter, verbum Dei paſ-
ſim prædicavit, multoſque, quorum Giſſurus Albus, ejuſque gener Hialto
Skeggonis nobiliſſimi erant, converſos baptizavit. A comitiis eam borea-
lis plagæ partem, quæ orientem ſpectat, permeans, non paucos bapti-
zavit (b).

§. 6.

(a) Etiam Hallo mens fuiſſe videtur ac Thorkillo Kraſſæ, de quo ſuprà cap. 4. §. 4.

(b) Conf. *Hiſtoria Chriſtianiſmi* cap. 8. pag. 11. *Viſa Olai Trygg.* part. 2. pag. 218.

§. 6.

Interim Thorvaldus Veilus & Verurlidus Poëta ignominiosis carminibus eum laceſſunt, qui injuriarum impatiens, Gudlei o, aliis Gudleifo Aronis opiculante, utrumque occidit, quapropter in jus vocatus ſeventibus comitis mortis reus judicatur (a). Parum itaque ſe in religionis negotio effecturum prævidens, Norvegico ſe itineri accingit. Aſt in altum provectus, contrario vento & æſtu maris diu multumque jaçtatus, tandem ad oram Iſlandiæ prope ſinum Borgenſem repellitur. Hic non ſolum omnibus inviſus, ſed etiam ad victum neceſſariis deſtitutus, a Kolo quodam divite ruſtico, pretio oblato, cibaria expetens, repulſim tulit. Urgente itaque neceſſitate, juſto relicto pretio, cibariorum quantum opus fuit, invito domino aufert. Hoc non ferens Koluſ, ducto in partes ſuas Skeggbiörno quodam & manipulo hominum collecto Thangbrandum infequitur. Acri commiſſo prælio, Thangbrandus duos, hoſtes vero novem & in hiſ Skeggbiornonem deſideraverunt (b). Hæc audiens Giſſurus Albuſ Skalholti habitans, Thangbrandum, ut apud ſe inſtantiem hyemem diverteret, invitavit. Thangbrandi navem, perinde ac Scæfneri, ventorum viſ & aquarum profluvia in altum evehunt, ſed aliquanto poſt, valde tamen læſa, illa repellitur; quæ res ethnicis poematum quorundam occaſionem ſubminiſtravit.

§. 7.

Primo vere Thangbrandus Geſtum Oddleifi conventurus, occidentem verſus proficiſcitur. Illic eum athleta quidam ad ſingulare provocat certamen, jaçtans viſiſ ſuis artibus, ſecum congregari non auturum, ſe enim nudis pedibus ardentem ignem illæſum conculcare, haſtæque mucroni pedetis impingere. Thangbrandus Deo eventum committens, ignem confeſcravit, & cuſpidem cruce ſignavit, quo factò furibundus ille jaçtator, igne

-
- (a) Faſoſo carmine traduci ſumma ſemper habebatur injuria, nec facile talem maculam fame adperſam, niſi humano ſanguine elai potuiſſe, innumera exempla probant.
- (b) De prælio inter Thangbrandum & Kolum commiſſo tacent *Schæde & Viſa Tryggvæni*, ſola *Hiſtoria Chriſtianismi* ejus mentionem faciente. Sed de rei veritate non videtur dubitandum, nam nomina propria locorum adhuc durantia, ex hiſ rebus nata, idem teſtantur.

igne pedes laesus, proprio mucrone transfigitur. Hoc convictus miraculo Gestus, cum aliis quibusdam christianam amplectitur religionem. Hinc Thangbrandus discedens, refectam interea navim conscendit, & postquam Islandis, se haud minus ensium, quam clavium usum callere probaverat, in Norvegiam renavigavit (a).

CAP. VIII.

*De Hialtone Skeggonis, & Islandis quibusdam
in Norvegia conversis.*

§. I.

In comitiis Islandiæ universalibus, quæ Anno 999. habebantur, de religione, quam prædicaverat Thangbrandus, multi multa loquebantur; magnumque erat partium studium; christianis idola, gentilibus verum Deum conviciis impetentibus. Tunc Hialtoni Skeggonis poema quoddam excidit (b), quod tantopere ethnicis displicuit, ut Runolfus Prætor,

(a) *Historia Christianismi* vult Thangbrandum in Islandia triennium transegisse, binas scilicet priores hyemes cum Hallo de Sida, tertiam cum Gisluro Albo: Sed *Schedæ* & *Vita Trygg.* biennii tantum hic transacti mentionem faciunt, quod etiam verius est. Nam 997. huc venit, & 999. rursus abiit. Plura de Thangbrando lege infra cap. 11. §. 5. Auctores de eo præcipui sunt, præter *Schedæ* ed. Isl. pag. 6. & 7. *Historia Christianismi* cap. 7. & 8. & *Vita Tryggonis* Part. 2. cap. 58. pag. 215. 220. Singulorum autem relationes studiose collegit *TORÆUS Hist. Norv.* Tom. II. pag. 397. imprimis vero pag. 417. 422. Ei similes Theologi Ecclesiam duplici modo militantem esse ostendunt.

(b) *Schedæ* cap. 7. pag. 38. & *Historia Christianismi* cap. 9. pag. 13. carmen Hialtonis mutatum adferunt; sed *Vita Tryggonis* & *Njala* integrum recitant, conf. & *GUDMUNDI ANDRÆÆ Lexicon* in voce *tveir*, unde id supplevimus. Carmen tale fuit:

" Vil eg eigi god gevia,
" grey þyker mer Freya.
" Æ mun annat tveigia
" Öþinn grey edr Freya. "

Cujus

H

tor illico ei dicam scriberet, & blasphemiae reum factum exilio mulctaret. Exactis itaque comitiis, Hialto ipsius furori cessurus, cum focero suo Gissuro Albo, Norvegiam petere constituit. Navim, quam domi suae Hialto (a) construi curaverat, secundum anmem Rangå ad mare deducens, a nebulone quodam capitis reo, quem ei percussorem Runolfus subornaverat, securitatem spondens, si facinus perficere posset, jactu hastae impetitur; sed hoc prudenter declinato, seu clypeo excepto, caput a suis hostem, non tantum impunitum esse permittit, sed etiam locum itineris addiscendo securum fecit.

§. 2.

Nidarosiae tum temporis multi Islandi convenerant, quorum nonnulli, ab anno 996. (b), accepta fide & religione christiana, Regi adhæserant.

Horum

Cujus tenor hic est:

*Nolo Numina ethnica infestare
canicula existimo Venere.*

Semper erit alter utrum

Orbinus canis aut Venus.

- (a) Hialto quidem domi suae navem fabricaverat; verum, ut puto, non ex materia innata, sed maxima ex parte illata & aliunde advecta: Nam licet Islandia, teste *ARIO Sched.* cap. 2. plurimis in locis sylvæ seu betula confita fuerit, tantæ tamen molis aut crassitiei non fuit, ut naves, præsertim capaciores, exinde ædificari possent. Hinc templa aut domus elegantiores ædificaturi, materiam ex Norvegia adveherunt. Idem & de Avangi navigio ceusemus, cujus *Landnæma* Part. 1. cap. 14. pag. 16. mentionem facit. Sed dormitat Consultissimus *BUSSÆUS*, vertens hæc *ARI* verba *Sched.* cap. 2. pag. 10. " I þann tid var Island vidi vaxit: " hoc modo: *Et tempestate erat Islandia salicetis confita.* Nam aliud est *Vidr*, latine sylvæ, materia, (utrumque enim significat) unde formatur Abl. singl. *Vidi*; Aliud *Vider*, latine salix, quod Ablativ. format *Vidi*, *ARIUS* scripsit, vidi vasit. Vertereudum itaque fuit *Ea tempestate Islandia erat sylvæ (vel betulæ) confita.* Nam præter betulam, eamque subinde crassiorẽ, juniperos minores & rariores, salices quandocumque & virgulta, paucas populos tremulas, imo & serbos sed rariores, ad magnam tamen altitudinem quandocumque pervenientes, aliud Islandia ligni genus non profert. Sed hæc in transitu.
- (b) Kiantanum, Hallfredum & alios, quorum nomina hic recensentur, anno 999. ad Olavum venisse statuit *Historia Christianismi* cap. 10. pag. 14. sed perperam; Nam ex *Vita Hallfredi* in *Hist. Trygg.* collata cum *Laxdæla*, manifestum est, id factum esse anno 996. Hallfredus enim primam hyemem in aula Regis transegit, deinde biennium in

Gothia

Horum principes erant. *Kiartanus Olai*, *Bollus Thorleiki*, *Hallfredus Poëta*, *Kalfus Asgeiri*, *Brandus Vermundi*, & fratres duo *Biarni Breidejensis filii*, quorum cuique sui erant affectæ focique navales. De Hallfredo refertur, quod fidem & religionem christianam recipere abnuerit, nisi ipse Rex eum ex sacro lavacro suscipere, seu compatrem ageret (a). Cujus & vori humanissimus Rex compotem eum haud invitus fecit. Kiartanum vero Rex, non tantum ob generis nobilitatem (erat enim Kiartani Hiberniæ Reguli ex filia nepos), sed & ob formam, fortitudinem, morum civilitatem, & ingenium quarumvis artium capax, tanti fecit, ut a se dimittere nollet (b).

§. 3.

Nonnulli autem hoc anno, qui 999. est, ex Islandia advenerant, quorum primipili fuerunt, *Haltberus Gudmundi*, *Kelkeinus Thordi*, *Svertingus Kunolfs*, *Thorarinus Nesjulfs*, omnes primatum Islandiæ filii, & propriam quisque regens navim. sed cum focis paganæ adhuc religioni adhærentes (c): Hos Rex (cui Thangbrandus inter hæc ex Islandia redux, quæcunque illic perpessus fuerat, retulerat, addens impossibile futurum Islandos unquam ad religionem christianam adducere) ira æstuans, partim compedibus ligandos, partim facultatibus spoliandos, partim membris truncandos, partim etiam neci dando, pronuntiavit: Tum Gissurus, qui non tantum in Islandia Thangbrandum in Regis gratiam hospitio exceperat, sed & ipsum Regem tertio consanguineitatis gradu attingebat, cum genero suo Hialcone, Kiartano Olai, & aliis Islandis, qui Christo nomen dederant, Regem adiit, non minus audaçter quam prudenter ipsi votum,

H 2

quod

Gothia vixit, ibique uxorem duxit, & sobolem procreavit. Deinde ad Regem rediit, & quartam cum eo hyemem fuit, antequam Islandiam repeteret, quod anno 1000. factum est.

- (a) Hallfredus hic fuit Poëta & pugil sui temporis celeberrimus; de Rege Olao, nec non Comitibus Hacone & Erico carmina encomiastica composuit. Plurima de eo *TORFÆUS Hist. Norv.* Tom. II. pag. 466. 483.
- (b) Historiæ Kiartani auctores sunt *Laxdala & Vita Tryggvini* Part. 2. cap. 22. 72. 73. quos sequuntur *ARNGRIMUS Cymog.* pag. 139. & *TORFÆUS Hist. Norv.* Tom. II. pag. 483. 491.
- (c) Hi ad Regem anno 999. accesserunt, ideoque cum prioribus (§. 2.) non confundendi.

quod dudum fecerat, in memoriam revocans. Dixerat enim Rex, se quodvis crimen culpamve condonaturum, modo reus pœnitentiam ageret, & religionem christianam admittere vellet. Addit præterea Gissurus, Thangbrandi relationem omni ex parte veram non esse; Islandos enim certe cum tempore fidem & religionem christianam accepturos, modo leniter & sapienter annuncietur; Ipsum vero illic, quemadmodum & antea in Norvegia fecerat, parum quiete processisse, & homines quosdam occidisse, quod a peregrino, & novæ religionis præcone, pati noluerint.

§. 4.

Hæc Rex vere & sapienter dicta esse agnoscens, hac vice ait, se Islandis vitam & securitatem concessurum, dum modo Gissurus & Hialto negotium religionis in Islandiam introducendæ & promovendæ in se suscipere velint, & sancte promittant, sua auctoritate & ministerio effecturos, ut Islandi ad veri Dei cognitionem perducantur. Sed dum rei eventus expectetur, quatuor Islandicæ juventutis nobilissimis, Kiartano Olai, Halthoro Gudmundi, Kolbeino Thordi & Svertingo Runolfi, obsidum loco secum manendum fore. Hac a Hialtone & Gissuro accepta conditione, Rex obsides recepit, reliquis vero commeatum dedit, qui omnes paulo post, Rege multum gaudente baptizati sunt. (a).

CAP. IX.

*De quarta Evangelii annunciatione Islandis per
Gissurum & Hialtonem facta.*

§. I.

Ineunte vere Gissurus & Hialto itineri in Islandiam sese accingunt; quod licet Hialtoni, publica auctoritate in exilium acto, multi dissuaderent,

(a) Cum eis, quæ hoc capite dicta sunt, conferendus *TORÆUS HJ.* Norv. Tom. II. lib. 9. cap. 30. 31.

non tamen absterri potuit, quin cum focero proficisceretur: Assumpto itaque Thormodo sacerdote, aliisque ecclesiastici ordinis viris, ut & materia templo condendo præparata, quam Rex, cum aliis, ad profectio- nem & negotii expeditionem necessariis, ipsis dari mandaverat, solvunt. Iter feliciter cessit; salvis enim suis omnibus, decem exactis ætatis hebdo- madibus, ad insulas Vestmannicas appulerunt. Exonerata navi, locum sacræ ædi condendæ aptum, sorte eligunt; Regis enim jussu in loco, ad quem primum appellerent, condendum erat. Biduo tantum (a) in insu- lis consumto, in continentem se conferunt, quam eodem die, quo ad comitia confluebant incolæ, attigerunt.

§. 2.

Hinc exempro iter ad comitia instituerunt, quod per Runolfi (Hialtonis infensissimi hostis) ditionem periculosum valde & difficile erat. Nam omnibus ejus subditis, equos subtrahentibus, & comætarum præ- bere abnuentibus, usque ad villam Skeggonis, cujus filius Thorvaldus, Hialtonis foreorem in matrimonio habuit, pedibus iter facere cogebantur, a quo equis aliisque necessariis instructi, Laugardalum tendunt (b) Hic Hialtoni, ut cum duodecim viris remaneret, ægre persuadent. Giffurus vero cum reliquis ad locum stagno Olfusvatni propinquum, Vellankarla dictum, perrexit. Illinc nuntio ad comitia missio, petitum, ut ipsis auxi- lio amici & cognati quantocius properarent, quippe inaudiverant, fore,

H 3

ut ;

(a) *Historia Christianismi* cap. 11. pag. 17. vult Giffurum & Hialtonem duas hyemes in insulis Vestmannicis mansisse, quod recitasse est refutasse; *Vita Trygg.* Par. 2. pag. 259. quinque dies; Sed *ARICUS Sched.* cap. 7. pag. 38. Ed. Havn. eos exemplo continemem petisse refert. Quas diversas Auctorum relationes conciliatari, in *Historia Christianismi* legendum putamus 11 *actv* pro 11 *actr*, leviusecula unitis literæ mutatione, & tunc omnia bene coherent, & cum aliis notis, quibus tempus describitur, conveniunt. Omnes enim fatentur Flosonem Thordi eodem die tesqve Arnaristakenfia transisse, quo illi ad ostium Dyrholense pervenerant, postriedie ergo ad insulas appu- lerunt, & biduo post in continentem se contulerunt, quod eodem die factum est, quo incolæ ad forum generale confluere solebant, & hoc triduo Flólo iter ad con- itia commode absolvere potuit.

(b) Hialto non in ipso prædio Laugardalo, ut vertit *BUSSÆUS*, sed in tractu Laugardal- lensi, id est *Valle tbermarum*, quæ circiter duo miliaria a Comitiorum loco distat, remanuit.

ut inimici armata manu illos a comitiis repellerent. Prius vero, quam loco moverent, Hialto, moræ impatiens, cum focis improviso adfuit; & mox, quos desideraverant, amicos & cognatos obvios habentes, ad Comiticia, ab Asgrimo Ellidagrimi hospitio recipiendi perrexerunt. Ethnicis vero se armatos sistentibus, non multum abfuit, quin in mutuum conflictum corruissent, ni tanto malo iterum cessissent, & sedatiores quidam intercessissent.

§. 3.

Postridie, missa a Thormodo sacerdote solenniter peracta; Giffurus & Hialto, septem comitati clericis, sacras indutis vestes, binas cruces & thuribulum cum incenso portantibus, cujus fragrantia tam contra, quam secundum ventum percepta esse fertur, in comiticia prodeunt. Negotium deinde, quæ cum plebe id communicari consultum videbatur, tanta facundia (a) publice exponunt, ut omnibus essent admirationi, quin nemo contra hiscere auderet. Nihil autem effectum, nisi ut, testibus ultro citroque nuncupatis, Christiani & Ethnicis mutæ societati renunciarent. Nam tribus abhinc annis christianos tanquam publicum propudium e republica eliminandos, & morte aut exilio puniendos esse lege sancitum fuerat (b).

§. 4.

Hæc dum geruntur, cursor quidam in forum venit, subterraneum ignem tractum Olfusensem vastare, & prædium Thoroddi Prætoris in magno esse periculo, nuncians. Hoc ethnici audientes: *non mirum, inquit, est, si Dii ob præsentis novitates, resque iis exosas, quæ jam geruntur, ira estuent.* Snorro autem Helgfellenis, ethnicus ipse, interrogando respondit. *Qua quæso de causa fervebat ira Deorum, cum flagravent petra, quas jam calcamus?* (c) eoque effato os ipsis obligavit. Est enim, **comi-**

(a) Giffuri & Hialtonis facundia dicitur etiam Olao Regi admirationi fuisse, & multum laudatur *Vis. Trygg.* part. 2. cap. 60. pag. 222.

(b) Vid supra cap. 6. §. 3.

(c) Ex hoc Snorronis responso patet, ipsum & plures Primatum crypto-christianos & in conscientia de gentilissimi vanitate convictos fuisse, licet *veritatem in injusitiis detine-*

comitiorum regio circumquaque aspreto constans. His utrinque dictis
 factisqve, ad tempus in tabernacula se recipiunt.

§. 5.

Incolis cetera, ut nuper diximus, divisis, christiani Hallum de Sida
 rogarunt, vellet christianissimo dignas & proficuas leges ferre; Verum ille
 tantum negotium prudenter declinavit; Novit enim vir sagax, leges a Chri-
 stiano latas, Ethnicos haudquavquam ratas habituros. Data igitur pecu-
 nia, trium marcarum argenti, Thorgeirum Liosavatnensem tum temporis
 Nomophylacem, ethnicissimo adhuc addictum, eo perduxit, ut id muneris
 in se susciperet; antea tamen ab eo, ut tres articulos, quos Gissurus &
 Hialto dictabant, legibus rogandis infereret, stipulatus (a). Quo facto,
 Thor-

rent; ad quod eos præter instant contumaciam & avite religionis amorem, etiam me-
 rus, ne annuum tributum delubro & idolis, quorum erant curatores, debitum
 miniterent, impulit, perinde ac Demetrium & socios, *Act. 19. v. 24-27.* Nam
 quam primum religio christiana in Islandia cepit prædicari, quidam incolarum, ido-
 lis tributa pendere detrectarunt, ut ex *Historia Christi.* cap. 2. pag. 4. supra cap. 4.
 §. 2. est ostensum.

- (a) Articuli illi teste *Vita Trygg.* Part. 2. cap. 62. pag. 241. sunt tres priores in legibus
 a Thorgeiro promulgatis, moxque inferendis. De quantitate autem pecuniæ, quam
 Hallus Thorgeiro dedit, non convenit inter Auctores. *Historia Christianismi* dicit,
 fuisse semi centum argenti : " Hállt hundrad sylfrs. " *Njala* autem numerat tres
 marcas argenti, quæ toto distant cælo, & invicem conciliari impossibile est. Cum
 vero prima vice hic nobis sese offerant antiqva moneta nomina, eademque sæpius
 occurrita fore nullum sit dubium; opera pretium ducimus, ut hic paucis ea expli-
 cemus, qualia sunt. *Pening, Aliu, Ortag, Eyrr, Mork, Hundrat.* *Pening, nummi
 minuti,* mentionem facit *SNORRO STURLÆUS* in *Vita Haraldii Grafeldi*, dicit
 enim, *quemvis Islandorum dedisse Eivindo Poete tres nummos argenti;* Similiter *ARIUS*
 in *Sebedis* de Grimmo Geitfó: " Hönum gaf hyer maðr einn pening á landi her. "
 : *Ílli quovis incola hujus terre unum nummum dedit* cap. 3. pag. 16. *Conf. Jus
 Eccl. Arnæ Episcopi* cap. 31. ubi nominatur " einn peningr taliann, eþr nöckur
 " þar annat, fo at tio menn gialldi slnar virði, " : *nummus mercium aut tale quid,
 quod decies sumtum unam ulnam constituat.* Unde patet, antiquos habuisse minutissimos
 nummos, quorum decem valebant unam ulnam, sed singuli 2½ unum obolum Dani-
 cum. *Alin, ulna,* : ulna panni Islandici crassioris, æqvabat 10. nummos Islan-
 dicos, sed 4. obolos Danicos. *Ortag* dicit Perillustr. & Doctiss. Norvegicæ Cancellar-
 ius *BIELKE* in *Glossario juridico esse* " toe hvide Danske, men en gammel
 " Ortag

Thorgeirus se extemplo in tentorium recipiens, lectum petit, stragulaque involutus, totum diem noctemque sequentem, ne verbulum quidem proferens, decubuit.

S. 6.

sili " Ortug halv anden-Skilling. " Plurimi nostratum antiquariorum volunt Ortug esse idem ac Rigort : quætam Joachinici partem; Sed Doctiss. noster VIDALINUS in commentario de vocibus Mörk, Eyrir, Ortug, invidiis argumentis evicit, Ortug valuisse duas ulnas : octo obolos Danicos. Eyrir variè fuit, tam generis ut Eyrir gullis, uncia auri, qui valebat 60. mercium uncias, & Eyrir sylfurs, qui nunc quatuor, nunc sex mercium uncias valebat, ut postea dicemus; quam pretii, occurrunt enim sölfulna Eyrir, niu ulna Eyrir, sex ulna Eyrir, & þriggia ulna Eyrir, teste eodem VIDALINO. In Islandia autem communissimus fuit sex ulna Eyrir, de qua hic agimus, qui 60. nummos, 6. ulnas, sed 3. Ortug continebat. Mörk fecit octo uncias, seu 48. ulnas. Hundvad : Centum majus, seu centum & viginti, ista distans a centum (: centum & viginti) ulnis, quas continebat, adeo ut centum, seu hundreda in se haberet 1200. nummos, 120. ulnas, 40. ortug, 2½ mörk, circa quæ notandum venit:

1) Has voces seu monete nomina, sicut quædam videantur ponderis genus notare; hic tamen revera ad monetam pertinent, camque illis inscriptam aut lignatam fuisse; & præterea etiam eadem ad mercem translata fuisse, ut in " Alin, Eyrir, " Mörk, Hundrad Vera " : ulna, marca, centum, mercium.

2) Quod hæc duplièr modo computabantur, aliud enim Eyrir, Mörk, & communis, quæ etiam talinn : numerata vocabatur, quæ ad merces & forte vilissimis metallum pertinebat, aliud Eyrir, Mörk & c. Sylfurs, quæ plerumque æginn : ponderata appellabatur; Ubi bene observandum est, quod ubicumque moneta aut summe nominata subiungitur vocula Sylfurs, ex. gr. tot uncie Argenti, maræ Argenti, aut hundreda Argenti, ibi semper intelligenda est moneta, aut argentum ponderatum, quod viliori metallo & mercibus, quadruplo aut sextuplo, pretiosius fuit, quæ dignitas ex raritate argenti proveniebat, nam Omne rarum carum.

3) Notanda est distinctio inter " brennt sylfur hvít i skör, " : argentum desecratum in fracturis albam, cujus unica uncia valuit 36. ulnas, seu 6. mercium uncias, vid. Gragas & L. L. Island. Tit. Kaupab. cap. 5. & " lög sylfur bleikt i skör, " argentum commune, quod fractum colorem habuit pallidum, aut gilvum, tunc pat. et lög sylfur, et meiri blutr er sylfur, enim mellingar " est autem argentum legitimum, quod plus continet argenti quam ævis. Cujus uncia valuit quatuor mercium uncias, sive oras, cum sextante : 25. ulnas vel semimarcam & semi-ortug, ut patet ex Gragas loco citato: " Pat var jafumikit se kallat, hundrat sylfurs, sem CCC. " og XX. ulna vadmilla, og verður þá að hálfri mörk vadmilla eyrer. " : æqualis pretii statuatur hundreda argenti, ac quatuor hundreda & viginti ulna panni vilioris, ita ut semimarcæ talis panni æquivaleret ora. Id est Eyrir sylfurs (: bleikt i skör) valet

item

§. 6.

Interea ethnici suorum quaecumque concilium cogunt, in quo tandem Deos humani sanguinis sacrificio, ne religio christiana invalefceret

Semimarcam. Utitur hic Auctor numero rotundo *semimarcæ*, quæ 24. ulnas valet pro *semimarca* & *semi-ostug* 3: 25. ulnis, quæ hic argenti unciam faciunt. Omnia hæc si accurate observentur, patet Hallum dedisse Thorgeiro, aut secundum *Nialaw* tres marcas, id est 24. uncias; aut secundum *Historiam Christianismi*, " hålfst " hundred, " id est unam marcam, & duas uncias argenti, quod facit 10. uncias argenti; Minus itaque recte doctissimus *TORFÆUS* in *Hist. Norv.* Tom. II. pag. 429, statuit eum dedisse 60. uncias argenti, ut & *BUSSÆUS* in notis ad *Sebedas Arii Polybist.* Thorgeirum tantillam pecuniam, aut quancumque tandem fuerit, haud tanti fecisse, ut veritatem, in qua suam & totius rei publicæ salutem sitam esse novit, eadem venderet, nec harum legum promulgatione quicquam contra conscientiam fecisse, nec hac pecunia ab Hallo, ut *TORFÆO* placuit, corruptum fuisse statuis. Obstat enim

1) *Impossibilitas*: non enim fuit in Nomophylacis potestate, eas, quas ipse voluit, ferre leges, sed requirebatur communis popularium consensus, ut ex hoc ipso factio patet.

2) *Utriusque viri Halli & Thorgeiri indoles & mores*: Uterque enim & ante & post hunc actum, viri cordati & boni civis nomen & famam retinuerunt.

3) *Summum peccatum & perjurium*: Thorgeirus præter Præturam provincialem, gessit etiam summum magistratum seu Nomophylacis officium; Hallus vero, Prætor provincialis, & jam Christianorum Nomophylax designatus fuit. Ipsi itaque, perinde ac partes testesque causarum, quotannis, aut quancumque exigebatur, iurejurando se obligarunt, sine dolo malo omnes officii partes sese obituros *Landnama* Part. 4. cap. 6. pag. 138. *Hist. Trygg.* Part. 2. cap. 6. pag. 13. conf. supra cap. 2. §. 20. pag. 31. Sed perjurium, etiam apud gentiles, ut expresse testantur *Laxdela*, *Vigaglams Saga*, aliique, ingens habebatur crimen. vid. supra cap. 2. §. 20. pag. 30.

4) *Summum periculum*: utrumque enim, tam emptorem, quam venditorem legum & judiciorum, exilii pena manebat, ut tam ex antiquis legibus, quam Ejulfi Bølverki filii & Oddi Ofeigsonii exemplis liquido constat.

5) *Contraria partis*, quæ christianam religionem summo prosequeretur odio, *profundum silentium*, quæ nunquam hos viros talis criminis infirmulavit, quod saue fecisset, si corruptio in suspitionem venisset. Quibus rite consideratis, proximum est ut dicamus Hallum boni civis officium implevisse, qui oblatum a suis Nomophylacis officium prudenter declinavit, ne illud accipiendo statum in statu formaret, & rempublicam civili bello hoc modo implicatam pessundaret. Sed quæ ea averteret, nec tamen

ret exorandos, idque non parce, nam octonos, seu duos ex quolibet insulæ quadrante offerendos esse statuunt (a). Hoc Hialto & Gislurus addito, suorum etiam concilium convocant, dicentes, se etiam humano sacrificio Deum placare velle, totque ipsi viros ex sua parte offerre, quot ex sua ethnici immolent, sed non eodem modo. *Ethnici enim, inquirunt, homicidas, fures, aliosque nequam & nauci homines diis suis offerunt, ut ut aut iis spinam frangant, aut illos e rupibus precipites dent; se autem viros principes ut dignitate, ita virtutibus maxime spectabiles deo oblaturus; non ut illis vitam violenta morte eripiant, sed ut ipsi, mundo & peccato mortui, deo, ejusque Christo viros se devoteant. Et ne ab ethnicis hostiarum numero vincantur, octo etiam viros, binos scilicet ex quavis insule parte, huic lustramini destinandos esse, sique ita placeret, pro parte australi se huic albo inferendis offerunt* (b). Omnibus hanc sententiam collaudantibus, ex parte orientali Hallus de Sida & Thorleifus Christianus; ex boreali Thorvardus Bödvari & Hlennus Annosus; ex occidentali Gestus Oddleifi & Ormus Kodrani,

tamen religionis negotium proderet, ad Thorgeirum legitime magistratum gerentem, cui antiquarum consuetudinum legumque emendatio, novarum vero ex consensu popularium rogatio, jure competebar, se convertit, de cuius animo a christiana religione non abhorrente certum eum fuisse, consentaneum est ut statuamus; cui, postquam etiam officii adnoverat, honorarii aut salarii loco, quod tam arduum & odiosum in se suscipere opus (quod alias facile declinare potuit) tres marcas (24 imperiales) vel ut alii habent "hálf hundrad sylfurs" (decem imperiales) donavit; Thorgeirum autem accipiendo haud quaquam suam conscientiam vendidisse, multo minus veritatem prodidisse, sed ad faciendum quod sui esset muneri, & ad statuendum quod omnibus saluti & emolumento fore animo convictus fuit, hoc modo adductum fuisse, ut operam autoritatemque publico commodo libentius locaret.

- (a) Humana sacrificia Islandis quondam in usu fuisse alia etiam testantur exempla vid. supra cap. 2. §. 15. & ad hæc, sacræ, quasi ancoræ, in summis angustiis constitutos perfugisse. Sed idcirco Islandi aliis populis humaniores non sunt habendi; nam pluribus hæc abominatio familiaris fuit; Haquinus enim Norvegia Comes, & Ericus Svecie Rex, filios suos diis immolarunt. Idem etiam de Græcis, Romanis, Gallis, Germanis, Danis, Peruvianis, atque Mexicanis legitur; nec obscura hujus crudelitatis in sacris literis mentio.
- (b) Votum Gisluri & Hialtonis omnino pium, & verbo Dei conforme fuit, nam vero Deo id nuncuparunt, *Pf. 75. v. 12.* De re possibili & Deo placente, *1 Pet. 2. v. 5.* non conde sed libere, *2 Cor. 9. v. 7.* nec temere aut inconsulte *Eccl. 5. t. 1. 2.* Denique ex vera fide provenit, *Ebr. 11. v. 6.*

Kodrani, hoc voto se obligarunt. Ormus quidem antea baptismum (a) abnuerat, nunc vero de paganæ religionis futilitate, & christianæ præstantia convictus, lubens Christo nomen dedit.

§. 7.

Postridie surgens Thorgeirus ad omnia tabernacula nuncium misit, jubens ut frequentissima in comitiis adesset concio; cumque multitudo confluxisset, ingens primo strepitus & inconditum murmur exstitit. sed cum tandem conticerent, in hunc modum verba fecisse perhibetur: *Audite viri sapientes, & tu plebs animadvertite quæ locuturus sum; Nisi una cuncti cives utantur lege, iisdemque vivant moribus, maximam reipublice nostræ perniciem, & irreparabile damnum impendere prævideo. Nam simul ac leges discernimus, pacem & concordiam distrumpimus; disrupæ autem paci, & prostrata concordie, odium & invidia succedent; invidiam autem bella sequantur civilia necesse est, quæ nos perdent, facultates nostras exedent, & toti insulæ nostræ lacrymabilem vastationem, tandemque horrendam solitudinem inducent; Nam ut parvæ res crescunt concordia, ita discordia vel maximæ dilabuntur. Omnes proinde animi & corporis vires intendere debemus, ut leges dividentes pacem prostrigemus. Cogitate, quæso, vobis etiam, me tacente, sicut nota Daniæ & Norvegiæ Regum exempla (b), qui diu discordes & mutua gerentes bella, alter alterius ditiones vastando, & subditos occidendo, semet invicem attriverunt, usque dum subditi & consilarii, bellorum utrinque pertæsi, invidiis ipsis Regibus in medium consulerent, & pacem concederent. Quo factum est, ut Reges videntes quam bonum esset pacem & amicitiam colere, quam malum contra odio & invidia indulgere, depositis odiis, ex insensibilis hostibus, brevi carissimi amici fierent, ita ut dona preciosissima invicem mitterent, quæ benevolentia, cum maxima ipsorum lætitia & subditorum commodo, ad utriusque mortem duravit. Jam licet nos Islandiæ*

I 2

Prætores

(a) De Ormo vide supra cap. 4. §. 3. De Gesto autem cap. 7. §. 7.

(b) *Historia Christianismi* cap. II. pag. 20. nominat Reges, Dagum Daniæ, & Tryggvænum Norvegiæ; id aut id perperam factum, aut horum Regum memoria penitus interit; nam licet omnes evolueris historias, nunquam Dagum Daniæ, & Tryggvænum Norvegiæ, Reges synchronos fuisse, & mutua bella gessisse invenies; prudentes ergo nomina omisit. Sed *Hringonis & Trygvii Historiam* exhibet liber M. S. qui cæstat in Bibliotheca A. Magnæ b. m. sub N. 489. 572. 586. in 4.

Prætores & Primates, nec Regibus potentia, nec eorum consiliariis sapientia, firmus comparandi; at tamen laudabilia & bonæ frugis plena eorum diæ & facta, imitari vetitum non esse, sed multo magis licitum & utile pui. Consultissimum itaque videtur, ne eos solum audiamus, qui mutuo maxime dissident, verum potius ita eos conciliemus, ut utriusque parti aliquid detur, omnes tamen iisdem legibus, iisdemque moribus, vivant & gaudeant; non certo certius est, legibus discerpitis, pacem etiam ruptum iri.

§. 8.

Hæc cum Thorgeirus dixisset, omnium applausu excipitur, inque ejus sententiam manibus pedibusque itur; promittentibus singulis, illam se amplexturos & ratam habituros legem, quam ipse conditurus esset. Quod ubi sancte stipulati fuerant, sequentes articulos in legem referri iussit:

1) *Omnes totius Islandiæ incole baptisantor, & religioni christiane addicti sunt.*

2) *Idola & delubra profana sunt & delentor.*

3) *Sacrificia diis obtulisse, & idola palam coluisse, si quis testibus convincatur, exilii reus esto.*

4) *Si quis vero id clam fecerit, insens esto.*

5) *De infantum expositione (a) & carnis ævinæ esu, antique leges manent; simul iudicium sit de cæteris, quæ christianismum non evertunt.*

Hi

(a) Cum in cap. 2. ubi de primitiva Islandorum religione aliquid egimus, nobis exciderit mentionem facere expositionis infantum, & hic se comoda offerat occasio, eandem, ejusque caeremonias, ut ab antiquissimis authoribus, ipsissimis eorum verbis describitur, Lectorum oculis subjiciemus, ut inde non tantum ejus ritus & caeremoniæ, sed etiam ipsa rei indoles eo accuratius cognosci queat. *Gunnl. Orust. Vita cap. 2. "Eitt sumar biótt Þórsteinn til þings oc hitti Jófrídi húsfreyja ádr hann" fór. oc segir. Svo er háttat. segir hann. at þú ert med barni. oc skal ábera "ef meybera er, enn uppáda ef sveinn er. Þat var þú síðr er Island var höfð "allt. at þeir menn er felitler vóru enn stóð ómegd mörg saman. letu úbera bœn "sin, oc þótti þó illa gjört. oc er hann hafði tvo malt. svarade Jófrídr. Þetta "er ófrínliga mælt líker madr sem þú ert. oc mun þer eigi fyrra þetta at líta "gjöra. er þú ert bædi auðigr madr oc vinfæll. " x. *Æstate quodam Thorsicus comit**

Hi sunt primi apud Islandos Juris Canonici articuli, quos cunctis Islandiæ primatibus consentientibus, Thorgeirus Nomophylax promulgavit;

I 3

comitia aditurus, Jofridam uxorem ante abitum convenit, dicens: Scio equidem te gravidam esse, quod si infans feminei fuerit sexus, exponatur, si vero masculini, nutritur. Moris erat tunc temporis in Islandia adhuc gentili, quod pauperes, familia numerosa preest, infantes exponerent, (quavis & scelestum illud reputabatur) cui Jofrida respondit: Turpe hoc est dictu tanto viro, nec consentaneum hoc tibi factum videbitur, cum & magnis opibus, & frequentibus amicis gaudeas. Et Finnbugi Robusti vita cap. 2. " Eitt hvört sinn reid Almundr til þings vid menn sína. Þá mælti hann til Þórgerdar. Nú atla ec til þings ríða elter vanda, en ec veit at þú ert " med barne oc miðc framat. Nú hvört lem þat er. Þá skal eigi uppala helldr " skal útbera þetta barn. Hún svarar at hann man eigi þat gíöra sva ríkr oc " vitr sem þú ert. Þvi þetta væri hit úhæfligasta brøgd þó fátækr madr væri, en nú " allræhelt er ydr skortir eigi góðz — letlu líðar fæddi Þórgerdr sveinbarn. — " Nú þótt Þórgerdi þætti barnit fagurt oc unni mikit. Þá villdi hún þó láta " útbera. Þvi hún vissi lyndi Asbiarnar bróður síns at eigi mundi vel duga utan " hann redi. Síðan feck hún menn til at bera út barnit oc búa um sem vandi " var á. Þessir menn báru barnit úr gardi út oc lögdu uidr milli steina tveggja. " oc ráku yfer hellu mikla. oc letu flecki í munn barninu oc gengu líðan brott. "

∴ *Vice quadam Asmundus comitia cum suis adire constituens, Thorgeidam ita alloquitur: Jam comitia pro more adibo, scio autem te gravidam esse & partui proximam. Cujus autem cunqve sexus fuerit infans ille, non alatur, sed exponatur. Illa autem respondit: haud ita facies, vir tam opulentus & tam sapiens, atrox enim hoc scelus homini egno foret, multo autem magis, cum opum non indigeatis. Paulo post Thorgeida filium peperit. Quavis autem formosus Thorgeida infans ille visus fuerit, & cum adamares, exponere tamen voluit, cum ingenium fratris Asmundi cognosceret, iram ejus non aliter declinari posse. Postea homines, qui infantem exponerent, & pro more circumdarent, conduxit. Isti infantem extra villam portarunt, inter duos lapides deposuerunt, ori infantis lardum incidere, & magnam suxum planum super imponere, tandemque discessere. His consonat Thorsteini Tauripedis Vita: " Nú " geck Freysteinn þó nandigr væri. oc tók upp sveininn. oc geck út med til skógar. " Hann vafli pillinnu í einum dák. oc lagdi flickis sneid í munn hans. Hann " giörði skíól undir vidarrótum. let þar koma í barnit. bió vel um. oc geck burt " líðan. " ∴ Freysteinnus, iuvitus tamen, discessit, & puerum in sylvam exportavit, illum quoque panno involvit, & ori ejus lardum incidit. Sub arboris cujusdam radice foveam, ab injuria aeris immunem, effodit, ubi infantem deposuit, accurate circumcinctis & postea discessit. Similes apud alias gentes observatos fuisse expositionis ritus, colligi potest ex Vita Olai Tryggonis, part. 1. cap. 70. pag. 70. de Arnfinni Saxonie Comitiss filio ita loquente: " Þeir nema stadar vid skóg þann er Myrkvidr heitir, " oc letu barnit koma undir vidarrætur — Þeir fundu þar sveinbarn, þat var lagt " undir vidarrætur, oc knýttu knáttu mikill í enninu á sílki dregli, er þat höfði " um*

vit; simul ipse professus, tres primos se christianis dare; quartum in gratiam gentilium ferre, ultimo autem utrisque velificare. Nam si in-
quit,

"um hōfudit; Þar var í ortugt gulls, barnit var vafit í gudvefiar pelli." *x. In silva que Myrkvidr (sylva tenebrosa) appellatur gradum sstunt, & infantem sub arboris radicibus recondunt — ibi puerum sub radicibus arboris reperiant, cui in fronte rot magnus, tania sericea, qua caput redimitus erat, nodus. Nodus isto versibus usque auri partem continebat; infans holoferico involutus erat. Cui contentit Sanctus Pulchri Vita cap. 14.* Ex quorum collatione discitur infantum expositionem, legibus non peritus prohibita, sed inhonestam, & omnibus bonis abominationi fuisse. Deinde certos adhibitos fuisse ritus, ut infans scilicet, fasciis contractus, in forum collocaretur, aut etiam lapidibus circumdaretur, ne aëris violentia, ferarumve lanata periret. Et tandem ut morti quidem exponeretur, sed ne esurie (unde laridum aut pinguedo carnea ori inserta fuit), multo minus violento adu aut sanguinis effusione neceretur. Huic sententiæ non obstat exemplum Torfi in *Hördi Vita* cap. 7. p. 77. "Bad hann Sigurd söftra sinn taka vid barninu, fara með þat til Reykiadalár, oc totrýna þvi þar." *x. Sigurdo coalumno suo infantem tradit, eique præcepit, ut ad amnem Reykiadalá illam perferret, & ibi neci daret.* Antea enim dixerat "et barnit skylldi útbera" *infans exponeretur.* Sed furore percitus, & confusio dimis oblitus, iussit eundem in fluvium projici, quod Sigurdus, ut nefandum detestatus est. "Sigurdr quod þat illt verk vera — Þó tók hann barnit oc gekk með þat til Signýrstada, oc lagdi nidr í gards hlidi, oc þókti líkligt at þæt mundi sinnast." *z. Sigurdus factum esse scelustum asseruit, infantem tamen asseruit, Signýrstadas reportavit, & in porta sepimenti deposuit, verisimile enim ibi videbitur, ibi celeriter inventum iri.* Et multo minus *Landnama* Part. 5. cap. 6. pag. 158. "Asgrímur bad barnit útbera, enn þræll huatti greffa, lá er hönnum skylldi gröf grafa." *z. Asgrimus infantem exponi iussit, servus autem sportam accebat, qua foveam effodere constituerat.* Nam hæc nobiscum faciunt & supra allatis consentiunt. Hunc expositionis morem Thorgeirus nec abrogavit, nec confirmavit, sed in statu quo fuerat reliquit, in quo se subtiliorem offendit Politicum, quam Theologum, quod ut minime exculpari potest, ita mitiore mereri videbitur censuram, si ipse viri conditio, temporis circumstantiæ, ac rei gerendæ indoles, quæ ei ingentes circumcultates, & magna obstacula objecerunt, observentur. Fuit enim ipse Thorgeirus religione gentilis innutritus, & in eadem educatus, christiane vero nondum aperte nomen dederat, de cuius veritate generaliter quidem in corde convictus fuit, sed de ejus mysteriis haud bene informatus, ideoque de baptisimi necessitate ac efficacia infantum vita & expositione, aliisque ejus modi, ex prioris religionis principiis judicavit. Ipso præterea Præside, paucos ante annos (vid cap. 6. §. 3. pag. 51.) summo multitudinis consensu, crudelissimum contra religionem christianam ejusque sacrosanctos, propositum fuerat edictum, quod jam annulatum erat, cum omnes alii magno desiderio ejusdem severam ab ipso expectarent executionem. Deinde ipsi Landnava-
quam

quit, equinae carnis esu in terra sterili & populosa prohibemur, & nihilo

quam ignotus erat Magnatum quorundam in religionem christianam animus infensissimus, ut & vulgi instabilitas, quod ad primum invasionis signum aestuosi infar maris, in ipsum aliosque christianos irruisset, modo illius commodis aliquid grave aut contrarium proposuisset; Quae omnia secum perpendens, inimicæ plebi primo & potissimum aliquid dandum, ejusque animos solitam infantum expositionem, & carnis equinae comesturam permittendo, sedandos ratus, in magnatum autem quorundam gratiam, quorum animi non tam his, quam antiquæ religionis amore tangebantur, occulta tantum (ne reliquis esset scandalo) sacrificia & religionis exercitia concessit. Vir enim natura apprime sagax, & longo rerum nitu haud vulgari imbutus prudentia, novit, quam difficile foret, omnes in veteratas malas consuetudines, sine seditionis periculo, uno quasi ictu decollare, easdem vero, quam primum ipsa religio approbata & accepta esset, aliquasque in cordibus hominum radices fixisset, aut paulatim ex se ipsis casuras, aut paucos post annos, uno alteroque proposito educto, facillime sublaturum iri, quod & eventus comprobavit. Prudenter itaque pro suo cognitionis modo, paucos in præsentiarum dando obolos, caput conserpavit, & sine periculo ad propositam metam pervenit. In Norvegia autem diutius durasse videtur hæc hinc & abominandus expositionis mos, cum *Jus Ecclesiasticum Vicisum*, paulo post anam 1100. conscriptum permittat, ut infantes exlantioribus obiti navis in lucem prodeuntes, paribus fere ac in Islandia observatis ritibus & condendi more exponerentur, inquam: " *Dat skal á kúrvi fóra, oc rýra þar sem hvarki gengir* " yfer menn ne fenadr. " Ubi primo jubetur: " *Dat skal á fórv fóra*, " Id est: *Ad finem vite deportandus est*, non penitus violenta morte afficiatur, sed in loco deserto morti obijciendus & exponendus est. Nam *fórv*, vite extremum neci proximum, quibusdam videtur esse nom; substant: á *fior* (Vita), & particula *ve*, quæ in compositione, sive præponatur, sive suffigatur, minnendi vim habet, ut in *vesjell* miser parum prosperitatis habens, á *vo* & *jell* felix. Sic etiam *jörve* vel *jörd:ve* terra vel grumus sterilis, salebrosus, glareosus, á *jörd* terra, & eadem particula *ve*, quasi parum terræ bonæ habens, non enim obitat litera *i* quæ communiter occurrit in voce *fior*, nam omnino indifferens est, sive scribatur *fior*, sive *for*, ut in *se þe* pecunias, pecus; *leropt*, *lherept*, carbassus, linteum, *gesfenti*, *gierjani*, res pretiosa, cimelium; ac *góri*, *góri* facio; *ber*, *ser*, *þer*, *mer*, *ver*, pro *lier*, *ser*, *þier*, *mier*, *vier*, hic sibi, tibi, mihi, nos, & lexcenta ejus modi. " oc *róra* " proprie *stringere*, *ligare*, improprie *circumdare*, nam infans fasciis involutus, non erat in superficie terræ relinquendus, nec eadem obruendus; aut alio modo penitus necandus, sed aut in fossa depositus, ut Thorsteinus Taurus, Samson & Knutus, aut lapidibus firmiter circumdatus, ut Fimbogus, sibi ipsi relinquendus erat, hinc in *TORFÆI Hist. Norv. part. 2. libr. 5. cap. 5.* memoratur *Tryggvaror* : Tryggi tumulus, aut inuumenta corporis Tryggi. " *Sva at hvarki gengi yfer menn ne fenadr.* " *ut tutus sit ab hominum ferarumque injuria*, quod eodem spectat ac quod Thorgerda Fimbogi mater cavet, " at báa íva um sem vani var á " : *solito more omnia recte peragere*, & Freysteinus: " *Hann bió vel um* " *firmiter munivit*. Qui edus cum omnibus suis circum-

hilo fecius pauperum infantes sunt educandi, fame multis percundum erit (a).

§. 9.

Solutis comitiis, omnes pagani, anteqvam discederent, statim cruce signati, quidam etiam baptizati sunt; sed ideo non omnes, quod plerique in frigidam aquam descendere recusarent, quorum alii in Laugardalenfibus, alii vero in Reikdalenfibus thermis baptizati sunt. Hic Skeggonis hostem suum Runolfum ex sacro lavacro suscepisse, & simul dixisse fertur: *Annosum Prætozem jam docemus salem remandere.* Eadem hæc æstate omnes, qui domi remanserant, per provincias baptisabantur, multaque templa variis in locis extruebantur, quæ ditiores quam maximæ capacitatis facere certabant. Clerici enim inculcabant, *tot iis animas in regnum celorum introducere concessum fore, quot homines templa, ab iis extructa, caperent* (b). Sed paucitas & incititia Doctorum, qui rudes & barbaros homines veram religionem edocerent, & infirmos confirmarent, maximo fuisse impedimento videtur (c).

CAP.

circumstantiis, ut apud Islandos hoc loquendi modo exponebatur, *at vera sit bar.* vel absolute *at vera sit*, sic forte in Norvegia hæc phrasi: *at vera á forve*, vel etiam *at røyra*, totum hoc negotium notatum fuit, sed quicquid sit, omnia eo collant, quod hic mos apud Norvegos antiquæ expositionis reliquæ fuerit, cum ovum ovo rix possit esse similis, & multo diutius in Norvegia quam in Islandia duraverit. Conf. *L. L. Gulatbingenses* ut & *Jus Eccles. Norveg.* a Doctissimo *JOH. ERICI* in egressa *de Infant. Expositione Dissertat.* Havnæ anno 1756. pag. 10. & 11. allegatum, quibus nostra sententia non parum confirmatur.

- (a) Quoad tres priores articulos satis bene se Thorgeirus gessit; sed quoad posteriores, utroque pede claudicantem, forte prævaricatum dixeris. At 1) ignoscendum gentili viro: Non enim his legibus infantum expositionem stabilire voluit, quam dudum eum abominatum fuisse *Fimbogi Robusti historia* docet; sed permisit tantum, ut antiquus ille mos, qui apud septentrionales populos tamdiu invaluerat, ad tempus maneret. Idem etiam de clandestina idololatria sensendum. Quin 2) quod caput rei est, prævidit vir sagax, necessario aliquid ad tempus dandum esse duritiei cordis popularium, ne omnino & præfractæ, novæ & odiosæ mutationi obluarentur.
- (b) Tota hæc narratio ex *Hist. christianismi* cap. 11. pag. 20. *Vita Trygg.* part. 2. cap. 67. pag. 233-245. & *Sebed.* pag. 7-9. deprompta est. *Laxdala, Lyrbyggia, Niala* & plures collectæ. Omnium instar esse poterit *TORFÆUS Hist. Norv.* Tom. II. lib. 9. cap. 34. 35. 36. 37. conf. & *ARNGRIMI Crymog.* lib. 1. cap. 10.
- (c) Vid. infra cap. 11. §. 10. not.

CAP. X.

De variis statum Ecclesie & religionem
concernentibus.

§. I.

Ethnicos mores, infantum scilicet expositionem, clandestinam idololatriam, equinæ carnis esum, aliæque christianæ religioni parum convenientia, aut palam adversantia, sensim abolevit Procerum auctoritas (a). Sed penitus tandem eos Olaus Crassus Norvegiæ Rex sustulit, instituta hunc in finem, anno regni secundo (b), sed post natum salvatorem 1016. in

(a) *Historia Trygg.* Part. 2. cap. 67. pag. 245. *Historia Christianismi* cap. 11. pag. 20. *Sebed.* pag. 9.

(b) De initio regiminis Olai Crassi non convenit inter Auctores, nam quidam id ad annum 1013. referunt, inter quos est Doctissimus ARNGRIMUS, in *Commentario de Islandia* fol. 51, ipsi 17. annos regni assignans. Quidam ad annum 1014, quidam ad 1015, tandemque nonnulli ad annos sæculi 16. aut etiam 17. in quorum numero quibusdam videtur esse auctor *Grestis Sangu* cap. 59. pag. 115. Quæ controversia parum ad nos pertinere videri quidem potest, sed cum æra reformationis religionis & Juris Ecclesiastici Islandorum, ab epocha Olaviana pendeat, non abs re videtur, eandem paulo accuratius excutere. Secundum Clarissimum TORFAUM in *Trifolio* pag. 80. natus est anno 994. Conf. *Olai Vita* cap. 18. & 19. " Þessi tíðindi görðuz enn " næza vetr ádr enn Hákon Jarl átti orófto vit Jónsvíkinga á Hlíörúnga vögi — " Sva er sagt at Alla Gudbrands dóttir ól sveinarn þá um sumarit, lá sveinn var " nefndr Olaf er hann var vatni auðinn. " *Hæc acciderunt proxima hyeme ante prælium Haqvini Comitit contra piratas Julinenses in sin Hærovgensi commissum —* *Alla Gudbrandi filia eadon æstate filium peperisse fertur, qui aqua lustratus, Olai nomine insignitus est.* Sed secundum *Vitam Olai Trygg.* Part. 1. cap. 174. pag. 211-213. anno 995. " Um varit estir Jónsvíkinga oruftu, stefndi Jarl til sin mörg- " um höfðingium austr í landi — Harallér Kóngr heldi á þessu sama vari " farit austr til Svíþjóðar. oc var þær brendr inni sem leger í *Atsi Norvegs Koninga,* " höfdu þeir þótr spurt tíðindin, ádr en þeir fóru af Noregi. þá var Alla kora " hann med sveinbarni, oc söddi barnit um sumarit estir, lá sveinn var vatni auðinn " estir

in Islandiam legatione, quæ Skaptoni Thoroddi filio, tum temporis Nophy-

” effir fornorum fid oc nemndr Olaf. ” 3: Vere prælium *Fonsvicense* (cum piratis Julinenlibus) proxime subsequente Comes Magnatum ad se in orientalem regni plagam convocat — Eandem hæc vere Haraldus orientem versus in Sveciam iter fecerat, & ibi incendio sublatu fuerat, ut Vita Regum Norvegiæ testantur; quos evensu Thorerus, & qui cum illo, antequam e Norvegia sulverant, percreverant. Tunc Asta ejus (Harald) uxor gravida, æstate subsequente filium peperit, qui ex antiquo more a pva lustratus, Olai nomen sortitus est. Quod melius concordat cum ipsius vite cap. 201. ubi dicitur ” hálf fertugr ” 3: vixisse annos 35. sed regnasse 15. Nam anno 998. triennis baptizatus fuit vid. Vita Trygg. part. 2. pag. 159. ” Penna ” Sama vetr er þau Olaftr Kóngr oc Sigríde hóttau fundist nni sumarit, fór Olaftr ” Kóngr Tryggvasun úr Vikinni uppá Hringaríki, oc bodaði þar christni, let þi ” Sigurdtr Kóngr Sýr oc Asta kona hanns íkíraft oc Olaftr sinu hennar, hann var ” þi þrevetr, oc vátit Olaftr Kóngr sílfle guðlífar nafna línum Olaftr Haralds syni. ” 2: Eadem hæc hyeme, cum Rex Olavus & Sigrida æstate collocuti fuerant, Rex Olavus Tryggonis ec V.ka in Hringaríkian retentis, & ibi religionem christianam imperavit. Tunc Rex Sigurdus Syr, ejusque uxor Asta, cum filio Olav tunc trienni, baptizabantur, & ipse Rex Olavus, Olav Haralds filii, qui eodem (ac Rex) nomine vocabatur, susceptorem egit. Anno 1007. duodecennis piraticam exercere cepit, eandemque biennio in Svecia, Finlandia, & aliis maris Baltici oris continuavit, hyeme in Gullandia transiit. vide cap. 24. Anno 1009. in Frisiam transnavigavit, indeque in Angliam, ubi triennium transiit vid. cap. 25. 26. Anno 1012. ineunte æstate ex Anglia in Galliam solvit, ibidemque hyemem transegit, cap. 27. Anno 1013. itidem in Gallia fuit, cap. 27. ” Olaftr kóngr hafdi verit vetr á Vallandi í hernadi einu ” vetr oc tvan sumur. þi var lidit frá falli Olafs Kóngrs Tryggva sonar þrettán vetr. ” 3: Rex Olavus in Vallanha (Neufria) occidentem versus unam hyemem & duas æstates piraticam exerenerat. Tunc ab obitu Regis Olav Tryggonidis tredecim hyemes effluerant. Hic in filios A.Jalradi Regis incit: cum quibus belligerentur anno 1014. in Angliam revertitur, sed fusus fugatusque, eodem autumno in Norvegiam rediit. Anno 1015. ætatis 20. fatale cum Svæno Comite commisit prælium, totaque Norvegiæ potius est, sequentem hyemem Nidarosie egit, cap. 40. 41. Anno 1016. circa anni primordium fuit (ut mox diximus) Nidarosie, sed ineunte æstate inde discedens, Hialtonem Skeggi Islaudum, ut in Norvegiam ad se transeat, per internumtios invitat, cap. 46. Anno 1017. Sarpsborgæ hyemat, cap. 47. Anno 1018. Hialtonem domum misit, & per Superiora Norvegiæ (Upplöin) transiens, hyemem egit, matrem convenit, & cum Haraldo fratre tum trieni e collocutus est, cap. 49. Variabile etiam est eum hoc anno notum illud Jus Ecclesiasticum, ingentem iliam campnam, & materiam templo Tingvallis extruendo destinatam, per Hialtonem in Islandiam transmisisse, cap. 109. Anno 1019. iterum Sarpsborgæ hyemat, cap. 74. 75. Anno 1020. Nidarosie hyemem egit, cap. 88. Hicque fuit quintus regni annus, exactus scilicet, sed sextus inchoatus, ut ibidem monetur. Anno 1021. denovo Nidarosie

rosiæ residet, cap. 91, qui cap. 95. septimus regni numeratur sc. ab anno 1014. Anno 1022. Superiora Regni transit. cap. 98. Anno 1023. videtur magnam hyemam partem in Vika & australi Norvegiæ parte transegiſſe, nam Pascha Augvaldsnesi celebravit. cap. 99. 102. Anno 1024. Nidarosiæ hyemat, qui annus fuit regni decimus. vid. cap. 100. Hoc anno Thorarinn Nessioti in Islandiam legavit. Anno 1025. Uplandiam transit. cap. 112. Et hac æstate Islandorum Magnatum filii ad eum venerunt. cap. 113. ut & legati Canuti Angliæ Regis. cap. 115. Anno 1026. Sarsborgæ hyemat, cap. 117, & Onundum Sveciæ Regem convenit. ibid. Anno 1027. Nidarosiæ hyemat. cap. 120. & 122, qui annus vocatur 13. regni ejus, sequenti æstate expeditionem in Daniam fecit, ibique incolas male multat. cap. 128. Sub autumnum cum Canuto Rege configit. Anno 1028. primo Sarsborgæ residet, cap. 139. 141. Sed adulta hyeme, Uplandiam transiens, Thorarinn & Griotgardum occidit cap. 146. 147. & sub æstatem Tunsbergum revertitur, ibidemque, aut in vicinia, æstatem transegiſſe videtur, dum Canutus totam sibi Norvegiam subjugat. cap. 152. Sub autumnum, Nidarosiam petiturus, cum Erlingo configit, eumque occidit. cap. 154. Anno 1029. ineunte e regno excessit. cap. 156. " oc hafði hann þá verit " kóngur yfir Noreg fíntán vetr, með þeim vetri er þeir Sveinn Jarl vóru báðir í " landi. " 2: *Hæc fuit decima quinta regni ejus hyems, una cum illa quam simul cum Svevo Comite in Norvegia egerat*, live ab anno 1014. inclusive numerata. Anno 1030. priorum anni partem in Russia egit. cap. 164, sed ineunte æstate primo in Sveciam, tandemque in Norvegiam tendit, ubi 29. Julii occisus fuit, quæ omnia accurate conveniant cum illis quæ idem author alibi summam, aut quasi aliud agens de hujus Regis ætate & regni epocha habet. 1) cap. 201: " Sva segja þeir menn er glöggliga " telja, at Olafur Kóngur hinn Helgi væri kóngur at Noregi fíntán ár síðan Sveinn " Jarl fór ór landi, en ádr um veturinn tók hann kóngsnafn af Upplendingum. " Sva segir Sigvatr:

" Olafur red hit efra

" andprútt jófr landi (audprútt haufut)

" fulla vetr ádr felli

" fíntán á því láni.

" Olafur Kóngur var þá hálfertogr er hann fell at sögn Ara prests hinnis Fróða. " 2: *Qui accurate computant viri, asserunt Regem Olavum Sanctum in Norvegia per quindecim hyemes, post Svevi Comitis e regno excessum, regnasse, hyeme autem precedente, nomen regnum ab incolis, superiores Norvegiæ partes inhabitantibus, acceperat. Ita enim Sigvatrus:*

*Olaus Rex superiores
regni partes moderate gubernavit
per solidas, antequam caderet
in isto territorio, hyemes quindecim.*

Cum Rex Olaus caderet, secundum relationem Aarii Sacerdotis Polyhistoris annum ægabat tricesimum quintum. 2) Cum æra Haraldli Sigurdi filii, Olai fratris, qui ineunte anno quarto regni Olaviani, id est Anno 1018. fuit triennis, ut ex cap. 59. mox

mophylaci, hoc muneris injunxit, ut sapientia & auctoritate, quæ præ cæteris

mex innotuit, & prælio Stiklastadensi 1030. quindecennis interfuit, Anno autem 1056. quinquagenarius obiit, teste SNORRONE in ejus *Vita* cap. 104. pag. 183. 3) His ex affe confentit omnium antiquissimus Author **ARIUS POLYHISTOR**, qui eodem quo Olauus vixit seculo, expresse scribens, Olauum Tryggonis anno 1000. occubuisse, sed triginta post annis Olauum Sanctum 3: Anno 1030 occisum fuisse, quæ Arius uti alia quæ literis mandavit, hausit ex ore Teiti nutricii sui, & Halli Haukdalensis, viri veracis, & memoriæ tenacis (ut ipse Arius loquitur), qui Olauo coævus fuit, natus quippe Anno 996. adeo ut tantum non oculus testis rerum dici mereatur, unde ejus testimonium omnibus aliis præferendum est; addendæ sunt Pœrtarum, qui eodem tempore vixerunt, Sighvati, & Ottari Nigri, aliorumque fide dignorum relationes, qui sine æstimationis jactura ista fingere non potuerunt, cum res recens gesta in omnium memoria adhuc haberent. Scio eadem his vulgo oppositi Anglicanorum Scriptorum auctoritatem, Sc. Villihelmi Thorn, Henrici Knygthon, aliorumque, qui seculo 13. & 14. id est 300. post annis vixerunt, & sua ex aliorum, multo quidem antiquiorum, sed valde incertis hauserant relationibus, quam enim lubricæ & incertæ fidei sint Anglicanorum relationes de gestis Knuti Magni, vel inde constat, quod ne unus quidem eorum, annum, quo Romam invisit, recte determinare sciverit, teste illustr. **JOH. GRAMMIO** in dissert. de eadem materia, quæ in Tom. I. *Act. Soc. Sicut. Havn.* exstat; quid ergo mirum, quod in historia & chronologia Olai Regis concinnanda erraverint? Islandos autem non omnia sua Anglis debere, ut ibid. pag. 33. innuere videtur, vir celeberrimus, hinc de quo jam loquimur, dissentius abunde docet. Sed ut in his satis diligentem Historicum & chronologum se præstitit Auctor noster, ita quædam apud eum occurrunt, quæ recentioribus chronologis in diversa abeundi occasionem dederunt. Qualia sunt: (æ) cap. 25. " Olafur Kóngur sigldi þá vetr til Englands, þat var þá tíðinda — " Adalrádr Kóngur hafði býl landit. þat sama hauf er Olafur Kóngur kom til Eng- " lands, at Svein Kóngur varð brúddaur í rekkio sínu um nótt. oe er þat spurdi " Adalrádr Kóngur á Flemingja-landi. " 3: Olauus Rex tunc temporis ad Angliam occidentem versus iter nauticum instituebat, tunc accidebat — Rex Adalradus 4 regno ansigerat: Eodem, quo Olauus Rex in Angliam peruenit, autumno, Rex Svenus in suo læsto noctu repentina morte decessit, quod cum Rex Adalradus in Flandria inu- dicerat &c. Atqui Sveno secundum Anglicanæ Historiæ Scriptores mortuus est Anno 1014, sequitur, Olauum, qui in Anglia tricennium fuit, & deinde in Gallia biennium, in Norvegiam rediisse, Anno 1019; cum Comite Svecnone pugnasse 1020; & tandem post quindecim annos, id est, Anno 1035; occisum fuisse. (β) cap. 25. " Þar dvaldið Olafur Kóngur at sínu þríá vetr, ena hinn þríða vetr andaðist Adal- rádr Kóngur. " 2: Ibi Rex Olauus eadem vice tres hyemes evogit, tertia autem Rex Adalradus decessit. Jam vero Adalradus, si Anglis credendum, mortuus est 1016. d. 23. Aprilis, unde resultat, quod Olauus post biennium in Gallia exactum in Norvegiam venerit Anno 1018, & post sedecim annos 1034. occisus fuerit. (γ) cap. 28. " Hann

" Hann (Knútr) kom þat sama sumar til Englands. Sem Adalrádr áudaldr. Þá seck
 " Knútr Kóngr Emann Drottningar. á sama mánuði drap Heidrikr Stríoni Játmund
 " Kóngr. eptir þat rak Knútr Kóngr af Englandi alla lyni Adalráds Kóngrs &c. "
 " Ille (Canutus) eadem qua Adalradus obiit, æstare in Angliam peruenit. Tunc Rex
 Canutus Eunuam Reginarum matrimonio sibi iungebat. Eodem mensē Henricus Strionius
 Jarmundum Regem occidit. Postea Rex Canutus omnes Regis Adalradi filios Anglia
 expulit. Atqvi Adalradus mortuus est 1016, & Olaf sequentem annum in Gallia
 hæsit, vid. cap. 29. sequitur eum in Norvegiam venisse 1017, anno 1018. regnum
 accepisse, sed 1033. occisum fuisse. Qvæ quam male & invicem cohæreant, & cum
 data a nobis vera Olai epocha conveniant, vel me tacente nemo non videt. Sed
 nibilo minus ex mente Authoris & ejus computandi calculo, quantum ad Olai an-
 nos pertinet, omnia optime cohærent. Sequitur enim hypothelin Islandicam, (de
 qua vide *TORFÆUM Trifid.* pag. 136.) statuens, Svenonem mortuum esse Anno 1009.
 Qvo Olafus revera prima vice in Angliam venit. Deinde statuit Adalradum mor-
 tuum esse 1012. qvo anno Olafus ex Anglia in Galliam transit, & tandem exacto ibi-
 dem biennio Anno 1014. in Angliam primo, moxqve in Norvegiam, rediit. Tertio
 statuie Canutum in Angliam transiisse eodem, qvo mortuus est Adalradus, anno,
 id est ex ejus mente 1012. ut patet ex eo quod de Erico Comite scribit cap. 28.
 " Þá er Eiríkr Jarl háflsi verit nær tóll vetr, kom til hanns orðsending Knúts Dana
 " Kóngrs mígs hanns, ad Eiríkr skyldi fara með hönum vestr til Englands með her,
 " or með hönum Einar Þambaskelfir: Jarlinn úrúkti eigi orðsending Kóngrs. "
 " Postquam Ericus Comes duodecim ferme hyems regnavat, nuntium a Canuto Danie
 Rege, suo affine accepit, vellet Ericus cum Canuto occidentem versus Angliam
 bello petere, & una cum eo Einar Thambaskelfer. Comes invitationem Regis non ne-
 glexit. Qvæ partim vera sunt, partim vero similia. Verum est Ericum cum exer-
 citu ex Norvegia anno 1012. in Angliam trajecisse, id enim etiam affirmat appen-
 dix *Vite Tryggonis* pag. 35. " Eiríkr Jarl var á Englandi einu vetr, oc átti nock-
 " urar orostor, lá var hann þrettándi vetr ríkis hanns. " " Comes Ericus unam
 hyemem in Anglia transiit & prælia quædam commisit, hyems ista regni ejus erat
 decima tertia. Conf. *Gottla* cap. 21. pag. 97. Sed unum a patre, num vero a filio
 evocatus, hac vice non vacat discquirere. Pro certo autem habemus, Canutum du-
 dum ante annum seculi 14, & vivo patre in Anglia fuisse, ut ex *Emma Regina*
Encornasse constat, inter alia de Svenothone scribente: *Habebat enim filios duos bone*
indolis, ex quibus primogenitum suo junxit comitatu, natu vero minorem præfecit
universo regi dunnatus: verum itaqve, aut minimum verisimile est, Canutum
 hunc suum fororium in militiæ consortium & societatem evocasse, ut ejus virtute &
 prudentia bellica uteretur & instrueretur; " Þvi Eiríkr var móg fragr af hernaði
 " sinom, " " Ericus enim rebus militiæ gestis magnopere inclaverat, inquitur ves-
 ter, & appendix *Vite Tryggonis*. Verum etiam est quod de morte Erici scribit:
 " Eiríkr Jarl var á Englandi einu vetr og átti nockurar orostor, en háflsit efir
 " (o: 1013) átíaði hann til Noregs, þá ándalít hann af blóðrás þar á Englandi. "
 " Ericus Comes in Anglia unam hyemem transiit, & quædam prælia coanxit, sed
 autumnno subsequente in Norvegiam iter paravit, cum in Anglia hæmorrhagia decessit.

cæteris incolis pollebat, his abusibus malisque moribus obviam iret. eosque

Cui etiam consentit appendix *Vitæ Tryggvini*, nisi quod Romanus pro Norvegia habet, quod facillime ita conciliari potest, ut dicamus Ericum primo Romanus, & inde in Norvegiam tendere destitisse; unde verisimile sit Olavum in eam vere anno 1014. in Angliam ex Gallia venientem, audita morte Erici, qui erat summum robur & caput Haconianæ in Norvegia familiæ ac factionis, statim societatem cum Ethelrethianis dissolvit & in Norvegiam properasse, ut regnum capite orbem aggredere, sed quidquid sit, cum his diutius immorari non liceat, breviter & aperte quæ sentimus fatebimur: Ponamus errasse Authorem nostrum, non quidem in numeratione annorum & narratione rerum Olai, sed Ethelrethi Regis, cujus res non secus (si Anglicanæ Historiæ scriptoribus fides) confundit, quam coqui jura. Causa autem erroris videtur, quod, ducentis plus minus annis postquam res fuerunt gesta, easdem literis mandare aggressus est. Olai vitam indigenis subsidiis sufficienter instructus sat concinne elaboravit, sed extraneis destitutus, & in Anglicana Historia mediocriter versatus, quæ fando audierat, non ex tenore Annalium Anglicanorum, sed ut ipsi verosimile videbatur, digessit. Ex. gr. scivit Daniæ Reges primo Svenonem, & deinde Knutum, evocato ad belli consortium Erico Norvegiæ Comite, in Angliam bellum gessisse, Ethelrethum fugasse, Svenonem operi immortuum fuisse, sed Knutum post mortem Ethelrethi Eminam duxisse, & tandem post mortem Ethmundi Ferrei Lateris, prostigatis reliquis Ethelrethi filiis, totius Angliæ Monarcham existisse, quæ omnia tangit, sed ex mente Anglorum, non recte ad annos aut ad res Olai refert & disponit. Nam fugam Ethelredi non in Galliam, sed in Flandriam, nec 1013. sed 1009. factam esse testatur. Svenonem in Angliam mortuum esse dicit, idque ad annum 1009. refert, non vero ut volunt Angli, ad 1012. aut 1014. Similiter etiam Ethelrethi mortem non 1016. sed 1012. accidisse scribit. Scivit anno 1013. Ethelrethum in Angliam non fuisse, totam insulam Danis tum paruisse, & filios ejus in Gallia exulasse; sed de ipsius fuga in Galliam ne verbum quidem ei innotuerat, ideoque putavit eum 1012. mortuum fuisse, quæ propter omnia quæ deinde gesta sunt, non ipsi, sed ejus filiis tribuit, ut patet ex cap. 28. " Knútr " Kóngr átti margar oroffor vid syni Adalráds Kóngs, oc höfdu ymsir sigr. " 3: Knutus Rex multa prælia vario Marte contra filios Adalrædi Regis commisit. Quæ si Knutus cum Ethelretho aut ejus ducibus, nullum bellum gesserit & nullum commiserit prælium. Pari modo conjugium Knuti cum Emma, mortem Ethelrethi, & profligationem filiorum Ethelrethi ad Annos 1012. & 1013. refert, quæ ex Anglorum mente ad 1017. pertinent. Ponamus, inquam, omnia hæc erronee esse, præterquam quod scribit Olavum 1013. in Neustria hyemantem, in Ethelrethi filios profugos incidisse, cum illis inita belli societate anno 1014. in Angliam rediisse, id enim cum Anglorum relatione conciliari potest, sed mox fufum fugatumque, &, quod cepit est rei, audita Erici Comitibus morte, quæ proximo acciderat autumno, eorum societati renuntiasse, ac in Norvegiam tetendisse. Quid inde sequitur? An quod anno 1014. regnum Norvegicum subjugare, & tandem 1015. thronum ascendere, non potuerit?

que abrogandos curaret (a). Hialtonem vero Skeggonis ad se evocavit, qui anno sequenti Regem adiens, ab eo honorifice excipitur; sed post biennem apud exteros mansionem, in patriam redux, secum Jus Canonicum a Rege Olao, ex sententia Grimkelis Episcopi, aliorumque sapientum consilio conscriptum, ut & Biarnhardum Episcopum, vulgo *Doctum* seu *Librorum peritum* cognominatum, secum advexit (b), qui quinquennium tantum in Islandia mansit. Jure autem canonico, ab ipso allato, Islandi usque ad annum Christi 1123. (quo aliud in popularium gratiam, annente Adzero, nobis Olfuro, Archiepiscopo Lundensi, Thiorlacus & Ketillus, Islandorum ea tempestate Episcopi, una cum Sæmundo Presbytero composuerunt) quadatenus usi esse videntur.

§. 2.

potuerit? Minime quidem; sed quod auctori nostro cum Anglicis, de anno emortuali Svenonio, aliisque, non conveniat. Hinc præterea liquet, quam lubrico insistant vestigio, qui nostri hypothesein de morte Svenonis 1009, & Ethelrethi 1011, rejiciunt, ac ad annos 1014. & 1016. contra ejus mentem produciunt; sed nihilo minus initia regni Olaviani, secundum ejus verba, sed contra ejus mentem, infra istorum mortem, id est 1016. collocant. Tandemque, cujus rei gratia hanc disquisitionem adornavimus, ex vera regni Olaviani epocha, elacet introductionem novi Juris Canonici & religionis in Islandia reformationem, pertinere ad annum 1019. Nam Hialto a Rege discessit 1018. quem eodem anno, sed exactis Comitibus, in patriam venisse, ideoque anno tandem 1019. eorum, quæ in mandatis habuit, executionem perfecisse, supponimus.

- (a) Initia regni Olai Crassi a victoria, quam die Palmarum anni 1015. obtinuit, numeranda sunt, confer *ejus Vitam* cap. 40. Anno sequenti 1016, ut patet ex capite 45, (quod sequitur *TORFÆUS Histor. Norv. Tom. III. pag. 63.*) nuntios & epistolas in Islandiam ad Skajtonem & Hialtonem misit. Hæc legatio non est confundenda cum altera, quam deinceps Anno 1024. instituit. Prioris enim opus & scopus fuit, ut religionem & leges ecclesiasticas Islandorum purgaret & reformaret; posterioris autem, ut Islandos sibi vestigiales faceret, de qua lege cap. 110. seq. & ex his *TORFÆUM Hist. Norv. Tom. III. pag. 122. 132.*
- (b) De jure canonico Olai Regis per Griinkelem conscripto vide *Olai Vitam*, cap. 43. & de hoc jure ab Islandis accepto, cap. 109. Biarnhardum instigatu Olai in Islandiam transmisisse refert *Appendix Lundanæ* pag. 181. Hialtonem ad Regem profectum esse anno 1017. ex cap. 51. *Vit. Olai* colligitur; in patriam vero rediisse 1023. ex cap. 69. Hialtonem autem, & Episcopum Biarnhardum & memoriarum Jus Canonicum secum adduxisse, sola verisimilitudine dnâsi conjicimus; nam de tempore nihil constat, nisi quod factum fuerit ante Annum 1024, ut patet ex cap. 109. Plura de hæc epocha chronologica vid. supra p. 73. seq.

§. 2.

De doctrinæ propagatione, statuque ecclesiæ, qualis hoc tempore fuerit, monumentis destituti tacere cogimur. Nam fontes, ex quibus horum temporum doctrina, aut informationis modus peti possit, præter allata, & paucas in *Vita Tryggvini* Orationes (quas tamen a recentioribus monachis auctas, aut omnino effictas, & historiæ insertas esse, non videtur dubitandum) nulli extant (a). Doctrinam autem variis traditionibus fuisse permixtam, ex Thangbrandi concione, de novem Angelorum ordinibus, quorum cuius peculiare ministerium sit commissum, satis constat (b); cui jungenda quæ de templorum capacitate infra adferam, & alia magno numero.

§. 3.

A baptizandis singulorum peccatorum enumeratio exacta fuisse videtur, quod forte non paucos ab eo recipiendo deterruit (c). Baptisimum, qui nulla vel saltem exigua præmissa institutione, petentibus concedebatur, & recusantibus obtrudebatur, missæ celebrationem, aliasque cæremonias ritusque ecclesiasticos ex opere operato salvare, plurimi credidisse, videntur (d).

§. 4.

- (a) *Vitam Olai Tryggonis* post Oddi & Gunnlaugi mortem interpolatam aut auctam fuisse patet, ut alia taceam ex cap. 105. & 108. Part. 2. pag. 327. 329. quæ non tantum de utroque ut dudum mortuo loquuntur, eorumque opus laudant, sed etiam Gunnlaugum latine scripsisse innuunt. Similiter ex cap. 95. ubi SNORRONIS STURLEI *Hjst. Norv.* allegatur, quam post adornatam ab Oddo & Gunnlaugo *Olai Vitam* conscriptam esse, ratio temporum docet. Nam Oddus circa annum 1200, sed Gullarus Halli, supremus operis censor, obiit anno 1206, quæ tempestate Snorro ex episcopo nuper egressus, suo operi edendo impar fuit. Pro certo enim habemus, Snorronem suum opus ante annum 1230. non edidisse, quod ex *Sturlunga* libr. 5. cap. 11. colligimus.
- (b) Vide ejus concionem coram Hallo de Sida habitam, supra cap. 7. §. 2. a nobis allatam. Sed de templorum capacitate *Eyrbyggja* testis est. Conf. infra §. 4. & cap. 11. §. 10. not.
- (c) Conf. *Vitam Trygg.* Part. 2. cap. 20. p. 73.
- (d) *Vit. Trygg.* Part. 2. cap. 14. pag. 41. refert Bardum Crosum, qui nulla præmissa informatione baptizatus fuit, Regem rogasse, an jam bonus esset? Regemque respondisse: utique.

§. 4.

Novellis hisce christianis, missionarios præcipua Romanæ ecclesiæ placita, ut doctrinam de purgatorio (a), Sedis Apostolicæ autoritate, & Pontificis Romani summo, tam in rebus politicis, quam ecclesiasticis, imperio, præsertim vero de ejus infallibilitate, & loco Christi vicaria opera, opinionem inculcare non omisisse, vero simile faciunt, peregrinationes hoc tempore ad limina Apostolorum susceptæ (b), quas, ut summæ pietatis opus, perfectam acqvisiturum peccatorum remissionem, quidam, qui enormia patrauerant facinora, susceperunt, quidam vero in magnis constituti periculis, ad easdem voto se obligarunt (c).

§. 5.

utiqve. Conferatur etiam Thangbrandi Historia, qui delirantes vetulas, & tantum non ad id coactas, affirmata saltem triplici quæstione de fide in Trinitatem, baptizavit. Similiter *Historia Christianisui* cap. 8. quæ, quotquot ad comitia confluerant, bidui sut tridui tempore, promiscue sine ulteriori informatione baptizatos docet. De omnibus tamen hoc non dixerimus, sed de plurimis & inxima plebis parte. Nam viri quidam cordatiores nec statim religione amplexi sunt, nec eam omnino abnuerunt, sed tempus ad deliberandum sumserunt, ut testantur exempla Kiartani, Halli de Sida, Gestii Sapientis, Thorkilli Kraflæ, Ormi Kodtani filii, & aliorum.

(a) Purgatorii & infernalium cruciatuum mentionem facere videtur Hallfredus, Olai Trygg. Poëta, in rhythmo emortuali, ubi de salute sua subdubitans canit:

" Ek mundi nú andaz
" ángr var ek hardr i túngu,
" senn ef lálu minni,
" sofglaust víssa ek borgit. "

o: *Equidem sui juvenis incomperantis lingua, sed intrepidus mortem subivem, si scirem animum meam liberandam fore.* Sed Skarphedinus qui anno 1010. in incendio villæ Bergthorslvolensis vitam posuit, dicit se certum esse, quod Deus non sit permisurus ut & hic & in æternum conflagret. Vid. *Njala*.

(b) Peregrinationum Flosonis Thordi filii, & complicum, qui Nialum cum familia & domo insontem combusserunt, item Kari Solmundini, qui in ultionem hujus flagitii, permultos occiderat, circa annum 1012. susceptarum, *Njala* mentionem facit, quæ etiam ut singularem quandam Flosoni præstitam gratiam refert, quod ab ipso Pontifice absolutionem accepit.

(c) Hoc de Orno Storolfi filio cum immuni quodam monstro colluctante testatur *Vit. Olai Trygg.* appendix pag. 16. his verbis: " Heitir hann þá á súlfan Gud og Sanctu
" Petr

§. 5.

Non certum est, quales ceremoniæ & ritus in usu fuerint; Credendum tamen non multum ab iis diversos fuisse; qui cum temporis alibi vigeant. Tantum constat, baptismum immersione, non asperzione aquæ peractum; ante eum sale, & signo crucis, post eundem albis vestibus uti sunt (a).

§. 6.

Templa consecrabantur, variisque dedicabantur, eaque etiam post consecrationem, pariter ac homines post susceptum baptismum, in albis fuisse dicuntur (b). Ad ea, missam audiendi, & precandi gratia, homines

" Petr at gínga til Róms ef hann inni Kettunn. oc Brúsa son hennar. Síðan hann
" Ormr at minkalíft all kettunnar. " 2: *Votum tunc facit ipsi Deo & Sancto Petro, Roman se peregrinaturum, si Felem ejusque filium Brusum superaverit. Tunc Ormus vires Felis desicere perscrificat.* Idem etiam de Rasio Raso Niala cap. 123.
" Rása Rardi var elltr utá á nockura þar þóttist hann líá helvíti, oc þótri hönam
" diöflar vilja draga hann þíngad, hann melli þá: *Rannid befer bundr þim, Petr*
" *Postuli, rúfvar til Róm, oc renna mundi þrítia sim, ef þú leifdir.* Ietu diöflarnir
" hann þá lausann. " 3: *Rasu Rufus supra annum quendam inscäutus fuit, ubi infernum videre sibi visus est, & diabolos se illic trahere conantes, ille autem dixit: Petre Apostole! Canis tuus his Roman cucurrit, & si tu permiseris, ad huc tertio vice curret. Tunc diaboli illum dimiserunt.*

- (a) Trina immersione infantium, sed non asperzione aquæ, in baptismo usos fuisse, adultos autem nudos in aquam descendisse, verisimile est, ex *vita Tryggonis* Part. 2. cap. 14. qua cum conferenda Halli de Sida dicta supra cap. 7. §. 3. & Thorkilli *Kraða* cap. 4. §. 4. allata, imprimis autem cap. 9. §. 9. de universali conversione agens. Solum baptizandis aut cruce signandis dari solitum, constat ex dicto Hialtonis, cum Ruolfum ex sacro lavacro susciperet, aut pro eo fidejuberet. Albarum vestium per oñidulum gestatarum mentio fere ubique obvia est. Hi ritus antiquæ ecclesiæ a seculo quarto in usu fuerunt, sed quamdiu duraverint, non liquet.
- (b) Statim anno 1010. quædam templa extructa, & variis dedicata leguntur, ut *Skalbatuse, Heltfellense, Fredæense, Knapstadenuse*, de quibus *Eyrbyggja & Historia Trygg.* Part. 2. cap. 64. 65. legendæ sunt. Præterea *Laxdæla* refert templum quod Thórsteinnus Egilli filius, Borgæ anno 1002. ædificari curavit, nuper consecratum in albis fuisse, cum Kiartanus, Thórsteini ex sorore nepos ad id sepeliretur. Circa Annum 1020. Olavus Sanctus Norvegiæ Rex materiam templo condendo aptatam, & magnæ molis

nes confuebant, & circa illa mortui sepeliebantur (a). Dies dominica & festa quædam eatenus observabantur, ut missam iis præ aliis audirent, minime tamen ab omnibus laboribus quiescerent (b).

§. 7.

Superstitiones varæ, in variarum rerum, per cruces, aquam benedictam, cereos, & talia, consecratione manifestæ sunt (c). Jejunii quadragesimalis & certorum ciborum electionis etiam mentio fit (d). Mores plerumque parum fuerunt christiani, & siquid in illis christiani fuit,

L 2

fuit,

molis campanam Islandis dono dedisse perhibetur. Templum ex ipsius præscripto Thingvallis, in generalis fori fundo, exstructum fuit, inque eo campana collocata. Sed tempestate dejectum Haraldus Imperiosus ipsius frater & post Magnum filium, re & cognomine Bonum, in regno successor restauravit.

- (a) *Liorœtinga Saga* cap. 7. Gudmundum & Einarum Islandiæ tunc temporis Primates, quorum mentio fit in *Vita Olai Craffi* cap. 110, & alibi passim, missam audituros templum Thingvallense una accessisse tradit; quod & fecere alii Procerum, suis quisque comitatus æcleis. Sed de devotione, qua id fecerunt, testatur Gudmundi risus, ibidem commemoratus. Et quoniam templa tunc temporis perrara fuerunt, ingenti molimine & magnis impensis, mortui, ut circa ea sepelirentur, advehebantur, vide *Laxdælum* de Kiartano & Gesto Oddlefi filio, & *Eyrbyggiam* de Thorgunna.
- (b) Diei dominicæ & festorum observatio, si non sanctificatio, mox cum christianismo introducta fuit, licet ab omni labore non cessarent. Flos enim Thordi die dominica, audita ante missa, ad comburendum cum tota familia Nialum domo profectus est; & Thorgillus Hallæ filius die dominica publicum conventum frequentavit, in quo de Helgonis Hardbeini cæde consultavit. De quibus *Niala* & *Laxdæla* pluribus agunt.
- (c) Non solum templa, campanæ, & talia consecrabantur, sed etiam fontes, pontes, vada & naves. Nam Sigurdus celebris ille Tryggonida Episcopus, Thorgeiri Gardentis navigium consecravit, ex cuius tignis postes demum villæ Gardentis facti sunt, qui tempestatum præcisi fuisse memorantur. *Landnæma* Part. 3. cap. 19. pag. 122.
- (d) Kiartanus Olai primus omnium Islandorum jejunium quadragesimale eatenus observavit, ut solidio cibo non vesceretur, vide *Laxdælum*. De Gudmundo itidem Ejalfi refert *Liorœtinga-Saga* cap. 21. quod lacte tantum calefacto tunc temporis usus sit, quod vocarunt cibum jejunii, credebant enim *liquidum non frangere jejunium*. Dudum autem in Norvegia Haqvinus Adalsteini Alumus talem introducere voluerat morem, ut sexto quovis hebdomadis die incolæ jejunarent, quod omnino recusarunt, vide *Vit. Trygg.* Part. 1. cap. 20. pag. 19. Ita etiam Grettus athleta, in valle Thorisdal exulans, jejunii aliqualem observationem habere instituit, hepate & adipi vescabatur, cum præter carnes nihil præsto esset, conf. *Grettis Saga* cap. 64. p. 137.

fuit, variis superstitionibus laboravit; non tamen omnino veri christiani signa desunt (a).

§. 8.

Antequam religio christiana publice acciperetur, & legibus stabiliretur, variae increbuerunt persecutiones (b). Verbi prædicationis miraculis interdum

- (a) Horum temporum mores quales fuerint abunde testantur historia. Tot enim incendia, homicidia, rapinae, adulteria & fraudes memorantur, ut pudeat pigeatque enumerare. Nec omnino sagas & magos consulere destiterunt; testes sunt *Liosvetningrum Historia* cap. 71. de Gudmundo Ejulfi, & *Eybyggia* de Kiartano Frodienti; Ille enim de suis & filiorum fati sagam consuluit; hic vero ex consilio Snorronis Heggellensis, larvis, gentilium more, dicam scripsit, nihiloque fecius ambo *boni christiani* audiebant. Præter hos, fas sit, unum nostratum, qui in satellitio optimi Navegix Regis Olai Tryggonis vivit, Hallfredum Pottam, ejusque exemplum intueri. Hic, a Regis avunculis in ipsius aula informatus, cum latrone colluctans, & in vitæ periculo constitutus, hoc modo precatus dicitur: "Dugi þú nú hvíta kristr —" et þá ert þu máttigr sem Olafi Kóungr lánuardrottinn innum segir þik. " 2. *Jesu jam Albe Christe! si tanta polles potentia, ac dicis dominus meus Rex Olavus.* Conf. *Hist. Trygg.* Part. 2. cap. 31 pag. 124. Idem Regi in os ausus est dicere, cum potius quoddam, quod de rebus ab eo gestis composuerat, audire recusaret: *Si carmina mea non vis audire, doctrinam quam mihi propinasti, rejiciam; plus enim huic poetici spiritus, quam meo inesse carmini non video.* Alii vero qui tantæ impietatis non fuerunt, superstitionibus tamen laborabant; qualis Thorsteinus Skelkus, qui cumpanæ sono dæmones abigi posse putabat; & Thorvaldus Tafaldus, qui virtute panoi, pedore gestati, cui nomen Dei insutum erat, colluctatorem multo fortiorum se vicisse putavit; testis *Vita Trygg.* Part. 2. cap. 14 pag. 40. & cap. 56 pag. 210. Interim non desunt veri christianissimi & sanæ pietatis signa, qualia sunt; Thorleifi Christiani, inimicum hospitio excipientis; Thorvaldi Bodvari filii, mendicos non sine propria vitæ periculo ex faucibus mortis eripientis, & tempore famis sustentantis; Håiskaldi Hvítanænsis, qui infans omnino ex improvise occisus fuit, sed lethale accipiens vulnus exclamavit: *Deus mei miseretur, Et sibi condonet.* Hjaltonis infidiatorei condonantis, & inimicos beneficiis ornantis. Thorvaldi Peregrinatoris, qui prædam piratica partam, in liberationem christianorum captivorum erogavit. Quibus adjungi meretur Hallus de Sida, filii infantis necem inultam esse volens, si hoc modo amicitia inter Floforem & Karum, hostes insensibilissimos evalesceret. Plura in utranque partem congerere superfedemus. *Historia Trygg.* Part. 2. cap. 67. p. 242. & cap. 64. p. 232. *Historia Christianismi* cap. 1. p. 1. *Nivala.*

- (b) De persecutionibus supra sparsim dictum est, quæ hic denuo, quasi in fasciculo, promendæ sunt. Fridericus Episcopus & Thorvaldus non tantum maledictis & probro-

interdum confirmata fuisse dicitur (a). Hoc tamen scriptum non habuerunt, nam literarum usus tunc temporis, vel nullus vel exiguus fuit (b).

lis carminibus lacerabantur, sed etiam lapidationis & incendii periculum subibant. Thangbrandus ignominiosa poemata, magis vin, & denique pœnam exilii experiebatur. Stefnerus & Hialto etiam exilio multati sunt; omnes denique christiani ut publicum propudium e republica proscripsi.

- (a) Miracula supra suis locis relata sunt. Plura quidem possent recitari, ut somnium Thorballi Knapstadenfis, & visio Thorhilldr, ex *Vita Trygg*. Part. 2. cap. 65. 66. pag. 236. 237. Visio Thidrandi, cap. 57. pag. 213. & id genus alia. Sed hac & similia cautum & non nimis credulum requirunt lectorem; nam vereor, ne sequentium seculorum monachi, historiarum exscriptores, & ex parte authores, ubi miracula non invenerant, intulerint. Prodigia etiam Frodiœnsia, quæ in *Eyrbyggja* satis prolixè referuntur, lubens prætereo, inprimis cum ea *TORFÆUS* fide descripsit *Vinlandia Antiqua* cap. 17. pag. 76.
- (b) Nullum vel exiguum literarum usum Islandis primitus fuisse, neque enim prius quam cum christianismo seu Isleifi episcopatu, ita ut inde aliquid emolumenti in publicum redundaret, introductum putamus; Ille enim primus in Islandia scholam aperuit; Non tamen omnino negamus existisse paucos quosdam, qui valeantemque literarum cognitionem habuerunt. Antequam christianam acceperunt religionem, runicis literis usos fuisse constat, quarum etiam fœminæ gnaræ fuerunt, ut patet ex *Egla*, ubi Thorgerda rhythmos Egilli; & ex *Grettla*, ubi filia Hallmundi carmen patris morientis, literis runicis excepisse leguntur. Ut plurimum tamen, leges, historias, poemata & alia memoriter didicerunt & recitabant; nam hæc non marmoribus sed memoriæ inscribentur, ut rectissime asserit *VERELIUS* in *notis ad Hervara Historiam* cap. 1. Quod autem ibidem & cap. 19. de vetustioribus manuscriptis disserit, minus est credibile; Nam *ARII Sebeda* sine dubio antiquissimum nostratum scriptum est, quod ad nos pervenit, & istas stamen post annum 1122. conscriptas esse, inde patet, quod se eas Episcopis Thorlaco & Ketillo censendas exhibuisse asserat; Ketillus autem 1122. in Episcopum consecratus fuit. Plura vide hæc de re rectè iudicantem doctissimum *BUSSEÛM* in *notis ad Sebedas*.



CAP. XI.

*De viris celebrioribus, quī hoc temporis
tractu floruerunt.*

§. I.

Viri, qui religionis negotium in Islandia promoverunt, quorumque nobis mentio facienda videtur, partim Ecclesiastici sunt, partim Politici ordinis. Illos inter primas tenent *Episcopi*, nulli quidem hoc tempore Islandis proprii, qui fixam hic sedem haberent; sed hinc illinc adventantes. Horum plurimi famis potius depellendæ, quam ecclesiæ nutriendæ ergo, aliquantulam hic habuerunt moram, cum liberet, rursus abeuntes (a).

§. 2.

Horum primus fuit *Fridericus*, natione Saxo, qui cum Thorvaldo Kodrani filio in Islandia publice verbum Dei prædicavit; sed ab incolis male exceptus post quinquennii mansionem discessit (b). Secundus *Biarnbardus* vulgo *doctus*, seu *librorum pectus*, natione Anglus, qui instinctu Olai Craffi, Norvegiæ Regis Islandiam petiit, & quinquennium ibidem egit (c).

§. 3.

(a) De his in genere ita loquitur *Hungurvaka*, seu primorum Islandiæ episcoporum Historia: Tum temporis *Episcopi* quidam aliunde advenerunt, qui multo mistiora quam *licifus* docuere, unde malis bene placuerunt; usque dum *Archi-episcopus Albertus*, literis in Islandiam missis, eorum uti ministerio omnes prohibuit; quosdam enim eorum excommunicatos, omnes autem se infcio & invito Islandiam petiisse.

(b) Vide supra cap. 4.

(c) Vide *Appendicem Landnamæ & Hungurvakam*; Diversum esse a Biarnbarde Saxone infra §. 4. nominando, temporum ratio docet. Nam noster circa Annum 1020. in Islandia fuit, alter autem circa Annum 1070. ex Islandia in Norvegiam transiisse videtur. Præterea ille Anglus, hic Saxo fuit.

§. 3.

Tertius *Kolus*, postquam paucos annos cum Hallo Haukdalenti
 ixiisset, in Islandia mortuus, primusque episcoporum Schalholti sepultus
 esse fertur (a). Quartus *Rotholfus*, seu Ulfus Rothomagensis, 19. annos
 in Islandia hærens, Lundi in tractu Borgarfjord habitavit, primum in Is-
 landia ad prædium Bay canobium fundavit, ibique abiens tres monachos
 reliquit (b). Quintus *Johannes*, quem alii Saxonem, alii Hibernum fa-
 ciunt, quadriennio in Islandia consumto, Vandaliam petiisse, ibique
 multos ad Christum convertisse, & tandem ob evangelii professionem
 martyrio coronatus fuisse, fertur (c). Sextus *Henricus* biennium saltem
 apud Islandos egit.

§. 4.

- (a) Kolus non primus episcoporum in Islandiam venit, ut innuere videtur *BUSSEUS* in no-
 tis ad *Sched.* pag. 50; Sed prius episcoporum Schalholti sepultus fuit, id est, ut
 loquitur *Hungarvaka*: ut hoc templum, quod est mater omnium aliorum in Islandia,
 omninoque nobilissimum, primum tam nobilis viri sepultura honoraretur: Verum si *Ko-*
lus hic idem est, ac ille, qui Vigaghamum circa annum 1002. (impressa habet 1003.
 pag. 240.) sacro oleo unxit, non intelligo, quo modo dici possit, paucos annos in
 Islandia, & eos quidem cum Hallo Haukdalenti egisse, non Hallus anno 1002.
 sexennis fuit. vide *Sched.* cap. 8. pag. 50. & *Appendicem Landnæme*; conf. supra
 cap. 7. §. 1. not.
- (b) Tam *Landnæma* Part. 1. cap. 16. pag. 18. & *Append.* pag. 281. quam *Hungurv.* dicunt
 eum fuisse ex "Rûduborg à Angliis" s: *Rothomago Angliæ*, sed insigni errore;
 Nam Rûda seu urbs celeberrima Rothomagus, non in Angliæ, sed in Gallia sita est,
 in ea quidem provincia quam Normanni diu tenuerunt, quæ eorum nomen hodie-
 dum retinet. conf. *TORF. Hist. Norv.* Tom. III. pag. 207.
- (c) *Landnæma* impressa pag. 152. eum ex Islandia in Vinlandiam migrasse scribit; Sed
 quod habemus manuscriptum; *Vindland* substituit, verisimul itaque non Vinlan-
 diam, sed Vandaliam, id enim multo verisimilius esse videtur. Vinlandia quippe est
 pars Americæ Septentrionalis, quam Islandi primi omnium Europæorum ita appella-
 vere, ut non sine fundamento iudicat *BUSSEUS*, in notis ad *Schedas* cap. 6. p. 33.
 Sed quæ, qualis, quantave sit, aliis discernendum relinquimus. Vandalia vero tunc
 temporis & seculis sequentibus christianorum albo inscribatur. vide *SAXONEM*
Anylinga-Sagum & alios. De Vinlandia legendus *SNORRO STURLEUS*, & ex re-
 centioribus *ARNGRIMUS* & *TORREUS*. De Johanne plura infra Per. 2. Sect. 2.
 cap. 1. §. 4. Scio eadem Doct. *TORFÆUM* tam in *Vinland.* cap. 26. quam in
 Prefat. ejusdem libri contrariam amplecti sententiam & pro Vinlandia militare, affe-
 rendo Johannem Anglicanos, & in his Arium Mauri filium, ad christianam religionem
 conver-

S. 4.

Septimus *Biarnhardus* vel *Biarnwardus* Saxo, qui Magno Bono Norvegiæ Regi adhæserat, quo defuncto iram successoris ejus Haraldi fugiens

convertisse, cujus sententiam lubenter amplecterer, si non ob stare viderentur rationes:

1) *Chronologica*: Nam Arius Mauri in Americam deatus fuit ante annum 1000 & quidem ætate provectus, nam in *Historia Christianismi* cap. 1. inter Procesus qui circa annum 980. floruerunt, numeratur, quorum multi circa annum 1000. in viam esse delierunt. Johannes autem secundam Perillust. *PONTOPPIDAN Ann. Eccl. Tom. I.* in Islandiam venit anno 1055. ibique secundum appendicem *Landname* quadrienniū abstulit. 2) *Geographica*: Arius in terra Alborum " ß hvitna manna landi " quæ etiam vocabatur Hibernia Magna, visus & agnitus fuit, ibidemque christianam acceperat religionem (vid. *Landname* Part. 2. cap. 22.) a qua diversus fuit Vinlandia, de qua refertur, quod alios quam Skrælings, qui christianæ religionis prorsus ignari fuerunt, incolas non habuerit. vid. *Hist. Thorfinni Karlsefús* sicutque, qui de Vinlandia scripserunt. 3) *Historica*: Omnes enim, unum tantum Johannem Episcopum in Islandiam venisse, eumque in Vandalia tandem Evangelium annuiciasse asserunt, cui assertioni nihil officit quod *Schedæ & Hungurvaka* suum Johannem Hibernum fuisse scribunt; Sed Author appendicis *Landname* qui illis multo est recentior, & sua ex *Hungurvaka* haurit, suum Johannem Saxonem facit, non omnes hos de eodem viro loqui, ex ipsius Appendicis verbis manifestum est; allegat enim Author Appendicis *Hungurvakam* hoc modo scribens: *Johannes Saxo; hic fuit quatuor annos; Hungurvaka dicit illum fuisse natione Hibernum, hincque in Vinlandiam discessisse, christianam religionem ibidem propagasse, & cruciatibus affectum, occisum fuisse*, ex quibus patet eum de eodem viro loqui. Sed audiamus etiam *Hungurvakam*, & apparebit appendicis Authorem nimis incuriose *Hungurvakam* inspicisse & exscripsisse, hoc modo enim illa: *Jonas Episcopus Hibernus* (in Islandiam venit) quem quidam putarunt postea in Vinland (s: in Vandaliam) emigrasse, multos ibi ad Deum convertisse, deinde captum, flagellatum, manibus pedibusque abscessis, & capite plexum, ad Deum abiivisse. Hinc apparet utrumque Authorem 1) De eodem viro loqui. 2) Ipsum illum Johannem quem *Hungurvaka* facit Hibernum, eundem Authorem Appendicis *Landname* Saxonem vocare, eo quod e Saxonia (scilicet inferiori) in Islandiam venit. 3) *Hungurvakam* dicere eum in Vinland seu Vandaliam, Appendicem vero in Vinlandiam Americæ provinciam abcessisse, unice literæ neglecta. 4) Illam dicere hoc postea (forte post multos annos & recte quidem) factam esse: Hunc vero eum hinc " hedan " id est directe ex tempore, sed minus vere, Vinlandiam petiisse. Origo itaque hujus erroris seu diversitatis est penes Authorem Appendicis, qui nimis oclitanter *Hungurvakam* exscripsit, ejusque verba in alienam sententiam detorsit. Nec obstat quod *ADAMUS BREMENSIS* eum Scotiæ Episcopum fuisse scribat, nam præterquam quod antiqui sæpe Hiberniam Scotiæ nomine inveniunt, potius Johannes in Hibernia natus, ab *ADAMO* Scotus aut Scotiæ Episco-

pus

ENS in Islandiam secessit, ibique quoad Rex in vivis fuit, in boreali quante, Steinstadis & Giliæ annis 19. vel 20. habitavit. Tempa, campanas, fontes, pontes, stagna, vada, rupes & talia passim consecravit. Post mortem Haraldæ ad filium ejus Olaum Quietum se contulit, a quo Romam mittitur, unde rediit, insulæ Selæ Episcopus a Rege præficitur, sed tandem Bergis mortuus & sepultus est (a). Præter hos septem, nominantur quinque alii: *Ornulfus, Goskalkus, Petrus, Abrahamus, Stephanus*, Episcopalem dignitatem jactantes, quorum tres postremi Armenii fuisse perhibentur (b).

§. 5.

pus appellati, quod ex Scotia, ubi aliquantisper degerat, & se pro Episcopo gesserat, Bremam venit, perinde ac *Landname* appendix cum Saxonem facit, quia ex Saxonia in Islandiam venit, quod, ut & nostram de Vandalia conjecturam, egregie confirmat ipse Bremensis, de amicis Archiepiscopi Alberti loquens, ubi de hoc (ut puto) Johanne ita scribit: *Alter erat Johannes quidam Episcopus Scotia, vir simplex & timens Deum, qui postea in Sclavoniam missus, ibidem cum Principe Godskalko interfectus est.* Ubi probe notandum, quod *ADAMUS* dicit, eum Scotiæ Episcopum fuisse, & in Sclavonia, id est Vandalia interfectum esse. Siquid ergo *TORFÆI* sententia verum habet, oportet duos tales Episcopos sub Johannis nomine in Islandiam venisse, de quo tamen apud antiquissimos Scriptores *ARIUM, Hungvacam, Historiam Christianismi & Appendicis Landname* Authorem, altissimum est silentium, qui unius tantum mentionem faciunt.

- (a) Reliqua de eo *TORFÆUS* l. c. pag. 290. 363. *Landn.* impr. dicit, nostrum a Rege Olaø Quietæ Romam missum fuisse " ad hann fridadi fyrer öndudum " : *ut intercederet pro mortuis*; sed Ms. habet: " ad hann fridadi fyrer öndudum " : *pro animabus*, utrumque eodem recidit; sed prior lectio sine dubio retinenda est, præsertim si genium seculi respiciamus.
- (b) Tres horum episcoporum ex celeberrima Asiæ provincia Armenia in Islandiam venisse, vix possum adduci, ut credam; nam quid Armenis cum Islandis, nec his illorum, nec illis horum linguam callentibus? Ego id omnino, ut rem absurdam & impossibile negarem, nisi antiquissimus & verax scriptor *ARIUS* Appendixi *Landname* consentire videretur. Ille enim cap. 8. dicit " oc þrír Erinsker " quæ alii recentiores, sed non pari doctrinæ laude clari vertunt: " oc þrír úr Armenía " : *Tres ex Armenia*. Si conjiere liceat, fuerunt hi tres ex provincia quadam propiore similia nominis, ut Armorico Galliæ; aut oppido aliquo, ut Armenteria Flandriæ, vel Armacano Hiberniæ, aut siquæ sunt alia ejusdem paronomasiæ. Non tamen silendum aut dissimulandum, quod Episcopi Thorlacus & Ketillus in *Juris Canonici* cap. 10.

circa

M

§. 5.

II. *Presbyteri & clerici.* Horum quidam ab episcopo Friderico, quidam a Stefnero, ut verisimile est, quidam a Thangbrando relicti sunt; quosdam etiam Hialo & Gissurus advexerunt. Nec dubitandum videtur, licet de eo silent historix, quod haud pauci ab Episcopis, qui hic versabantur, sacro initiati fuerunt officio, sed plurimi, ut probabile est, indocti, (a) partim aliena viventes misericordia, partim rusticanis operibus & vilificationi quam studiis magis dediti (b). Sed omnium celeberrimus fuit ipse Thangbrandus, filius, ut fertur, Vilbaldi Comitis Bremensis, ab episcopo loci educatus & eruditus. Olao Tryggonis, antequam thronum Norvegicum ascendit, clypeum aurea cruce signatum multo argento vendidit, quo deinde formosam emit puellam, quam in Saxoniam abductam, nobilis quidam Imperatoris obfes Thangbrando eripere cupiens, ab eo occiditur. Inde exul, fuga ad Olavam evasit, qui nobilem hunc amatorem & pugilem, primo in aulicum suum concionatorem transformavit; postea autem Norvegiæ Rex factus, templo Mostrensi præfecit. Sed Thangbrandus quiete & sobrie vivere non sustinens, profusus brevi ecclesiæ bonis, piraticam facere cepit; quo Rex cognito, ira exardens, a templi præfectura

circa Annum 1123. conscripti, statuunt fieri posse, ut indocti episcopi Angli aut Græci huc appellere possint, quorum ministerio uti prohibent. De re autem tam incerta & non magni momenti suum cuique per me esto iudicium.

- (a) *Vita Olai Cræfi* cap. 122. de Sacerdote Norvegiæ petente & qui necessitate quidem premente infantem baptizare ob ignorantiam recusavit: " Þar var einn Prestri, á skipi " er Brandr het, Breyðfirdskr úngi maðr oc lærdr hælðr sitt. Þeir báðu hann fara " með sér, hönom þótti þat vandí mikill, enn hann vissi vankunnendi sín, oc " villdr cigi fara. " 3: Eaðon navi Sacerdos nomine Brandus, e familia Breyðfird- denstinn, var juvenis, non admodum doctus, velcbatur. Hunc in comitatum inveni- unt, sed cum ignovantia sua conscius sibi esset, & periculum persentiret, con- comitari remittit.
- (b) *Grettla* cap. 67. pag. 139. " Steinn het Prestri er hió at Eyardalsá, hann var búþeg- " göðr oc andigr at te. " 3: Pastor prædictam Eyardalsá inhabitavit, nomine Steinn, villicus admodum habilis & opulentus. Quæ scilicet maxima ejus laus fuit. De Pasto- rum paucitate conqueritur *Lyrhyggia* cap. 47. his verbis: " Prestar feingust ei til at " sýngia tíðir at kyrikium þó góðrar væri, því þeir vóru fáir til þann tíma. " 3: *Quantis* templa constructa essent, pastores tamen ad officium administrandum con- duci non potuerunt, tunc enim temporis pauci eorum extiterunt.

fectura eum movit. Tandem pœnæ loco legationem Islandicam, ut inco-
 as ad veram religionem perduceret, ipsi mandavit, quod quomodo cesse-
 rit, supra relatam est (a).

§. 6.

III. *Monachi.* Tales fuerunt inter primos Islandiæ occupatores *Jo-*
rundus Christianus & Asolfus Alfskik, Rudolfus etiam Episcopus in mona-
 sterio Bayensi, tres monachos abiens reliquisse fertur. *Gudrunam* Olvifi
 filiam, in senectute monasticam elegisse, templum die noctuque preces
 susuram, frequentasse, & primam Islandarum Psalterium memoriter reci-
 tasse, author *Laxdela* tradit (b).

M 2

§. 7.

- (a) Quid Thangbrandus in Islandia gesserit, vide supra cap. 7. cetera de eo, conf. *Vit.*
Trygg. Part. 1. pag. 92. 135. 225. Part. 2. pag. 215. 220.
- (b) *Gudrunæ* Olvifi filie in *Laxdela* & alibi fit mentio. Fratres habuit quinque, quorum
 quatuor Stesnerum ob religionem christianam in jus traxerunt, & exilio multarunt;
 omnes autem, una cum Bollone, Kiartani patruelis, Gudrunæ marito, ipsa instigante,
 Kiartano insidias struxerunt, ipsumque vita privarunt, qua propter in exilium acti
 Stesneri vaticinium impleverunt. Conf. supra cap. 6. §. 3. Horum natu maximus
 Osþakus pater fuit Ulfi, apud Haraldum Imperiosum Norvegiæ Regem supremi aulae
 magistri, quem plus simplici vice laudant nostratum annales. Gudruna quatuor ha-
 buit maritos: a primo divortium fecit; secundus & ultimus undis absorpti sunt;
 Tertius Bollo, Kiartani patruelis, sui, quondam carissimi, necem violenta morte luit.
 Ex ultimo marito habuit Gellernum, multis nominibus laudandum, patrem
 Thorgrifi, qui progeniit Arium Polyhistorum, vide *ARII Sched.* cap. ultimo, *Lax-*
dela, *Eyrbyggiam* & alias Islandorum Historias. Psalterium, quod dicitur *Gudru-*
næ & memoriter recitavit, non liquet, quale fuerit. Errant qui putant id fuisse *Psal-*
terium Davidis in linguam Islandicam translatum, nam circa Annum 1000. & longo
 post tempore Bibliorum versiones Danica lingua nulla exstabant. Nec esse potuit
Rosarium Mariae, ut quidam autuant; Nam id demum seculo 13. a Dominico,
 monachorum celeberrimo, ecclesæ, tanquam efficacissimum orationis genus, commen-
 datum fuit; idque deinde *Psalterium Mariae*, ex tribus Rosariis constans, excipit;
 Nec *Salvatio Angelica*, quæ seculo demum 14. invaluit. Neque celebre illud *Ave*
Maria, quod seculo 15. in usum venit. Psalterium itaque Gudrunæ fuit, aut desum-
 tum ex Psalmis Davidicis Latinis, aut, quod verisimilius est, Litanis quædam, seu
 precum formulæ, tunc temporis in ecclesiis borealibus cognitæ & receptæ.

§. 7.

Virorum Politici ordinis, qui dictis factisque ad christianæ religionis in Islandiam introductionem aliquid contulere, nonnulli supra indicati sunt, cap 3. His addendi, Thorvaldus Kodrani, Stefnerus Thorgilfi, Thorvardus Bodvari, Hallus de Sida, Gissurus Albus, Hialto Skeggonis, de quibus etiam supra; denique Thorgeirus & Skapto Nomophylax, Snorro Helgfellenfis, & alii. *Gissuro* præter ardens studium, & indefessum in introducenda religione laborem, laudi inprimis ducitur, quod filium suum Isleifum, magno conatu, & non minoribus impensis, Erfordam Westphalorum, ad maturitatem in studiis consequendam ablegaverit, effeceritque, ut in patriam reversus, episcopatus officio par & dignus esse videretur. Vir enim pius & patriæ amans, religionem christianam, quam quanti in Islandiam introducere constiterat, ipse optime noverat, sine bonarum literarum cognitione vix diu duraturam perpexit (a).

§. 8.

Hialtonis crebra in antiquis historiis mentio, eaque semper honesta, ut & Gissuri ipsius foci, & in introducenda religione collegæ & socii fidiissimi. Circa Annum Christi 1017. Hialto ab Olao Crasso Norvegiæ Rege invitatus, peregre proficiscitur, ab Olao utroque Norvegiæ & Sveciæ Regibus, ut & Rognvaldo Gothiæ Comite, quem affinitate contingebat, honorifice excipiendus. Biennio post, donis & honore a Regibus & Dynastis mactatus, patriæ restituitur. Et valde est verisimile, cum tum secum Biarnhardum Episcopum, & Jus illud Ecclesiasticum, quod Rex Olaus conscribi curaverat, in Islandiam attulisse; quo accepto, Islandi, ethnicos illos mores, quos in suis legibus Anno 1000 latis, concesserat Thorgeirus Nomophylax, omnino abjecere. Non itaque tantum in introducenda, sed etiam in stabilienda inter populares religione christiana, Hialto operam navavit utilissimam (b).

§. 9.

-
- (a) Gissuri Vita peti potest ex *Landnama*, *Vita Tryggvini*, *Historia Christianismi*, *Njala* & aliis.
- (b) Hialtonis gesta iisdem locis ac Gissuri leguntur, cum quibus conferenda *Olai Crassi Historia* cap. 46. & seqq. *Vigaglumi Vita* & alia.

§. 9.

Skapto Thoroddi filius, Nomophylacis officio annis 27. apud Islandos functus est. Præter id, quod sua auctoritate gentilissimum plane sustulerit, & leges christianismo congruas introduxerit, etiam ob rigidius & castius, quam quo antecessores uli fuerant, imperium laudatur. Nam sine omni personarum respectu, proceres & divites, pariter ac subditos & pauperes, ob inflicta vulnera, rapinas, homicidia, aliave enormia delicta, partim exilio, partim morte mulctari fecit (a).

§. 10.

Snorroni Helgfellensi præter raram & reconditam sapientiam & caliditatem, laudi ducitur, quod occidentalis quadrantis incolis, qui eum plerique affinitate aut cognatione attingebant, ut christiana amplecterentur sacra, author fuerit præcipuus (b).

M 3

§. II.

(a) De Skaptone legenda *Histor. Olai Craffi, Gretla* & aliz nostratium historia.

(b) Si non optimo, saltim prudentissimo & callidissimo Snorroni applaudunt varæ antiquitatis reliquiæ, inprimis *Eyrbyggja* a principio fere ad finem; *Laxdala* multis in locis; nec non *Vita Trygg.* & alia. *Eyrbyggja* inter alia de isto ita: " Snorri var högvær " hvörsdagfliga, oc fann litt á hönum hvort honom líkadi vel edr illa. Hann var " vitr madr oc forspár um marga lute, lángrækinn oc heiptúdigr, heitrádr vinum " sínum, enn óvinir hans þóttust belldr kullda kenna af ráðum hans. " : *Snorvo in vita quotidiana mansuetum se gessit, nec facile videri potuit, an res quædam ei displiceret aut placeret. Vir erat sapiens & multarum rerum præfagiens, vindictam diu & acriter persequens, amicis optimus consiliarius, inimicis autem, ejus consiliorum ingratus admodum messem in se redundare, videbatur.* Et cap. 47. " Snorri Godi " studdi mest við Veltírdinga at við kríftni væri tekit, oc let kyrkiu giöra at Helga- " felli þat sumar þegar þingi var lokit, oc adra Stír mágr hans undir Hrauni, oc " hvatti þat menn mest til kyrkiu giörðar, at þat var fyrirheit kenneimanna, at menn " skyldu eiga heimille jafnuörgum mönnum inni himnaríki, sem standa mætti í " þeirri kyrkiu er hann let giöra. " : *Snorro Prætor, occidentalibus, ut religionem christianam acceptarent, præcipuus author existit, ille quoque templum eadem æstate post finem comitorum Helgafelli, & affinis ejus Stír, aliud sub Hraune, extrui curavit. Promissum illud sacerdotum ad ædificationem templorum maxime movebat, jure cuiusque tot hominum in regnum calorum receptionem competere, quot in templo, good extrui fecerant, stare possent.* Et tandem cap. 56. " Snorri Godi andadil at Tún- " gu

§. II.

Præter memoratos utriusque ordinis viros, qui publicis fungebantur officiis, & aliquid ad christianæ religionis introductionem & stabilimentum contulerant, exstiterunt etiam quidam civilis status viri, pietatis, iustitiæ, sapientiæ, omniumque virtutum laude spectabiles, quorum celeberrimi fuerunt *Nialus Thorgeiri* (a), *Gestus Oddleifi* (b), *Osvifus Helgani*

" gu i Salingdsdal einum vetri epter fall Olafs Kõngs Helga, oc var hann þar græf-
" inn at þeirri kyrkiu er hann hafði sálfr giðra látit. " o: *Snorro Prætor unice post*
Sancti Olai Regis eadem byeme (translapsa) Tungæ Salingdsaleusium decessit, & in
templo, quod ipse exstrui fecerat, sepultus fuit. De hoc omnino dicendum est: Si non
fuit vir bonus & pius, certe supra communem hominum fortem prudens & sagax.

- (a) Doctissimus vir *ARNGRIMUS JONÆ*, ejus hic, quam meis, uti malo verbis, de
Nialo in *Comment. de Isl.* fol. 52. tale fert judicium, quod, ut ad rem nostram non
parum sciens, temperare mihi non possum, quin hic insulam: *Habuit etiam patria*
nostra, inter multos alios, quendam insignem pietate virum, cui Nialus nomen erat, qui
circa annum 1000. vixit in prædio seu villa Bergthorshvol, sita in parochia Islandiæ
Laudeyum, quique rerum humanarum experientia, circumspècta animi prudentia, sagaci-
itate & consilio habebatur insignis, cum enim ejus seculo indomitis Islandiæ moribus
fluctuaret, incolis a nullo vere superiori magistratu repressis, nullis se factionibus im-
miscuit; plurimas tanta animi virtute & industria compevit, nunquam vim sciti,
nec passus est, si ultimum tantum in vita diem exceperis. Adeo seditiones & turbas
studiose vitavit, alioque vitare aut evadere cupientes optime juroit; nec quicquam ejus
consilio, nisi maximo suo commodo est unquam usus, nec quisquam ab eo, nisi cum vite
& fortunarum periculo deslexit, tam certum ab eo oraculum petebatur, ut valde mi-
randum sit, unde homini tanta futurorum eventuum & tam certa conjectura & consi-
lium esse poterit, quanta in ipso deprehensa est, unde ipsius cauta, providens & consilio
plena sapientia apud nostrates in proverbium abiit: " Nialus hita rádiu " quasi
diceret: Nialus consilio res geritur, aut succedit, cum quid prudenter & aditandum cum
consilio gestum est. Hic cum domi sua a 100. viris conjuratis ab eadem a filio ipsius,
ipso tamen inscio, paratam cingeretur, & inimicis domum undique succendentibus, sese
videret supremum satum instare, ait tandem: Hæc fato quidem (hoc est voluntate divina)
accidunt, ceterum spem & fiduciam in Christo sitam habeo. Nos (de se & uxore
loquens) licet corpus hoc nostrum caducum, inimicorum flammis mortalitatis corrup-
tionem subeat, ab æternis tamen flammis liberatum iri. Sicque inter has voces &
flamarum scævitate, vitam Anno Christi 1010. cum uxore & filio homicida finit (revera
tribus filius nepote & pluribus aliis). Vox profecto filii Dei non indigna, anime cum
mortis acerbitate luctantis summum solatium arguens. Hæc ideo addidi, ut ostendat,
qua conjectura adducar ad existimandum max initio christianismi (ut sic loqui) opud
nos repleto, non fuisse tam deceptas & errorum tenebris immerisus hominum mentes, quam
nunc, paulo ante hæc nostra tempora fuerunt. Hactenus ille.

is (c), *Hlennus Annofus* (d), omnes *Sapientes* cognominati, & *Thorhallus*, qui Propheta appellatus fuit (e). Quorum ut & aliorum, quos recensere supercedemus, exempla, majores nostros, licet gentilismo addicti essent, in extremo septentrionis angulo habitarent, aliisque barbari audirent, minime tamen tales fuisse, sed profundo judicio & acutissima meditationis vi polluisse, abunde probant & evincunt.

§. 12.

Nec omnino prætermittendi videntur viri sapientia & auctoritate pollentes, qui hac tempestate floruerunt, & aliquid ad reipublicæ constitutionem aut conservationem, consilio, ore & opere, aut exemplo contulerunt, ex quorum numero primum locum damus *Ulflioto* cuidam, qui anomaliam, & nocentissimas ex diversitate legum proveniuras consequentias, animo præfugiens, nulla suæ ætatis (sexagesimum enim agebat annum), nulla impensarum aut longinquæ peregrinationis molestiarum habita ratione, in Norvegiam transit, ibidemque apud avunculum suum *Thorlevum Sapientem*, integrum triennium hærens, leges didicit (ut loquuntur veteres) id est juris studio operam dedit, cumque sub viri suæ ætatis sapientissimi & legum peritissimi informatione leges & consuetudines Norvegorum penitus imbibisset, & memoriæ mandasset, id ex iisdem, Islandis, ut reciperent & legum loco haberent, quod eorundem reipublicæ constitutioni accommodari posse videbatur, pervasurus, in novam, quam elegerat

- (b) De Gesto Oddleifi supra aliquid setulimus, ejus sapientiæ documenta in *Laxdela*, ubi de *Kiartani* & *Bolli*, ut & *Guðrunæ* *Olvifi* filiz fati prophetaffe dicitur, legenda exhibentur. Conf. *Landnama* Part. 2. cap. 28. pag. 73. & *Gisli Surjonii vitam* cap. 6. p. 133.
- (c) De *Olvifo* legenda est *Laxdela* & *Sceda* pag. 45. Hunc *Olvifum* inter majores suos numerabat *Eysteinnus* Archiepiscopus *Nidarohensis*, qui nepos fuit *Ulf*, qui apud *Haralldum* Imperiofum ante magister ei que semper carissimus erat; *Ulfus* autem fuit *Olvifi* nepos, ita ut *Eysteinnus* fuerit *Olvifi* abnepos.
- (d) De *Hlenno* qui plura doctiderat, adeat *Liorsetinnus a Sagan*.
- (e) De *Thorhallo* Propheta ejusque prophetia legenda *Vit. Olai Trygg*. Part. 2. cap. 53. pag. 236. existisse etiam *Thorhalli* ejusdam Prophetiam de Islandiæ interitu, (quam nostrum esse non est vero abfimile) ex excerptis doctissimi viri *Mag. BRYNJULFI SVENONII* Episcopi *Skalholtenfis* meritissimi, conjicere licet, quam nobis videre nunquam contigit.

gerat, patriam revertitur (a), reduxque per socium quendam suum, nomine Grimum, cognomine Geitkór, universam Islandiam perlustrari curavit, ut ex ejus relatione locum aptissimum juri dicendo, comitiisque universalibus celebrandis, ad quem totius Islandiæ incolæ quovis anno facillime congregari possent, discernent, qui ex communi Procerum sententia deinceps huic usui consecraretur. Quo factò reliquis non difficulter pervasit, ut prædium Thingvallense in meridionali Islandia situm, quod ob enorme domini seu possessoris maleficium confiscatum & publici juris factum censebatur, his usibus destinaretur. Publice itaque pronunciat, quas in Norvegia didicerat, aut composuerat, legibus, omniumque consensu adprobatis, ipse primus totius Islandiæ Nomophylax constituitur; quod officium ætate & labore confectus, paucis annis gessisse videtur. In eodem autem successores habuit viros spectatæ prudentiæ & virtutis, Ráfnnum Hængi annis 20. Thorarinum Ragi fratrem itidem 20. annis, Thorchillum Manum 15. Thorgeyrum Liosvatnensem 17. in cuius tempora religionis mutatio incidit; Grimum Mossellensem triennio, Skaptum Thoroddi 27. Steinum Thorgesti 3. Thorchillum 20. cujus sub officii administratione præsens Periodus finem habet.

§. 13.

Artes & Scientias, ut hoc tempore apud Islandos floruisse dicere non possumus, ita nec eosdem illarum omnino expertes ac rudes fuisse asserere audemus; Nam præter Mechanicas, quarum gnaros fuisse experientia testatur; statuas enim, naves & domos egregie fabricabant; Scientiis quoque, ut Medicinæ & Astronomiæ operam impendisse certum est.

Testantur

(a) Quod de Numa Pompilio scribit *T. LIVIUS*, quod *Romanis leges & jura dederit*, id nos etiam de Ulfioto dicere possumus. Leges Ulfiotianæ, ad normam antiquarum legum Gulathingensium in Norvegia compositæ erant, non quidem earum, quas constituit aut emendavit Haco Adalsteini, qui Anno 928. nondum regni habenas suscepit; sed antiquiorum, quæ imperante Haralldo Pulverico in usu fuerunt. Cognomen Geitkór, id est *Capræ Calceus*, inde fortitus videtur hiece Grimus, quod pernicitate pedum polleret, & tam in hoc itinere, quam alias, in præruptis montibus scandendis imperterritum semet ostenderit; In hujus itineris & suscepti laboris præmium, a quovis incola ei dari debuit nummus, forte unus quorum decem valebant unam ulnam, tales enim Islandis antiquitus in usu fuisse constat. Conf. *Schedas* pag. 3 & seqq. *Landnama* Part. 4. cap. 7. p. 137.

Testantur enim Historiæ, multos graviter faucibus & vulneratos, de quorum salute actum esse videbatur, medicorum opera sanitati restitutos fuisse. Astronomiæ non ignaros fuisse, fidem faciunt tam longinquæ & periculose in Angliam, Daniam, Norvegiam, Grönländiam, & Americam susceptæ & feliciter peractæ navigationes; nam cum pyxidem nauticam non haberent, aliquali Matheseos cognitionis adminiculo, & astrorum motus observatione, adjuutos, easdem & instituisse & absolvisse non videtur dubitandum; quam exempla Stjörnu Oddi (b), qui quavis nocte cum sudum esset, ut astra observaret, sub dio mansit; Einari Ejlufi filii (c), & Thor-

(a) Hujus rei innumera afferri possunt probationes, sed brevitati studentes, pauca tantum asseramus. *Veggljans Saga* cap. 23. pag. 227. mentionem facit Halldore, firmine nobilis, quæ alias mulieres assamens, vulneratis medicam manuum admovebat, & inter alios Thorarinum pristinae sanitati restituit, cui oxilla ita erat abscessa, ut pulmones per vulnus essent conspicui. Helga quoque Glümi soror, filium, qui diu ex omnium judicio mortuus jacueat, ad vitam & vigorem revocavit. In *Droplaga filiorum Vira* cap. 30. Grimmi Droplögildæ vulnera, quæ tanta fuerunt, ut pro mortuo haberetur, ab Asgerda quadam medicina gnara, percuncta leguntur. Simile quid *Eylyggia* de Snorrone Helgasellenfi Thorbrandi filii medicam faciente, Asbrando filium biurnum curante, & alibi passim occurrit.

(b) De Stjörnu Oddi Astronomicis observationibus lege ejusdem *Somnium* cap. I. " Þódrdr het madr, er bió í Múla norður í Reykiadal, þar var á viltum með hönum um madr sá er Oddi het, oc var Helgason, hann var kalladr Stjörnu Oddi. " Hann var rímkjenn madr, sva at eingi var hönom líkr hönum samtíða á öllu Íslandi, oc at mörgu var hann mnars vitr. " : *Vir erat nomine Thorodus, qui Muli Reykdalensium boream versus habitavit, apud eum commorabatur vir nomine Oddius, filius Helgi, communiter appellatus Oddius Astronomus. Computatificam artem tam bene calavit, ut constantium in Islandia nemo illi par esset, & multarum aliarum rerum scientia pollebat. " Oddi geck út oc hugdi at stjörnum. sem hann hafli veniu til " jannan er hann lá út um nætr. Þí er síu mátti stjörnur. " : *Oddius exiit & astra observavit, ita ut semper, ubi astra conspici potuerunt, noctu facere assererat, Optimum autem de isdem fert testimonium, libellus, communiter dictus Stjörnu Odda Tal, non ideo, quod ab ipso conscriptus sit, sed quod Stjörnu Oddi doctrinam contincat; in eodem dictum longitudo, quovis anni tempore, solis ortus & occasus, ejusdem per signa Zodiaci transitus, & id genus plura, ex mente Oddi accurate determinantur.**

(c) De Einari Ejlufi filio, viro suæ ætatis sapientissimo *Liorsetninga Saga* cap. 14. dicitur. " Hann geck út um nætr, lá himintúrgrl, hugdi at, oc kunní þí alls góð skín. " : *Noctu exire solitus est, astraque attente observavit, & tum omnia exquisite novit.*

Thorsteini Surti (a), qui Islandorum Calendarium reformavit, quosdam etiam Astrologiæ judiciaræ studio tempus perdidisse, ex historiis constat (b), quæ omnia literis & libris destituti, partim traditionibus, partim ingenii felicitati, & indefessæ meditationi debuerunt.

§. 14.

Nobilitarunt etiam hæc tempora Poëtæ præstantissimi, qui artibus nobilissimæ exercitio, tantum patriæ laudis, quantum sibi opum & honorum in aulis potentissimorum Europæ Regum & Principum acquisiverunt, quorum paucos tantum nominare animus est; Tales fuerunt *Egillus Skallagrími* (c), nobilissimæ in Islandia familiæ propagator, qui a tenera ætate armis & piraticæ assuetus, nunc in Anglia Adalsteino Regi militavit, nunc per Frisiam, Daniam, Sveciam, Livoniam, & reliquas maris Balthici oras ac insulas piraticam exercuit, nunc etiam in Norvegia vel ipsi Regibus molestus. Fuit athleta fortissimus, aliquando enim paucis comitatus proletariis viris, 30. fortissimos & bellicosos Svecos fudit, & ad internecionem fere delevit. Poëta fuit felicissimus, & jurisprudentiæ non minus peritus, vir semper imperterritus, qui in rebus dubiis & periculosis in arena optimum semper cepit consilium. Mortuus est antequam religio christiana in Islandiam introducta fuit, sed in Anglia sub Adalsteino signum crucis acceperat. vid. supra cap. 3. §. 10. p. 40. Hujus *TORFÆUS* in gestis *Erici Blodøx*, cum quo *Egillus* graves exercuit inimicitias, & *ARNGRIMUS* in *Crymog.* præclaram mentionem faciunt. Vita ejus, seu *Egils Saga*, ab Antiquariis, Poëtis & Historicis permagni æstimatur. Sub *Haralldo Grafelldo* floruerunt *Kormakus Ogmundi filius* & *Glumus Geiri*. *Kormaki*, Poëtæ non minus quam *Pugilis* famosi, & satis animosi, vita peculiari libro scripta circumfertur.

Thorlei-

-
- (a) De Surti ejusque cœtaneis prolixè loquuntur *Scheda* pag. 4. Edit. Skalh.
 (b) Astrologiæ judiciaræ quosdam deditos fuisse, innuit *Olai Trygg. Vita* cap. 106. p. 325. referens, Hunnaudum Vestridi filium, virum percelebrem, Sigurdum episcopum consuluisse, an ex astrorum motu de fatiis suis judicare licet, quemadmodum quidam majorum fecerant. vid. *Vatnsdalum & Landnamann.* pag. 93.
 (c) Quando igitur *Ulustriff. PHILALETHUS* in *Troadhiemste Samlinger* Tom. 1. p. 177. *Egillum*, *Glumum Geiri*, *Kormakum*, *Einarum Skálaglam*, aliosque natione Islandos, Norvegis annumerat, ita est intelligendum, quod a Norvegis descendentes, in Norvegia paulisper manserunt, & Regum Norvegiæ aulis secuti sunt.

Thorleifus Jarlaskáll, sic dictus, quod famosum diris & devotionibus plenum carmen de Hacone Sigurdi filio, Norvegiæ Comite, non tantum pepigit, sed etiam coram ipso cecinit, cujus tantum fuit artificium, ut tum laudes, num vituperium, & convitia contineret, præsentis vix sentirent. Tanta autem vis ejus magica fuisse dicitur, ut Comitem & satellitium ejus, mente judicioque, ad tempus penitus privavit, quo Thorleifus injurias sibi ab eodem Comite antea illatas ultum ivit. Hic etiam in Dania sub Svenno Furcatæ Barbæ meruit, a quo pernagnum factus est, vir necromanticis deditus artibus. Ante religionem christianam in Islandia acceptam, violenta morte extinctus est (a).

Huic ætate suppar fuit *Einarus Helgonis*, Olvisi viri sapientissimi frater, Skálaglam seu *Lancium Strepius* cognominatus, quod lances ex argento defæcatis deauratas, Norvegiæ Comitis Haconis divinationibus destinatas, antequam prælium Jomsvicense iniret, ab eodem dono accepit (b).

Sub Olao Tryggonis floruit *Hallfredus, Vundræda Skáll* dictus, cujus de eodem Rege plurima exstant poëmata (c).

Sub Olao Sancto & ejus filio Magno Bono, *Thormodus Kolbrúna Skáll*, *Bessus Terji filius*, *Ottar Niger*, *Gissurus Gullbrá*, *Thorfinnus Mumur*, *Refus Hofgandens*, *Theodorus Kolbeini*, *Biórno Hytadensium Athleta*, *Arnorus Comitum Poëta*, & qui primo loco nominandus erat, *Sighvatus Theodori*, qui apud utrumque Regem plurimum valuit; nam non tantum Poëtarum princeps habebatur, sed Regibus etiam ab intimis fuit consiliis, & sub Olao Aulæ Magister, plus simplici vice Romam religionis causa adiit (d).

Thorarinus Loftunga sub Knuto Magno & Svenno Knuti filio inclaruit (e), sed *Gunnlogus Ormstunga* in Anglia, Hibernia, Norvegia & Svecia artis specimina edidit, ut & *Skáll Rafn* in Svecia & Norvegia, aliique, quos omnes enumerare longum foret, quorum quidam etiam in Daniam, Sveciam & Angliam trajecerunt, ibidemque Regum laudes & fortia facta

N 2

ebucci-

(a) *Vita Olai Tryggonidis* Part. 1. cap. 168 — 173 pag. 202 — 210.

(b) *Vita Trygg.* Part. 1. cap. 152. pag. 178. 179. & infra cap. 2. §. 19. pag. 29.

(c) *Conf. Ol. Trygg. Vit.* Part. 2. passim, & ex ea *BARTH. Ant. Dan.* Lib. 2. cap. 11.


(d) De Sighvato *conf. Vit. Olai Crassi* cap. 137. & 139. & 214.

(e) De Thorarino *conf. Olai Crassi Vit.* cap. 151. & 198.

ebuccinando, opes & honores adepti sunt. Hos autem ideo nominavimus, ut indicio essent, quantum egregiorum Poëtarum copiam Islandia protulerit, & quantum hoc tempore nostrates poëticæ dediti fuerint. Vix enim ulla fuit Septentrionis Regum & Procerum aula, in qua non Islandus aliquis Poëta versaretur, & fere in deliciis haberetur.

§. 15.

Hæc fere sunt, quæ de veræ in Islandia Ecclesiæ plantatione, virisque, quorum opera Deo optimo max. ad id opus perficiendum uti placuit, dicere habemus, haudquaquam tamen distitemur, multo plures existisse egregios Politici ordinis viros, qui reip. perutilem navarunt operam, sed cum eorum acta ad civilem potius quam ecclesiasticam historiam pertinere videantur, nos ea præterivimus, contenti ea tantum tetigisse, quæ aliquam cum religionis introductione & propagatione, artium ac scientiarum cultura, ut & tam interno quam externo ecclesiæ statu cognitionem habere videntur, reliqua civilis historiæ scriptoribus relinquentes. Si autem ad hujus Periodi Historiam Ecclesiasticam conficiendam, tot taliaque haberentur subsidia, quot qualiaque ad hujus temporis statum & Historiam Civilem delineandum pertinentia supersunt, haud contemnendam ecclesiæ historiam, tam quoad molem, quam quoad rerum pondera, adornari posse confidimus.



HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ ISLANDIÆ.

PERIODUS II.

Ab Anno MLVI. ad Annum MCCLXVIII.

SECTIO I.

De forma reipublicæ & regimine ecclesiastico, statu
religionis & rituum, re literaria & literatis.

CAP. I.

*De forma reipublica, regimine ecclesiastico, statu
religionis & ritibus.*

§. I.

Primitivus reipublicæ Islandicæ status, in quo nata est, & crevit vera
Dei ecclesia, aut fuit aristocraticus, aut ad eum proxime accedens, ex
oligarchico & aristocratico mixtus. Nam quantum quisque Magnatum
Norvegicorum, qui imperium, vel, ut illis visum est, crudelitatem Ha-
raldi Pulchricomi Norvegiæ subjugantis, ferre recusans, terræ Islandicæ,
quæ tum temporis inculta & habitatoribus vacua fuit, occupavit aut certis
ceremoniis sui juris declaravit (a), fociisque una venientibus, aut amicis
& cog-

N 3

& cog-

(a) De forma Reipublicæ Islandicæ ex professo scripsit nostratium Doctissimus ARNGRI-
MUS

& cognatis postea appellentibus distribuit & assignavit; tantæ regionis, si non absolutus dominus & possessor, saltem primas & princeps habebatur; qualis honos & imperium "Godord" *Prætoris*, ipse autem "Godi" *Prætoris*, insignitus fuit. Circa annum reparatæ salutis 928., seu 54 circiter annis, postquam Islandia habitari cœpit. Nomophylacis nomen & officium introductum fuit. Hujus auctoritas & æstimatio permagna quidem fuit; nam ejus officium erat universalibus Comitibus præesse, ibidem in causis dubiis, quas ordinarii & pedanei judices discernere non potuerunt, jus & sententiam dicere, novasque constitutiones, postquam ab omnibus approbatæ erant, conceptis verbis publice pronunciare; nullas tamen propria auctoritate, & sine aliorum consensu condere potuit leges, aut novas introducere consuetudines. Quare, cum id posceret necessitas, Prætores de illis primo inter se consultaverunt, & postquam consulerant, id, in quod major pars consenserant, reliquis & plebi communicarunt. Hi si proposita approbarent, ut plerumque evenit, lex fieri potuit. Competebat etiam Nomophylaci interpretatio restrictiva & extensiva legum. Nec tamen illi in reliquos Prætores aliquid imperii fuit. Prætorum munus & honos hæreditarius fuit, qui tamen ab una persona & familia, dono, venditione, vel nuptiis ad alteram transferri potuit; sed Nomophylacis non item. Nam ab optimatibus electus, semper, aut ut plurimum, optimus quisque, id aut plures, aut pauciores annos, raro autem ad finem vitæ retinuit.

§. 2.

Cum itaque tot Prætores dignitate pares, viribus autem & animositate, nunc æquales, nunc inæquales, nullum haberent superiorem, quem timerent, nec eminentiorem magistratum, qui potentia & auctoritate pollens, bonos & sedatos tueri, malos vero & seditiosos cœercere posset, fieri non potuit, quin procedente tempore, pristina Aristocratia in Oligarchiam mutaretur. Magnatum enim, quo quis potentior, eo nequior esse, primo rixis & dissidiis indulgere, omnia deinde vi & armis gerere;

MOX

MUS JONÆ *Crymogæ* Lib. 1. cap. 7-8-9. & nuperime ARNESEN in *Skandinaviske Hættegang*, quos, si placet, adire potest curiosus lector, nam id hæc vice ultimus prolepti nostri instituti ratio non patitur.

noxi rapinis, cædibus, seditionibus, præliis, tandem etiam integrarum villarum, cum numerosis familiis, combustionibus, omnimodisque injuriis & flagitiis, nullum modum vel metam statuere (a); ita ut liqueat aliquando ab una parte plusquam 1300. armatos in aciem productos, & viginti liburnicarum classe, in mutuam perniciem certatum esse. Imo eo tandem nefanda anarchiæ licentia processit, ut nec a personis, nec locis & rebus Deo consecratis, sceleratas manus abstinerent. Huic indies ingravescenti, &, procellæ instar, per fores & fenestras inundanti malo, non tantum Episcopi, præsertim primi illi & indigenæ, viri insigni pietate, patriæ amore, humanitate prudentia & auctoritate ornatissimi, una cum quibusdam Nomophylacibus, & aliis utriusque ordinis, piis & sedatis, obviam ire & medicinam adferre, quantum in iis fuit, non destiterunt; quorum post Deum prudentiæ & moderatissimo ecclesiæ regimini, acceptum ferendum fuit, quod respublica Islandica celerius non interiret, sed tot internis malis pressa & externis, subinde insidiis tentata, per aliquot secula incolumis stare & conservari potuit. Tandem vero incolis non alia visa est pacandæ reipublicæ expeditior ratio, quam si universi unius imperio cœcerentur; ideoque Regi Norvegiæ, qui idem dudum occupatus fuerat, semet subjecerunt. Quæ status publici mutatio, licet in finem hujus Periodi inciderit, ad sequentem tamen ejus fructus & effectus pertinent; ideoque, donec eodem rerum series nos perduxerit, de eo verba facere reservabimus; hac vice vero ad propositum, seu ipsius Ecclesiæ Historiam enarrandum nos accingimus.

§. 3.

Anno 1057. Schalholtenfes, sed 1107. Holenses, proprium primo nacti sunt Episcopum, quem eligendi potestas primitus penes universos cives fuit; eandem vero plerumque in comitiis universalibus exercentes, semper virum spectatæ virtutis & fidei, quem tali officio parem autumant,

(a) Historiam cæliam, seditionum, & universæ malorum Iliadis, quæ hæc tempestate, communiter "Sturlunga-æid" seu *ætas Sturlungorum* vocata, Islandiam affixit; qui penitus noscete desiderat, adeat *Sturlungam*, seu vastum illud volumen, quod alias *Historia Islandorum* vocatur, quam Brandus Sæmundi Episcopus Holensis scribere aggressus est, sed Sturla Theodori perfecit, de qua posthac plura dicere non inveniunt occasio dabitur.

rant, ex plurimorum optimatum sententia, elegerunt: Nec unquam narem pro Junone amplexi sunt, nisi forte in Gudmundi Arii denominatione. Unde etiam primi utriusque diœceseos Episcopi, *Isleifus*, *Giffivus*, *Thorlacus Runolfi*, *Magnus Linari*, *Jonas Ogmundi*, *Ketilus* & *Birno*. pii, probi, & pro modulo eruditionis seculi, satis docti fuerunt; quodque caput rei est. quantum in illis fuit, ecclesiæ commodis & emolumento invigilantes; unde res ecclesiasticæ, ipsis sedentibus, tam doctrinæ puritate, quam morum innocentia, ultra spem floruisse videntur.

Sub *Klango*, *Thorlaco Thorballi*, & *Brando Semundi* religio quidem fabulis, superstitione & fictis miraculis, aliisque ecclesiæ Romanæ placitis, multum inquinari cœpit, sed nemini horum officii negligentia, & multo minus impietatis obijci potest. Nec *Gudmundus Arii* incuriæ aut impietatis, sed intempestivi rigoris, prodigalitatibus & insipientiæ accusari potest. Inimicorum enim violentiæ & odio, quam ipsius licentiæ, aut negligentiæ, tot ejus evagationes & ab ecclesia, cui præesse debuit, absentiæ, magis tribuendæ sunt. Reliqui autem, *Paulus*, *Magnus* & *Brandus Jonæ*, ut boni Episcopi, licet a suis nævis non essent liberi, utilem navarunt ecclesiæ operam. Sed sub finem hujus Periodi Norvegiæ Rex *Hacon Haconides*, politicis inductus rationibus, nullo tamen juris præsidio, (nam Islandi nondum ejus potestati erant subjecti) Episcopus ipsis imponendi potestatem sibi vindicare cœpit; quales fuerunt *Bostolphus*, *Henricus* & *Sigurdus*, qui, peregrini & Regis beneficio officium habentes, vitricos potius, quam patres ecclesiæ egisse videntur, magnam enim, immo maximam quidem temporis partem, extra suam diœcesin, in Regis aula versati sunt. Si quando autem hec adfuerunt, Regis negotia curate, administrandisque re ditibus & propriis commodis, quam verbi prædicationi, animarum curæ, aut officii partibus, incumbere maluerunt; quo statum reipublicæ penitus everterunt, res vero ecclesiasticas immane quantum labefecerunt.

§. 4.

Hi primo, ut *Bremensium*, deinde *Lundensium*, tandemque *Nidarosensium* Archiepiscoporum suffraganei (a), ecclesiam absoluto fere dominio,

(a) Sub Archiepiscoporum *Bremensium* tutela & inspectione fuerunt usque ad annum 1104 tunc

minio non sine magnatum consilio. quorum multi sacris initiati fuerant, non minus pie quam prudenter gubernarunt (a). Sed introductum circa annum 1123. *Jus Ecclesiasticum*, certas illis regulas præscripsit, quarum potiores sunt sequentes: Episcopus Schalholtinus, ex tribus suæ curæ concreditis, quorannis unam quartam; Holensis autem suam, quæ una tantum est, quovis anno visitanto, & quæcumque tunc præciam adeunto, tantisper in eadem commoraturi, ut unicuique eos adire liceat: Simul etiam templa, tam majora, quam minora consecranto; infantes confirmando, reos absolvunto; Quis infantum, de quibus ambigebatur, verus pater haberi debeat, discernunto; De consanguinitate, incestu, & talibus transigunto; Sacerdotum vitæ & doctrinæ censores agunto; qui, si Episcopo obedire recusent, ipse eos coram duodecim sacri ordinis iudicibus, ab ipso delegatis, in templo Thingvallensi accusato, ipsæque ac una cum eo, duo sacerdotes testimonium ferunto: convicti Episcopo quatuor marcas pendunto. In præmium laborum, subditi, præter liberum in visitationibus comæatum, & quartam decimarum partem; pro quavis majoris notæ templi duodecim. pro minorum vero & sacellorum inauguratione, sex uncias sôivere debant. Sed labente tempore, ut suam jurisdictionem dila-

tunc enim, ut statuit PONTOPPIDAN, in *Ann. Eccl. Dan.* Lundensis Archiepiscopus institutus est. *HOLBERG, Hist. Dan.* Tom. I. habet 1103. sed *EN. EWALD* 1105. Deinde paraverunt Lundensi, usque ad annum 1152. Existare quidem dicitur Bulla Innocentii 2. data 1133. qua gentes boreales, inter quas etiam Islandi nominantur, prohibet, ne Archiepiscopo Lundensi obsequium præstent, sed Hamburgensi adherant, jubet; quæ aut in Islandiam nunquam venit, aut nullus ab Islandis æstimata fuit; Lundensi enim Archiepiscopatu, usque dum Nidarosiensis erat institutus, constanti adhererunt, qui ab Evgenio 3. anno 1152. per Nicolaum Cardinalem Albanensem fundatus fuit.

- (a) De Islandis inter alia scribit *ADAMUS BREMENSIS*: *Episcopum suum habent pro Rege, ad cuius nomen respicit omnis populus, quicquid ex Deo, ex scripturis, ex consuetudine aliarum gentium, constituit, pro lege habent.* Quod de primis Episcopis, præsertim vero Gissuro & Jona Ôgmundi, verum est, qui licet jure in populum nullam haberent imperium, nulli tamen unquam Regum subditi majorem præstiterunt obedientiam, quam Gissuro Islandi; quod sine omni hypocrisis, verbis sat emphaticis, confitentur scriptor: corvus *ARIUS POLYHISTOR* in *Sebed.*, Auctor *Sturlunga*, & alii; sed cum tempore, ut crevit Episcoporum fastus, avaritia & negligentia, ita etiam decrevit subditorum erga illos amor, obedientia & veneratio, quod ex Episcoporum historia personali patebit.

○

dilatarent, ita nec his contenti, multas, quæ ipsis cederent ob incestus, adulteria, fornicationes, temporum pollutiones, decimas non recte solutas, & ejusmodi alia imponendo, proventus suos adaugebant. Si vero episcopus officium facere neglexerit, debitam decimarum partem ei detinere lex permisit. Minime autem peregrinis episcopis, qui latine nesciebant, aut infantes confirmare, aut templa consecrare, licuit; sed talia ab ipsis facta pro infectis habenda erant (a).

§. 5.

Causæ ecclesiasticæ primo ad normam juris Canonici Olai Crassi, per Grimkelum conscripti (b), a seculari magistratu judicabantur, ea semper adhibita cautela (postquam in leges relata fuit), quod lex humana seu civilis, juri divino seu ecclesiastico, cedere deberet. Sed anno 1123, aliud, instinctu Atzeri Archiepiscopi Lundensis, in popularium gratiam, per Sæmundum Sigfussonium, ex legibus Canonicis, Grimkeliana & Lundensi (c), ut & antiquis nostratium constitutionibus compilatum, evulgarunt

(a) Conf. *Juris Eccl.* cap. 9. & 10.

(b) Quod *Jus Ecclesiasticum Grimkelianum* Islandi receperint aut ad ejus tenorem suas leges ecclesiasticas formaverint, haud obscure innuit *Vita Olai Crassi*, cap. 43. " Kristin-rett fundi hann ad ráði Grínkels lískups og annara kennaímanna, og lagði þar " á alla fund ad taka af heidni, og þat er hönum þókti kristnifpell at vera. " 3: *Ille jus ecclesiasticum e consilio Grínkelis Episcopi & aliorum clericorum sancivit, & omni studio ad ethnicum, & quicquid religioni christiana nocivum pararet, abrogandum allaboravit.* Cap. 46. " Hann sendi ord og jarðteiknir Hialta Skeggja " syni, at koma á sinn fund, og svo sendi hann ord Skapta Laugsaugmanni, og " öðrum þeim er mest reðu fyre laugum á Islandi, at þar skyldi taka úr laugum " þá hluti, sem hönum þótti mest í móti kristindómi. " 3: *Hialtio Skeggji filio, ut se conveniret, nuncium & certa iudicia misit, similiter & Skaptio Nomophylaci, & viris qui circa leges in Islandia maxima pollebant auctoritate, nuncium misit, ut articulos legum, qui religioni christiana contrarii ei videbantur, abrogarent.* Sed de executione hujus moniti legitur cap. 109. " Þat var eftir þat er Íslendingar höfðu " fært laug sín, og sett kristinrett, eftir því sem ord hafði tilsendt Olafur Kóngr. " 3: *Factum est hoc postquam Islandi suum jus reformaverant, & jus ecclesiasticum sanciverant, secundum nuncium illis ab Olavo Rege missum.* Sc. ante annum 1024. cujus acta hic refert. Conf. supra Period. I. cap. 10. §. 1. pag. 79.

(c) Id. ut nobis de *Jure Grimkeliano* persuadeamus, ipsa postulat ratio, sed verisimilitudinem,

runt Episcopi Thorlakus Runulfi, & Ketillus Thorsteini, eodemque anno, cum consensu Nomophylaci aliorumque Magnatum, in leges referri curarunt; quarum vim diu deinde retinuit, quod & Episcopo sacrarum tantum personarum ac rerum in potestatem iniecit, sed nullam prorsus jurisdictionem concedit, ne quidem in immorigeros clericos (a), quos tan-

O 2

tum

diem, quod *Lundense* etiam, quantum Islandiæ usibus infervere potuit, secuti sint legislatores, faciunt ipsorum verba, fatentium se insensu & autoritate Atzeri Archiepiscopi hanc legem composuisse. Quod vero antiquas nostratum consuetudines non penitus neglexerint, inde patet, quod Gissuri Episcopi *Constitutionem de decimis* verbatenus exciperent, & quod de forma processuum habent, ex Codice legum, dicto *Grágás*, desumptum est.

- (3) Nullam prorsus Episcopi absolutam jurisdictionem antiquitus jure concessam fuisse, probat, non tantum ea de re in *Jure Ecclesiastico* altum silentium, sed etiam ex eodem §. 4. supra adductum exemplum de immorigeris clericis. Idem præterea ex modo procedendi in causis conjugalibus patet, quas, ut nemo negabit, ad inspectionem Episcopi pertinuisse, ita difficulter probabitur, easdem Episcopi jurisdictioni seu absolute sententiæ decisivæ subiectas fuisse, sic enim verba *Juris Ecclesiastici* sonant: cap. 9. " Biskupi er rett at hídja lögretumenn at ráða fyrir lekt þeirra " manna, er hitt háfa í frændsems spell, edr húa spell, þá er þeir eru láttr, er " tveimmegin standa at þeim málium, enn lögretumenn eiga svör. " 3: *Episcopus pedaneorum sententiam legitime postulabit, ut sanam incestus ex consanguinitate & affinitate reis d. elent, tunc utraq; pars sententia stabit, sed pedaneus illam ferens.* Ubi audimus Episcopo iungi, ut subjiciat causam de incestu pedaneorum iudicio in foro generali, quibus nullam determinare & sententiam decisivam dicere competit; Quod etiam legitimus aliquatenus ad romanum juris factum esse a Thorlaco Thorhalli, qui conjugium Thordi Söirbajensis incestuosum esse coram pedaneis in foro generali multorum clericorum jurejurando probari curavit; cumque illi sententiam dixissent, ipse conjugium, ut illicitum, dissolvendum esse dixit, & liberos ex eo genitos spurios esse pronuntiavit. Conf. *Svarlungam* Lib. 3. cap. 3. & *Vit. Thorlaci*. " Fyrir þessa meinbugi fyrirhaud Þorlákr biskup Þórði og Snialaungu " hönabands samviltir, enn þau untufl miög og gáfu lítinn gaur ad því, þar til " Biskup forboðadi þau, og um sumarid geck hann med mikla sveit klerka sinna " til lögbergis á Alþingi, og let vinna eida, at fá ráðahagr væri á móti Guðu " lögun, og sagdi öll þau börn, sem þau áttu þar eftir lín í millum, vera bæði " laungeti og meingetin. " 3: *Ob hanc consanguinitatem, Episcopus Thorlacus Thordo & Snialanga conjugii continuationem prohibuit, cum autem se invicem deamarent, parum illud curarunt, usque quo (episcopus) illos excommunicaret, & astate illa, parum magno clericorum comitatu, locum judicij in foro generali adiret, & juramentis præstitis (vinceret) tale conjugium legitimum adversari, & omnes liberos postea ab illis procreandos, spurios & incestuosos, declararet.* Docētissimum itaque ARNGR-
MO

tum in jus vocare, & duodecim clericorum collegio iudicandos sistere, ei concessum fuit. Cum vero lex hæc valde esset succincta, & cum tempore

MO d: episcoporum jurisdictione *Crymog.* pag. 10. ita loquuti, non possum penitus assentiri: *Ad Episcopos autem spectabat legum canonicarum constitutio, de conjugii, baptismi, functionu ritu ecclesiastico, voto, decimis, elemosynis & donationibus in usus sacros, de temporum & cœmeteriorum profanatione, sabbathi violatione & aliis, quæ quidem ex Ecclesia Romana & aliarum, hanc secularum, canonibus magna ex parte junta sunt. Nihil novi in illis describendis attulero; Id tamen non sacendum sum ratus, tantam fuisse veterum erga ministerium reverentiam, ut Jus Civile & Seculare, ut vocant, Juri Divino seu Ecclesiastico (sic enim Jus canonicum indigitabant) cedere voluerint, non semel aut iterum, sed ubique, prout in conciliis anni 1050 apud nos sancitum esse alibi quoque retulimus: Quæ reverentia ministerii si hodie æque vigeret, minus, profecto, contentionum & simulatarum haberemus; at vicissim expressorem ecclesiæ notam, quæ in illa reverentia etiam elucere debet: Ex illa vero quam dixi jurisdictione ecclesiastica evidens est, Episcopos, penes quos illa fuit, etiam sua habuisse Consistoria & foras ecclesiasticas, alios quidem in ipsa cathedra, alios alibi —* Hactenus ille. Quæ licet tam pie quam sapienter dicta esse non negem, tamen (quod bona venia doctissimi viri dixerit) 1) An solis Episcopis cum Clero, excluso penitus magistratu Politico, leges canonicas constituere competierit, dubitari potest. Sane Gissurus Episcopus, cum legem de decimis introducere vellet, rem cum Marco Skeggonis, tum temporis Nomophylaxe, aliisque laicis, communicavit, eorumque opera & consensu in legis promulgatione usus est. *Hångurvaka in Gissuri Vita: "Þeir báru það ráð til semans, og sóktu að ráði háfðingja"* 2) *Hæc de re deliberarunt, & magnates consulerunt.* Nec dubitandum puto, quod Thorlacus & Ketillus simile quid fecerint, antequam *Jus Ecclesiasticum* in leges relatum fuit. 2) Minus profecto contentionum & simulatarum in antiqua nostra ecclesiæ existisset, si Episcopi debita reverentia & concessa jurisdictione contenti, nominatam constitutionem seu Plebiscitum nec ad *semper* & *ubique* extendissent, nec se tot, tamque a suo officio remotis negotiis, ingessissent; parum curantes aureum illud *Syracidis* monitum cap. 3. *Quæ tibi præcepta sunt, illa cogita semper & in pluribus, ne sis curiosus: plura enim tibi mandata sunt, quam perficere posses.* 3) Si ad hæc tempora restringenda sunt (ut omnino esse videntur) quæ de Episcoporum Consistoriis & foris ecclesiasticis, alias alibi in ipsa cathedra, alias alibi, habitis, scribit, magnum nobis fecisset oblectamentum doctissimus vir, si eadem luculentius descripisset, nam nobis de talibus Consistoriis & foris ecclesiasticis, a politicis & civilibus segregatis, ut & de Episcoporum jurisdictione & procedendi modo nihil innotuit, nisi quod de judiciis, ad ulciscendos immorigeros clericos instituendis, attulimus, quæ hoc tempore exercita fuisse non legimus, sed contra. Minis enim & excommunicationibus Thorlacus Thorhalli cum Hugone Bajensi sacerdote, & Jona Lopti, Diacono, aliisque egit; similiter alii cum aliis, quod longum esset enumerare. Consistoriorum vero & synodorum hoc tempore habitorum, ne vestigium quidem invenimus; nam con-

ventus

fore multo plures casus & causæ obvenirent, quam ex ejus præscripto judicari possent, ad jus Romanum & aliarum gentium consuetudines sæpius fuit confugiendum; quæ cum hujus ævi magistratui politico, ut plurimum illiterato, essent thesaurus clausus & inaccessus, Episcoporum & Cleri, quorum plurimi erant viri primarii, literis imbuti, & publici amantes, clavesque sapientiæ ferre putabantur, auxilium erat implorandum; quod etiam, quamdiu eorum mens ab avaritia & arrogantia non erat occæcata, sed patriæ commodum & ecclesiæ salutem præ oculis habebant, tam Ecclesiæ quam Reipublicæ felicissime cessit; Iplis autem inter populares tantum amorem & honorem conciliavit, ut vix quicquam majoris momenti, sine eorum consensu decerneretur (a), quod & seqvioris seculi imperiosis Episcopis, suam, legibus valde limitatam, jurisdictionem dilatandi, exoptatissimam præbuit occasionem: Omnes enim causas, de quibus priores Episcopi, ut consiliarii, dixerant sententiam, sui solum absolute jurisdictioni subjectas esse voluerunt; & cum id obtinuerant, easdem, non ex legum præscripto, sed proprio beneplacito dijudicarunt. Præterea quidam clavium potestate valde inæqualiter utebantur, quod multoties inter ipsos & laicos gravissimarum disensionum causa exstitit (b). Præ-

O 3

posito-

ventus clericorum, quos Episcopi convocabant, aut aliquid in cæremoniis ecclesiasticis mutari, ut fecit Magnus Episcopus: " Bod þessi vóru sett af Herra Magn. " úli Biskupi, og í samþykkt tekin af lærdum mönnum á prestastefnu. " &: *Hæc statuta præcepta sunt a Domino Magno Episcopo, & approbata a clericis in synodo.* Aut diris aliquem devoturi, ut Sigurdus Episcopus; *Sturl. Lib. 7. cap. 8.* " Enn " er þeir kónnu heim, var biskup skryðdr og þrjátú klerkar med hönum, og quæðt " þegar skyldi bannsetja Þórd og hanns menn ef atgánga væri veit. " &: *Domum autem venientes, Episcopum solenni vestitu indutum & triginta sacerdotis cum illo, offendant, qui Thordum, ejusque comites, se excommunicaturum, minitabatur, si quam impugnationem tentaret.* Cui familia passim occurrunt, sed hic locum non habent.

- (a) Hoc respectu, sc. ut consiliariis & arbitrariis honorariis, quando libuit adesse, aut necessitas eorum presentiam postulavit, *Grágás* in *Lög R. þætti*, illis (sc. Episcopis, non autem integro collegio ecclesiastico) ledem assignat inter judices pedaneos in curia fori generalis, dicens: Þar eiga biskupar vorir rúm, " &: *ibi* (in consensu fori generalis) *est nostris episcopis locus.*
- (b) Veteres leges & consuetudines, ut immutare, ita etiam causas clericorum civili jurisdictioni subducere, primum tentavit Thorlacus Sanctus circa annum 1180. Vide *Sect.*

positorum vero, aut ullius, sacri ordinis, inferioris magistratus, hac tempestate, nulla occurrit mentio, perraro etiam, & fere dixerim, nunquam, Episcopos instituisse synodos, & adhibita legitima processuum forma, causas disceverisse, memoratur: Sed effatis, iisque rarius scriptis, sæpius vero ore prolatis, sententias & judicia promulgarunt, quæ plerumque, quasi ex tripode dicta, accipiebantur; si autem hoc modo rem conficere non potuerunt, minis & devotionibus procedebant: Appellationibus autem, nisi forte ad Archiepiscopale tribunal, idque in causis gravissimis, & ipsos Episcopos tangentibus, nullus locus fuit.

§. 6.

Sacerdotum seu Cleri conditio & circumstantiæ, tempore hujus Periodi, non semper in eodem fuerunt statu, nec semper simul omnium una conditio. Primitus haud pauci ex Procerum & ditissimorum civium numero sacris fuerunt initiati; Tanta enim post nuper introductam religionem christianam habebatur sacerdotii dignitas, ut Primates eadem ornari

Sect. 3. cap. 6. §. 13. Sed rem ex voto perficere nequens, ab incepto destitisse videtur. Deinde Gudmundus Hohenensis Episcopus, post annum 1200 eadem tentans, & ab inceptis desistere nolens, erat enim natura contumax & imperiosus, magna sibi mala attraxit; Id enim ut omnis ejus infortunii causam adfert *Sturlunga Lib. 4. cap. 1.*
 " Medur þvi upphafi óx deila med Kolbeini og Gudmundi Biskupi og venlla mönn-
 " um Kollbeins, at Asbiörn het Prestri lá er Kolbeinn hafdi fyrri síkum um fornt
 " semál. — Biskup þóttist eiga dóm á Prestinum og kalladi hann fríállann, enn
 " er þeir vilia dæma Prestinn, gengr Biskup at dómnum med staf og stólu, og
 " fyrirbaud at dæma, enn þeir dæmdu ei at sídur: Enn annars dags þar estir, fyrir-
 " baud Biskup Kolbeini og öllum þeim er í þeim dómi höfdu verit, eða þar höfðu
 " eida unnit, og vætti borit, alla guds þjóntu. Og estir þat tók Biskup Prestinn
 " til sín. " 3. *Illud erat principium simulatum inter Kolbeinum & Gudmundum*
Episcopum, atque necessarios Kolbeini, quod sacerdotem quendam, nomine Kolbeinum,
ob antiquam causam pecuniariam, in jus vocaverat, Episcopus sacerdotem sua juri-
isdictioni subesse contendit, eumque insontem esse dixitavit. Cum autem in eo essent,
ut sacerdotem judicarent, Episcopus cum stola & lituo judicium adiens, eos senten-
tiam ferre prohibuit, quod tamen nibilsecius fecerunt. Postried Episcopus Kolbeinum,
& omnes qui sententiam tulerant, juramentum præstiterant, vel testimonium perhibe-
rant, omnibus sacris interdixit; postea Episcopus sacerdotem ad se recepit. Conf.
ibidem cap. 2. de Skieringo quodam sacerdote lascivo & male morato, quem pari
modo Episcopus proterxit.

Arari magnopere ambirent. Sed cum præturas (*Göþord*) ideo deponere nolent, factum est, ut multi simul sacro officio & prætura fungerentur; ita tamen, ut perraro ipsi, sæpius vero per vicarios, sacra administrarent. Hi plerumque ad villas suas templa extruxerunt, illisque fundos aliasque opes ea conditione consecrarunt, ut eorundem ulumfructum, ipsi, ipsorumque hæredes, ut loci Pastores, caperent. Reliquis vero fundorum dominis, qui jure patronatus gaudebant, sed sacris non erant initiati, injunctum fuit, ut juvenem quendam templi aut propriis sumptibus educarent, atque ita erudirent, ut suo tempore, aut poscente necessitate, Episcopo sicuti, & sacris initiari, non indigni haberetur (a). Nec licuit, tali modo vocato, templum aut stationem, sine venia, deferere; Desertor enim instar fugitivi, reducendus, sed receptor exilio mulcendus fuit (b). Unde patet, jura patronatus & præsentationis primitus penes fundorum dominos fuisse: Similiter etiam, quod pauperiorum Pastorum condicio a fervili, in quibusdam, non multum abfuerit. Illis, qui certa & itata domicilia non habebant, aut in ædibus Patroni, aut alibi in parœcia hospitari liberum fuit; ubinam autem hyematuri forent, in publico conventu, dicto *Leidar-þing*, proclamare debebant. Certos hi reditus non habebant, præter id, quod illis ex templi bonis, salarii loco, pendebatur; quod non magni fuit momenti (c), usque dum anno 1096. decimarum quarta pars illis cessit, & circa annum 1123. pensiones pro mortuorum sepultura, quod haud contemnendum fuit augmentum. Clericis, supra a nobis

(a) " Þat er manni retri, at láta læra prest til kyrkio sinnar. Hann skal gjöra málðaga vid sveininn sílfann, ef hann er sextán vetra gamall. Enn ef hann er yngri, þá skal hann gjöra vid lögráðanda hans. Sá málðagi á at halldast alit er þeir gera med fer. — hann skal fá hönum kensta og fóstur " *v. Justum est cuius, sacerdotem templo suo, edoceri curare. Cum ipso adolescente, si sedecim annorum est, contrahat, si vero natu minor fuerit, cum tutore ipsius legitimo. Contraclus ille, quem communi consensu ineunt, servandus est. Illic illi alimentum & institutionem suppeditabit.*

(b) *Jus Eccles.* cap. 8.

(c) Huc sine dubio spectant *ADAM BREMENSIS* verba: *In simplicitate sancta vitam peragentes, nihil amplius querunt, quam quod natura concessit; læti dicere cum Apostolo possunt: Habentes victum & vestitum contenti sumus. Quæ equidem magna ex parte vera fuerunt, sed non diu duravit sancta illa simplicitas, paulatim enim perit, genuinisque Ecclesiæ Romanæ moribus aditus pandebatur, qui, vergente hæc Periode, sese plus nimio ostenderunt, & cum tempore ad in maturitatem pervenerunt.*

nobis memoratum *Jus Ecclesiasticum* talem præscribit normam: Episcopo in omnibus audientiam præstanto. Vestes sacras & libros, quibus uti solent, ipsi quotannis monstrant. Ad ipsius nutum officio funguntur & deponunt. Verticem radunt. Barbulam secant, & vestimenta componunt. Missam precesque matutinas & vespertinas, quovis festo & statis temporibus, celebrant. Interdium missas binas, non vero plures, noctu autem nullas, præter Vigiliis Nativitatis Domini, cantare licitum esto. Ordinarium gregarii Parochi annum salarium quatuor marchæ sunt: sed missas privatas, per integrum annum, non ultra sex marchas vendunt. Sub exilii pœna sacerdotibus quicquam, in privata confessione sibi commissum, detegere, nisi Episcopo ita videatur, interdictum esto (a). Plura hujus generis adferre necessum non duco, nam nihil novi in illis attulero.

S. 7.

Circa annum 1179. Episcopi Thorlacus Thorhalli, & Brandus Samundi, ex mandato Eysteini Archiepiscopi, jura patronatus a laicis ad clericos transferre, hisque cœlibatum injungere, adgressi sunt. Et paucis post annis Ericus Archiepiscopus literis ad Thorlacum Episcopum, ut videtur circa annum 1190. datis prohibuit, ne Prætores sacris initiarentur. Quæ etsi statim perfici non potuerint, paulatim tamen hæ eorum innovationes tertium sacerdotum genus, vita & doctrina plerumque nihil minus quam sacerdotale, produxerunt (b), qui nullum habentes certum, cui ministrarent, cœtum aut tributum, vitæ subsidiis destituti, huc & illuc vagabantur; modoque mercaturam exercendo, modo apud ditiores villicos operarii aut dispensatoris vices agendo, propriam vitam sustentabant (c). Quidam vero in familiis Procerum degentes, armaque

(a) *Jus Ecclæs.* cap. 2. 7. 11.

(b) Confer Archiepiscoporum, Eysteini & Erici, ad Islandos scriptas epistolas infra Scd. 2. cap. 3. §. 4. 6. inferendas, quæ graphice sui seculi mores depingunt. Exitare enim dicitur (Vid. PONTOPP. *Ann. Eccl.* Tom. I. ad annum 1198). Innocentii 3. ad Islandorum Episcopos, ejusdem argumenti Bulla, data 3. Cal. Aug. quam nobis conspiciere non licuit.

(c) " Enn um vetunn hafdi Ingimundr Prestfr farid kaupferd vestur til Englandr, of
" kon

ad eorum nutum tractantes, in defectu meliorum & poscente necessitate, sacris subinde operabantur (a). Unde evenit, ut sæpius in una diœcesi multo

" kom um haustid vestan til Biörgvinar med mikil gæði vins og hunángs, hveitis " og klæða. " *æ: Hyeme autem hibernicus Pastor mercaturæ ergo in Angliam occidentem versus traiecerat, sed autumno ab occidente Bergas reversus, magna vini, mellis, tritici & pannorum bona secum attulit. Sturlunga Lib. 3. cap. 6. & Lib. eod. cap. 14. " Þórgerdur vildi láta gjöra upp stofu sína. Helgi Prestfr systladi " um med henni, og dró at vödu og þat annat er hún þurfti. " *æ: Þórgerda tridinium suum exstrui voluit; Helgius Pastor necessaria una cum illa curavit, & materiem ac cetera, quorum ei opus erat, asportavit.**

- (*) *Sturlunga Lib. 2. cap. 11. ubi Adalricus, cum furti infimularetur, ordalio se purgaturus, securum capiti Skeggionis impexit: " Adalrici Prestfr tók fer vift med " Skeggia. Þat vard um sumarit til tíðinda at sex álmir lerepts hvörfu Arnóru, konu " Skeggia, enn Kálfr þórtist þat spurt hafa, at fylgiukona Adalriks, Vigdis mun- " di tekid hafa. Hún var skíllitil kona, og var þá vestur í sólfavöru í Saurbæ, " og ad herbergi frá faudahúsum í Hvítadal. Skeggi heimti Adalrik til máls, og " kvad so ad ordum: So er mál med vexti, at lerept nöckut er hoist og hefer hugr " minn þar hellsr grun á, at þid munut þvi vallda, og vilda eg þá segdir mer " í trúnadi og mun þá lett falla. Hann svaradi og kvædt ei atla slik ord Skeggia, " fyrri þat hann vann med hönum? Skeggi mælti: Vilid þid festa járnburd? Adal- " rikr letst þat gjarna villa, og fór það fram, og letst hann þó ei í viftinni villa " vera láta, þar til hann hefði hrundit málinu. Adalrikr let fer ei tíð at bera járn " ef hann skyldi láta viftina. — Menn bidu Bóvárs Barkarlonar, enn hann " kom eigi inn, enn Adalrikr var þar kominn inn og reikadi á gólfinu; enn er " hann kenr ad Skeggia, þá brá hann öxi undan skickiu sinni, og hóf í höfud hön- " um so öxin föek, og mælti vid: So kann eg járn at bera. " *æ: Adalricus sacerdos operam suam Skeggio condixit. Æstate accidit, quod Arnora uxor Skeggii sex ulnas linte amissas desideravit, Kalfus autem se compertum habere innuit, Vigdisjam Adalrici concubinam illud fuisse. Hæc muliercula, sume non integerrima, alga faccarifera in Saurbe colligenda tunc temporis operam dedit, & in ovili, quod ad prædium Hvítadal pertinet, diversorium sibi elegerat. Skeggius Adalricum colloquium postulans, ita alloquitur: Ita res est comparata: luteum mihi ablatum est, quod tuæ, vel concubina, opera factum esse suspicor; jam ut mihi illud, tanquam amico profiteraris, rogo, ita exitum bubæbis res optabilem. Ille autem respondit: se talia Skeggii verba vel non inde orta suspicari, quod ei labores suos collocaverit? Skeggius respondit: an ordalii fidem interponere vultis? Adalricus se hoc lubenter facturum offeruit, quod & spondit, Skeggius autem operam ejus se habere velle afferuit, usque quo se (ordalio) liberavit. Adalricus, si opera eod. &a pricaverit, non tempus ad ordalium subeundum vocare, innuit. — Bólvar Biarkii filius expectabatur, ille au-**

multo plures Pastores quam parœciæ invenirentur (x). Qualis autem maximæ clericorum partis vita & doctrina, & quid de promiscuæ multitudinis moribus etqve informatione, sedente unoquoque Episcoporum, statuendum sit, ex ipsorum historia personali facile videri potest. Nam

Regis ad exemplum totus componitur orbis.

Qvæ

rem mandam intravit. Adaltricus intraverat & in pavimento spatibatur, ad Sker-
gium autem perveniens, securim, quam sub toga portabat, vibrans, capiti ejus, ita,
ut securis immergeretur, infixit, dicens: ita fornum portare (ordalium subire) quos.
Similiter & Sturlunga a libr. 2. cap. 16. de Hugone quodam sacerdote loquitur qui
navem violenter rapuit, possessorem vero securi averla graviter vulneravit. Sturlunga
Lib. 9. cap. 8. ubi Pastor, loco absolutionis & sacra lynaxeos, quam moribundus
petiit, petitum abnuens, licitorisqve officio fungens, ipsum occidit: " Gissur var
" útú og allr flokkurinn, nema tíu menn gengu inn, Þórlleifur Reime og Jóhann
" Prestfr. Kolbeinn Grön var þar fyrir, og háði sed flokkinn, sem von var, og
" vildi hann ei í kyrkiuna, og var hann þá kominn í stofu, og stóð undir tialldi.
" Jóhann Prestfr stá, at grætt kyrtilslaf stóð undan tialdinu, var hann þá tekinn og
" útleiddr. Kolbeinn beiddist prests fundar, enn þeir gáfu ei gætt ad því, þótti
" þeim þar fangs von ad stekum úlfi er hann var, ef nockud undambragð yrði.
" Og er Gissur lá Kolbein, brá hann sverdinu Brynubít og þókti ei so snöggt á
" hönum unnit, sem hann vildi, og spurdi því þeir væri nú so handlatir? Þá
" hió Jóhann Prestfr til Kolbeins í höfud, og var það mikill úverki, enn Kolbeinn
" fell ei. Þa hió Jóhann Prestfr annad högg í höfud hönum, og geck það sür
" ofani einud, og fell hann á knen bædi upp vid vegginn norður frá brandadýrum,
" og þar vögu þeir hann. " 3: Gissurus una cum agmine foris erat consiliurus,
præter decem viros qui intravere, Thorleifum Reimur & Johannem Pastorem. Kol-
beinus illi consiliurus, agmen videbat, quod non mirum, nec tamen templum intrare
voluit, sed in triclinio sub tapeete stetit. Johannes Pastor viridem toga laciniam in-
fra tapeetem animadvertit, quare (Kolbeinus) captus & foras eductus fuit. Kolbein-
us Pastoris officium expectavit, illi autem id suscipere deque habere, timebant enim,
si dilatio intercederet, ne catulo leonis ungues crescerent. Ubi autem Gissurus Kol-
beinum animadvertit, gladium Brynubitum firmiter, nec illam, tunc celeriter ac vo-
lunt, occidit, impatienter quæsit, cur nunc manu tam segnis? Tunc Johannes Pastor
Kolbeino caput cædebat, quod magnum erat vulnus, nec tamen Kolbeinus cecidit.
Tunc Johannes iterum caput ei cædebat, quod vulnus usque in frontem pertingebat,
tunc (Kolbeinus) in utrumque genu prolapsus, apud parietem a sistentione forium pos-
sibus ornatarum ab illis trucidatur.

- (a) Vid. Sect. 3. cap. 7. §. 5. Existit illi multos egregios viros, qui officio digne funge-
bantur & " Cýrlegir kenniminn " 3: præiosi sacerdotes, vocabantur, historie
passim docent. Quales fuerunt: Gunnolfus Langadalensis, Paulus Reikholtenensis, Gad-
mundus Brandi, Ingemundus Einarí & sexcenti alii, quos hic plurius nominatim
recensere supervacuum est.

Quæ tamen non ita accipienda sunt, ac si nulla prorsus pietatis signa, vel pellinis etiam & inquietissimis temporibus, sese exluerint.

§. 8.

Templa hoc tempore permulta de novo exstructa, & antiqua magnis divitiis ornata fuerunt. Multi enim Magnatum ad villam suam templum aut facellum decenter ornatum habere gestientes, eidem aut totum fundum, aut ejus partem aliquam, præterea etiam alia prædia, sylvas, oras maritimas, ut & pecora ac utensilia, in perpetuum pecuniam, libera ac spontanea voluntate, legarunt: ea tamen conditione, ut ipsi, ipforumque posteris aut pastoris officio ibidem fungerentur, aut pastorem templi suisve facultatibus sustentarent (a). Sed templum, ejusque bona facta tecta conservarent & perpetuo patronatus jure gaudentes, omnium bonorum usum fructum acciperent. Sed procedente tempore Episcopi sibi in talia imperium arrogarunt, ita ut ad eorum nutum templa, & ædificanda, & ditanda essent: tandemque Laicos eorundem jure patronatus penitus privare adgressi sunt. Stati autem seu ordinarii templorum reditus fuerunt quarta decimarum pars, quæ ex omnibus intra parœciæ terminis sitis, tam mobilibus quam immobilibus bonis solvendæ erant (b). Pretium præterea sepulturæ in cœmeterio (c); Et tandem pensivacula

P 2

pro

- (a) Hocce debitum pastorem loci sustentandi, vocarunt *Prestiskylld*. Unde in antiquis templorum tabulis sæpe occurrit *Prestiskylld i heimalandi*, quæ quid fuerit & quanti constiterit, optime docet Olaus Hialti nuus, Episcopus Holensis, in contractu, cum Vigfuto, Proprietario Aulensi, inito anno 1553. quem infra suo loco adferam.
- (b) *Jus Eccles.* cap. 32. "Sva skulo menn gjalda tíund af öllum bæum, sem biskop skiptir til kyrkna, hveitir sem á höfstöðum báa." : *Ita de omnibus domiciliis decima solvuntur, ut episcopus templis dispersitur, qualiscunque vicaria fuerit.*
- (c) "Lag skalo þill vera jandyr, hvert sem eru þær edur firr. I kyrkiugardi skal kaupna lag undir menn töif álmum, vena barn se tanulaust, þar skal kaupna hálfa odyra. Prestir skal hafa sex álnir fyrri líksaug. Sá skal gjalda legkaup og líksaugskaup er lík farir til kyrkiu. hann skal þar gjalda á kyrkiubæ þeim er lík var grafid, hinn fimti dag viku þá er síðar vikur eru af sumri. þá í túni fyrri karlsyrum." : *Locus sepulturæ omnia, sive prope (templum) sive procul fuerint, equali pretio redimuntur. In Cœmeterio locus sepulturæ hominis dead, cum alius redimatur, nisi sit infans edentulus, tum ex dimidia parte minori pretio redimitor.* Pa-
tori

pro cereis sive candelis, quam quivis quotannis solvere tenebatur; quorum omnium supremum Inspectorem egit Episcopus (a).

§. 9.

Vite monastica hæc ætas summum habuit honorem, eamque, ut firmissimam ecclesiæ columnam, respiciebat: Unde quo quis pietati magis deditus, eo in monasteria liberalior existit (b), quæ eodem, quo sequuntur ordine, hac tempestate fundata fuerunt:

1) *Thingörensē*, Benedictini ordinis monasterium, in diocesi Holana, a loci episcopo, Jona Augmundino, circa annum 1120. quod tamen ad perfectionem non venit, priusquam 1133.

2) *Munkahveránsē*, ordinis Benedictini, in eadem diocesi, fundavit Biórno Episcopus, Anno 1155.

3) *Hyttdalensē*, a Klango Episcopo, anno 1165. consecratum fuit.

4) *Thykvabajensē* idem Klangus sub Augustini Regula fundavit Anno 1168.

5) *Flatey-*

stori pro officio sepulture sex ulna competunt. Ille mortalia templo & pastori selvet, qui funus ad templum vehit. Ille hec in prædio, in quo est templum, ad quod funus sepelitur, solvere tenetur, die Jovis quo quatuor hebdomades astatis præterire, & hoc quidem in campo ædibus proximo, e regione forium primariarum.

(a) Quod hic de tributo in cereis templi adseruimus, probabilitate immititur. Nam certum est, eos hoc tempore adhibitos fuisse, licet *Jus Ecclesiast.* nihil de illis expresse determinet. Sed reliqua ex cap. 4. probari posse videntur: " Og skal þar kyrkiu " gjöra er Biskup vill, og so mikla sem hann vill. — Þángad skal leggja lög " tinnu sína hálla til þeirrar kyrkiu er Biskup kvedur at. " : *Ibi templum exstruendum est, ubi libitum fuerit episcopo, & tantum ac ei placuerit. — cuiuscunque templo episcopus iusserit, dimidia pars decimarum legitimarum expenditur.* Conf. & infra Sect. 3. cap. 6. §. 6.

(b) *Svarlæga* Lib. 3. cap. 1. " Hann (s: Biörn Biskup) gaf eitt hundrad handrads til " Munkahverár, og lýndi tvent í því, ad hann þóttit ofveitull verid hafa af stad- " ar fannum; ein trúði það meita styrking christinnar, at styrkia múnka- " lífin. " s: *Ille (Biórno Episcopus) centum & viginti handradas (æcnobio) Munkahveráensi donavit, qua re duo monstravit, & quod cathedra bona nimis larce expendere, & quod vite monastica promotionem christianismi summam corroboracionem esse duceret.*

5) *Flateyense* Sancto Augustino idem episcopus Anno 1172. dedicavit, quod Klangi successor, Thorlacus Thorhalli, anno 1184. Helgafellum transtulit.

6) Moniale cœnobium, ad villam *Kyrkiubai*, constituit Thorlacus Thorhalli, Anno 1186. (a)

7) *Vidœense*, Anno 1224. consecravit Sancto Augustino Magnus Gifsur filius.

In Vestmannæyis monasterium extruere constituit Magnus Einaris filius, Episcopus Skalholtensis; sed morte præventus animo destinata perficere non potuit.

Kelldis, in toparchia Rangarvallensi, monasterium & templum extruxit Jonas Loppi. Sed ejus cum Thorlaco Episcopo dissensiones obstituerunt, quo minus consecratum fuerit (b).

§. 10.

Ne quid ad externum ecclesiæ statum bene instituendum deesser, *pauperibus* etiam, prout regionis status & incolarum paupertas permiscere, non minus largiter quam prudenter prospectum fuit, quorum cura cujuscun-

P 3

qve

(a) De utriusque sexus anachoretis Per. L. cap. 3. egimus, quæ hic repetere superfluum videtur.

(b) Quod de monasterio St. Thomæ in Engrovelandia, a monachis, Prædicatorum Ordinis, ex Islandia illic transvectis inhabitato, *PONTANUS* in *Descripr. Dan.* pag. 758, ex fratrum Zenonum, Nobilium Venetorum, scriptis adducit, quam transportationem *Perillustr.* *PONTOPIID.* refert ad annum 1225. & per Engrovelandiam intelligit Grœnlandiam, nos pro puro puto figmento accipimus: Nam licet non negemus, duo in Grœnlandia fuisse monasteria, eaque, præ regionis paupertate & frigore, vilitate & inopia, nec quod nunc unus, nunc alter (sed perarato), ex Islandia illic transferit monachus, tamen quod tale ibi existerit monasterium, cujus situm, structuram & omnigenas amœnitates, ut campos Elysijs, Zenonum relatio describit, & quod idem ab Islandia monachis frequentatum fuerit, nunquam firmiter probari posse credimus, quam quod idem Author refert de septem Islandorum insulis, quarum nomina: *Talas, Broas, Isant, Trans, Mimant, Bamberca & Bessis*, in qua *ANTONIUS ZENO* dicit se hyemasse, & propugnaculum extraxisse; Tales enim insulæ nunquam existerunt. Merito itaque hæc omnia, ut & plurima alia, quæ fabulosum scriptum continet, pro mera chimæra habenda sunt. (Quod pace summorum virorum, qui ista pro verisimilibus habuerunt, dictum esse volo).

que tribus quinqveiris seu Reppagogis incumbemat (a), ut hi primo, quantum quidem in humano consilio situm est, curarent, ne quis ad extremam paupertatem redigeretur: Deinde ut factis jam mendicis prospiceretur (b). Hos certo & lege definito facultatum pretio pollentes in familiam recipere, eosque alere, tenebantur. Sed deficientibus cognatis, tribuum seu Repporum subsidii, id est quarta decimarum parte (c) & cibariis, quæ quivis colonus illis attribuere debuit, erant sustentandi; Nam quotannis trium dierum, quorum jejunium strictissime observandum fuit, totius familiæ comæatus pauperum sustentationi cedere debuit (d).

Quinta

- (a) *Jus Eccles.* cap. 29. " Fimm menn skal tiltaka í hrepp lueitum, at skísta tíundum " og matgjöfum og síð eida at mönnum, þá er best þykja tilfallnir, hvert þeir eru " bæncur eða gridmenn, og skulu þeir líkja menn of laga afbrýgd. " : *In singulis tribubus ad decimas & cibos donatis dispersiendos, ac juramenta observanda, quinque viri, qui dignissimi videntur, sive coloni sint, sive operarii, eligendi sunt, illi etiam legis violatæ actores erunt.*
- (b) *Grágás.* Omagab. cap. 3. " Ef ómagar verða þrottráða fyrri fardaga, þá skal þeim " skísta þegar, er þeir verða þrottráða. Rett er at skísta ómögum at fardögum, ef " þess er von at þá þrióti þau misseri, og se med ef er. Þeim skal tilbióða öllum " er hlut eigo í ómögum á varþingi, ef þeir ero sanheraðs, at koma til er síu " vikor ero at sumri. " : *Si autem tempus mutandi domicilii alimentum pupillorum defecerit, tum statim ac defecerit, illis mansio assignetur. Justum est, pupillis ipso demigrationis tempore mansionem assignare, si ea tempestate alimentum defecerit præsumatur, tunc bona si adsint dispendienda quoque sunt. Qui in communione pupillum sustentare teneatur, in foro vernali, si in eodem commoretur territorio, invitandi sunt, ut compareant, ubi septem hebdomades ætatis præterierunt.*
- (c) *Jus Eccles.* cap. 30. " Hrepps menn þeir er til ero teknir skulo skísta hvers manns " tíund í síra stadi, nema eyris tíund se edur minni. Þá er rett ad hún hverfi " í einn stad. Fíórdung einn tíundar skal gefa þursamönnnum innan hrepps, og " skísta þeim meiru er meiri er þátt. " : *Incole tribus electi, omnes decimas in quatuor partes dividant, nisi ora tantum sit vel minoris pretii, tunc jusse uni tantum assignatur. Una quarta decimarum cæcis intra tribum cedat, & major portio is assignetur, qui magis indigent.*
- (d) *Jus Eccles.* cap. 15. " Skal bóndi gefa náttverd húona sinna þeirra er til lögfistu ero " skylld innan hrepps mönnum þeim er æi gegna þingsararkaupi, og ymbanáta " verd tveggja. Hver bóndi er skylldr at gefa þriggja nátti verd húona sinna og " gefa ei síka náttverd og skulu hrepps menn skísta matgjöfum þeim á samkvæmi " á haust. med innan hrepps mönnum. " : *Colonus suorum domesticorum, cum ex præscripto*

Quinta etiam avium, piscium & balænarum pars, qui forte festis diebus capti fuerunt (a); Quinta præterea pars morticinii (b), & minores mulctæ ob festorum violationes egenis dandæ erant (c), quandoque etiam ex testamentis, elemosynis, tam spontaneis quam votivis, ut & prævaricationibus

prescripto legis jejnant, & jejunare debent, causam contribulibus, qui a contribulione in iter ad forum generale immunes sunt, erogato, similiter & duas quatuor temporum causas. Quibus colonus suorum domesticorum causas tres dare tenetur, nec tamen causam piscium, quem cibum donatum quinque viri in conventu autumnali contribulibus dispartiantur.

- (c) *Jus Eccles. cap. 16.* " Ef landgánger verdr af fiskum og skulo menn taka þí. Þá " er landgánger at fiskum ef menn högga höggjárnum edur taka með höndum, og " hafa ei net vid ne aungla. Fugla eiga menn at veida fiadurflá, ef höndum iná " taka. Gefa skal af hinn fimta lut af allri þeirri veidi. — Gefa skal af hvólum " illum ef fluttur ero edur skornir, hinn fimta lut alla löghelga daga. " 3: *Si " piscis in aridum excurant capiendi sunt. Tunc autem pisces in aridum exscendere dicuntur, si seruo cedi, vel manibus capi possunt, nec tamen hanni vel retia adhibentur. Aves pluma decidiva laborantes, si manibus capiuntur, capere licet. Ex omni hac captura quinta pars eroganda est — us & balænarum quæ festis diebus secantur vel veniuntur, pars quinta.*
- (b) *Jus Eccles. cap. 24.* " Kvikké eigu menn at nýta þat er hálsfir láta af. Þó er rett at " nýta at ei láti madr af, ef madr veit hvad verdr, hvert sem fer í vörnum edur í " skridum eda í hridum, eda hvatke er því verdr þess er madr veit, og skal þat se " nýta nema suidda verdi, og gefa af hinn fimta lut af öllu se, nema menu læfi. " hafa gefit á siu náttum hinum nærstu þadan frá er seit för. Þat skal gefa innan " repps mönnum þeim er ei eigu þingstar kaupi at gegna. " 3: *Pecora quæ quis ipse maculat, in usum sunt referenda, licitum quoque est in usus suos referre, si quis noverit, quo modo vitam amiserint, sive in aqua, vel ruma terra, vel tempestate mortua fuerint, sive quocumque modo vitam amiserint, quem quis noverit, in usus referantur, nisi suffocatum fuerit, sed omnium (talium) pecorum quinta pars detur, nisi homo vitam iis ademerit; donare (hanc partem) tenetur intra septem noctes, a qua pecus mortuum est illud contribulibus, qui a tributo in iter ad forum generale liberi sunt, erogandum est.*
- (c) *Jus Eccles. cap. 12.* " Hvert madr þeirra er þat er, skal gefid hafa á siu náttum hin- " um nærstum þadan frá er þeir hrudu skeip, alin vadináls edur ullarreyfi, þad er " sex gefi hestum, edur lambgerum, og gefi þeim mömum er svo látid se eigt at ei " gjalda þingstar kaup. " 3: *Omnes ibi constituti intra septem noctes proximas, a quo navem evacuabant, unam panni, sive vellus, quorum sex spire filorum argalia sunt, sive pellem agni, egenis, qui nullum tributum in iter ad forum generale pendere tenentur, expendunt.*

tionibus non parum emolumentum illis accessit. Horum sepulturæ curam gerere debuit paterfamilias, apud quem animam efflaverant (a).

§. II.

Inter utilissima & summe necessaria hujus temporis instituta, ad templorum, cleri & pauperum sustentationem facientia, merito numeranda venit, Gissuri Episcopi autoritate, sed Sæmundi Sigfússonii consilio & ministerio, adscriptulante Marco Skeggonis, tum temporis Nomo-phylace, Anno 1096. concinnata, & Magnatum consensu in leges relata, sed anno 1123. Juri Ecclesiastico inserta, *Constitutio de decimarum solutione*, (b) quæ omnes, cujuscunque generis & nominis sunt, qui, præter quo-

- (a) *Jus Eccles.* cap. 3. " Ef gaungumadr andast inni at manns, og skal bóndi fara lík " hanns til kyrkiu. — Ef sinnst lík gaungumanns i laga úti, og skal land- " egandi fara þad til kyrkiu, og eignast þat sem hann hefir á fer. " *Si mandicus in alienjus domicilio obierit colonus ejus funus ad templum advehit. Si funus inveniatur in pratis inveniat, dominus fundi illud ad templum advehit, & quæ deservens secum portavit, possideto.*
- (b) Quædam *Constitutionis* apographa adscriptum habent annum Gissuriani episcopatus 16. unde nonnulli eandem factam fuisse dicunt anno 1096. Annos officii ab ejus electione numerantes, quæ Anno 1080. fiebat. Alii ab ejus ordinatione, quæ in Anno 1081. incidit, numerantes, Constitutionis Datum ad annum 1097. referunt. Quidam vero ab Anno 1082. quo, redux in patriam, Episcopalia administrare cepit, calculum instituentes, eandem ad annum 1098. detrudunt. Plerique autem, & quidem rectissime, Anno 1096. eam concinnatam fuisse censent.

Ípsa Constitutio, prout in *Juris Ecclesiastici Thorsæo-Katilliani* cap. 28. ad nos pervenit, & in leges relata fuit, mox subjungetur. Quæ autem in 5. capitulis, quæ sequuntur, huc pertinent, partim sunt processualia, partim in moris ad præcedentem & præsentem §§os. adferuntur; quare, ne ædum agamus, eadem adhibere superfedemus.

CONSTITUTIO DECIMALIS.

" Þat er malt i lögum, at menn skulu tíunda fé sit allir á landi her lögland.
 " Þat er lögland, at fá madr skal gefa sex álna eyri er hann á tuttigi síar sex álna
 " aura. Sá madr er hann á tíu sex álna aura fyrri utan féit sin hversdags báning
 " skulldlaust; hann skal gefa alin vadmáls edur ullarreyfi, þad er sex gjöri þespu,
 " eða lambsgæru. Enn ís er hann á tuttigu auru, skal gefa tvar álur; enn ís er
 " hann á fjórtíu auru skal gefa þriar álur. Sá er sextau auru á hann skal gefa
 " fjórar álur. Enn ís er áttatíu auru á, hann skal gefa fimm álur. Sá er tuttigi
 " aura.

tidianum vestitum, decem mercium uncias possident, nihilque aliis de-
bent,

“ eura á, hann skal gefa sex áttir. Þat fe þarf ei til tíundar at telja, er ádur er
“ til Guds þacka lagt; hvert þat er lagt til kyrkna edur hrúa edur til sálufkupa,
“ hvert þat er í löndum edur í lausum aurum. Prestar þurfa ei at tíunda þat fe er
“ þeir eiga í bókom edur í mcsfóklæðum og þat allt er þeir hafa til gudsþjónustu.
“ Tíunda skulu þeir annod fe. Búsastefnar þarf madr ei at tíunda of var, ef hann
“ helldr báí sínu; enn ef hann bregdr báí sínu edur selr hann úr báí, þat skal
“ hann tíunda. Ef madr á godord, og þarf hann þat ei til tíundar at telja. Vell-
“ di er þat enn ei fe. Bandur allir skulu tíund gera þeir er þingfarar kaupi eigu
“ at gegna af fe sínu skul láafa. ei skal ómögum fe ætla, þótt hann eigi fram at
“ fara; enn þótt hann eigi minna fe enn þingfarar kaupi á at gegna, ef hann á
“ tíu aura skuldlausa, og skal hann þá tíund af gera hvert hann er bóndi edur
“ grídmadr, nema egi þá ówaga er hann skal á verkum sínum framfara. Rett
“ er at þeir allir þiggi tíund er ei skulu gjalda. Jafnt skulu konur gjalda tíund
“ sem karlar. ” 3. *Legibus præceptum est, omnibus in hac terra sua bona esse deci-*
manda decimis legalibus. Sunt autem decimæ legales, ut quicumque centum oras, sin-
gulas sex ulnas continentes possidet, unam oram sex ulnas continenti expendat. Qui-
cunque decem oras, (singulas) sex ulnas continentes, & has quidem, dentis præter
quotidiana vestimenta nonivibus, possidet, unam panni vilioris, sive velus ovinum,
sexta parti spiræ sistorum æquale, aut pellem agnomin sulvito. Qui vero viginti oras
possidet, duas ulnas pendat. Qui autem quadraginta oras possidet, tres ulnas expen-
dat. Qui sexaginta oras possidet, quatuor ulnas contribuat. Sed qui octoginta oras
possidet, quinque oras sciat. Qui decem orarum decadas possidet, sex ulnas expen-
dat. Bona in antecessum pris usibus donata inter decimanda numerari necesse non
est, sive illa in templis, sive pontes, sive cybas vectorias publici usus collata fuerint,
(& hæc quidem) tam mobilia, quam immobilia. Sacerdotes bona in libris, & vesti-
bus sacerdotalibus, & quibuscunque ad cultum divinum requisitis consentia deci-
mare non tenentur; alias facultates decimant. Resiluum vere cibariorum, villicatio-
nem si quis continet, non est decimandum, si autem a villicando desiterit, aut ciba-
ria vendiderit, decimantor. Si quis prætium possideat, inter decimanda illam nu-
merare non tenetur; est enim imperium, non pecunia. Omnes coloui qui pensionem
in iter ad comitia solvere debent, omnes suas facultates, deus ære alieno, deciman-
to. Egenis, quamvis eorum sustentatio illi jure incumbat, nulla pecunia (a decimis
immunis) seponatur. Licet autem minus facultatum habeat quam quæ ad pensionem
in iter ad comitia solvendam requiruntur, si modo decem oras, deus ære alieno pos-
sideret, decimas tamen inde sive paterfamilias sit, sive domesticus, expendat, nisi pro-
prio labore egenos sustentare (jure) teneatur. Juris est ut omnibus qui decimas pen-
dere non debent, illa pendantur. Aque famine ac viri decimas solvunt.

Circa hæc Constitutionem observanda sunt, & ad verum ejus intellectum adqui-
rendum magnopere faciunt sequentes regulæ fundamentales: 1) Quod quævis Hun-
dreda

hent, unam ulnam, seu sexagesimam fortis partem, quotannis, decimarum

dreda more Islandico per C. denotatur, & continet duodecies decem (3: 120) mercium ulnas, & deinde, quod ex gravis Hundreda, legibus statuta & adprobata usura fuit 12: ulnae, seu duodecima fortis pars. 2) Quod ex forte infra decem uncias, seu 60: ulnas nullae dabatur decima: Sed ex 10: unciarum forte possessori unius ulnae erogatio, & ex C. (puta 120) ulnis duarum ulnarum expensio injungitur; quod, utrumque facit fortis partem sexagesimam sed usurae sextantem. 3) Ex 2: Hundredis solvenda fuerunt tres ulnae, id est fortis $\frac{1}{3}$ sed usurae $\frac{1}{3}$. 4) Qui 3: hundredas possidebat, pendere debuit quatuor ulnas, fortis 90: sed usurae 9: partem. 5) Ex 4: hundredis erogantur 5: ulnae, nempe fortis 96, sed usurae pars 9 $\frac{1}{2}$. 6) Quingue Hundredarum, possessor dare debuit 6: ulnas, seu unam unciam; 2: fortis centesimam, usurae vero decimam partem, quae proportio, quantacumque fors fuit, observanda erat. 7) Ad excusandam & enodandam, si non tollendam, iniquitatem, quae, ut videri potest, se a principio *Constitutionis* usque ad 5: hundredas offert, quae pauperioribus sexta, octava & nona, sed ditioribus decima tantum usurae pars, decimarum nomine, eroganda injungitur, facit, ut statuatur, consaltissimos aequissimae legis auctores, primo constituisse decimam usurae partem ab omnibus, decimarum nomine, erogandam fore; & in hunc usum, aut mente aut calamo, aequum, & a principio ad finem optime proportionatum, decimarum schema formasse, quod tale fuisse, animo concipi potest, quale exsurgit si Tabula III. novem primas lineas ad schema sub Tabula IV. inscriptione exhibitum representamus. Sed cum viderent, quantula portio tam minuta decimae forent, si in quatuor partes dividerentur, easdem uni omnes, id est pauperioribus, cedere constituisse, & formam decimationis paululum mutasse, iussisseque ut non hoc, sed illo, quem ostendit Tab. III. modo, decimae darentur; Quod duplici ad pauperes habito respectu eos fecisse putamus: (a) Ad *Dantes*, quorum possessiones tam modicae quidem erant, ut 20: Joachimicorum summam non aegarent, sed cum illi ab aliis oneribus publicis, quae in voce *Pingfararkaup* includuntur aut inde dependent, liberi essent, consentaneum ducebatur, ut pauperibus, quibus talium decimae ex aere cedebant (vid. loc. ex *Jure Eccles.* cap. 30. infra adferendum) aliquid ex suis facultatibus supra eommunem regulam & proportionem erogarent. (b) *Accipientes*, quales fuerunt valetudinarii, orphani & decrepita senectutis homines, aut qui se suosque sustentare non poterant; ideoque partem ex aliorum misericordia, partim ex publicis contributionibus debebant, quibus haec accessio non parvo fuit emolumento; nam ab unoquoque in universo Reppo aut tribu, qui 10: uncias possidebat, loco 6: numerorum, 3: $\frac{6}{10}$ accipiebant integram ulnam; ab eo autem, qui unam possidebat Hundredam, 20: uncias vel oras, loco 12: numerorum, 3: unius ulnae & 2: nummorum, habebant 2: ulnas; & sic porro usque ad quingue Hundredas. Tales ut credam fuisse primas, quas duxerant, lineas, suadet Regula fundamentalis, quam ipsi statim ab initio *Constitutionis* adferunt: " Þat er lög-
" tiand, at frá madr skal gefa sex álna eyri er hann á tinnýgi sár sex álna aura, "
2: Decima

rum loco, dare jubet: Illi autem, qui viginti uncias, dicto modo in bonis

Q²

o: *Decima legales sunt, ut quicumque centum oras, singulas sex ulnas continentes, possidet, unam oram sex ulnas continentem expendat.* Quibus verbis innui videtur, hunc modum, qui decimam utilitatis partem dare jubet, solum esse legitimum, seu in legibus divinis fundatum: sed ea, quæ de quatuor primis Hundredis aliter decimandis statuta fuerunt, esse exceptionem regulæ, ob necessitatem ita institutam, quæ, ut puto, non minus *Constitutionis* æqualitatem, quam legillatorum in patriam amorem, sapientiam & pietatem clare demonstrant. 8) Ubi fors ad 5. hundredas adscenderit, ex quavis semihundreda, seu 10. uncias, dandi sunt 6. nummi, sed ex integra Hundreda 12. nummi, & sic omnia tibi optime respondent, ita ut decimæ semper fiant centesima capitris, sed decima usuræ pars. 9) Ut ex primis quinque Hundredis una uncia pendi jubeatur, " par er lögtiund, at så madr &c. " ita semper cum quibusvis quinque Hundredis uncia est addenda; e. gr. ex 10. hundredis dandæ sunt duæ uncie, ex 15. hundredis tres uncie ex 20. hundredis quatuor uncie, ex 30. hundredis sex, ex 40. hundredis octo, & sic porro, quantumcumque fuerint divitiæ: Quæ consuetudo licet non in *Constitutione* expresse mandetur, in eo tamen fundata est, quod ipsa ex 5. hundredis unam unciam expendendam statuat: Cumque ibidem expensas enumerare sistat, inde concluditur, eadem ratione in sequentibus procedendum esse; quæ methodus per majorum quasi manus tradita & continua praxi firmata, tandemque recentiorum constitutionibus in leges relata est; nam quædam exemplaria *Juris Eccles. Arnaani*, Anno 1275. evulgati, inter quæ est latinum illud Havniæ a Perillustr. Procancell. PONTOPPIDANO editum, cap. 14. ita habent: *Quicumque centum oras possidet, sex ulnas solvat, & sic quibusvis quinque centenariis decima ad sex ulnas augetur.* Ab his regulis discedentes ingentem in totum decimationis negotium confusionem & inæqualitatem introducunt; ut ex dicendis patebit. Quidam enim ad quamvis Hundredam unius tantum ulnæ expensionem adiciunt, ita, ut ex 6. Hundredis solvi jubeant 7. ulnas, ex 10. hundredis 11. ulnas, ex 15. hundredis 16. ulnas, ex 20. hundredis 21. ulnas & sic porro, ut ex Tab. I. conspici potest: Quæ methodus, quantum divitum decimas imminuat; nemo non videt. Sed cum illa magis ad nuda *Constitutionis* verba, quam ad rem & Auctoris mentem respectum habeat, & adornata sit, nec unquam in praxin deducta fuerit, quod etiam ejusdem Aucthor fatetur, nos eandem non moramur. Alii itaque ut ipsi ajunt, ne a regulis fundamentalibus discedant, ad quantumcumque sextam, undecimam, decimam sextam, & vicepsimam primam Hundredam expensas augent, has enim pro primis in quovis numero quinario habent; ideoque ad eas, quemadmodum ad primam hundredam, expensas duplicant, freti pericopa, quam supra ex *Juris Eccles. Arnaani*, cap. 14. allegavimus. Sed cum nec semihundredarum nec minorum partium pensionum ullam habeant rationem, sæpius plus justo poscunt, ut ex Tab. II. disci potest.

Cum autem hæc methodus (æ) inæqualitatem magis augeat quam tollat. (ß) Minime ad regulam fundamentalem sit accommodata, quam ipsi, perinde ac alii, accipiunt, o: quod decimæ debeant esse centesima fortis, sed decima usuræ pars, &

(γ) Anti-

bonis habuit, duas ulnas dare præcepit: Qui vero ducentas uncias possidebat,

(7) Antiquos minutam non habuisse pecuniam, ideoque minutas expensas non impleuisse, omni carere fundamento & frivola esse videntur; nam præter minutas nummos, de quibus ad §. 5. cap. 9. Per. I. egimus, decimæ solvi poterunt cera, panno, lana, cibaribus, aliisque mercibus, quæ pro quantitate expensarum augeri minuique poterunt; Hinc alii, habito ad omnes regulas fundamentales continuo respectu, omnem inæqualitatem, post quintam Hundredam, semel & simul tollere satius ducunt, addendo ad ejuſvis semihundredæ, seu 10. unciarum, expensas, sex nummos, quorum decem faciunt unam ulnam, quo omnis profusus tollitur imparitas, & iusta semper tenetur expensarum proportio, ad omnes decimationis Regulas fundamentales exacte respondens ut Tab. III. clare docet: Quam decimandi rationem pro iusta habuisse videtur Celeberr. PAULUS WIDALINUS, ut ex ejus *Distributio de voce Tind* colligi potest, ubi, inter alia, eodem spectantia, dicit: " *Fiorar tind-*" ir bögliga tekmar og samnlagdar í eitt af 12. hundrudum eru 14½ álmr. 3: *Quatuor quarta decimarum de duodecim hundredis legitime erogata partes, & in unam collecta, 14½ ulnas exæquant.* Quod optime respondet nostræ Tabulæ, quæ ex 12. C. poscit duas uncias, duas ulnas & quatuor nummos. 3: 14½ ulnas.

De decimis & legitimis decimas solvendi possendique ratione accerrimam contentionis ferram quondam recipiarunt Mag. JONAS ARNEÛS Schalholt. dioceseos Episcopus meritis, & quem nuper laudavimus, PAULUS WIDALINUS, Islandorum Nomophylax doctissimus: Sed eo modo, ut Episcopus scriptum, quod plurimum manibus teritur, non priusquam post Widalini fata evulgaverit; Quorum hic ex rebus, quæ nullum fructum ferunt, decimas non esse dandas, nam ex fructu & usura, non autem ex sorte decimas solvendas esse, locus enim sortem, quæ nullum fert fructum, paulatim imminui & possessorem ad pauperatam redigi, statuebat. Ille vero non tantum ex ipsa sorte decimas dandas esse, sed etiam omnia, cujuscunque generis & conditionis sint, sive ullum sive nullum ferant fructum, decimarum oneri subiecta esse contendit, iis tantum exceptis, quæ ipsa lex ab hoc tributo immunita pronunciat, eaque cautione, ut tres tales mortuæ Hundredæ pro una frugifera æstimarentur.

De hæc contentione nostra est sententia, utrumque plus nimio arcum intendisse. Quod autem ad ipsam contentionis materiam attinet, a parte Episcopi ipsa stat littera, quatenus lex expresse jubet ex omnibus decimas dare; quod non tantum ex initialibus *Constitutionis* verbis, sed ex universo ejusdem sensu, & tam rerum quam verborum connexu abunde patere videtur, unde manifestum fit, tantum hallucinari Nomophylacem, quantum huic veritati contradicit. Quod autem de tribus Hundredis, quæ nullum ferunt fructum, pro una tantum in hoc negotio æstimandis adfert doctissimus Præful, verum quidem est, sed multo recentius, quam ad hæc tempora referri queat. Nam talis constitutio in leges demum publice relata fuit, Anno 1574. id est fere 478. annis, postquam prima de decimis facta fuit *Constitutio*, de qua heic loci sermo est.

Nam

debat, tres ulnas pendere tenebatur, & sic porro, ut ex subjuncta Tab.

Q 3

III.

Nam *Constitutio Bergsboriana*, quæ hujus reductionis rerum infrugiferarum mentionem facit, quam doctissimus vir vult factam esse Anno 1117. cujusque authenticam, tanquam pro acis & focis, propugnavit, supposititia est, & longo post tempore efficta, ut alibi invictis demonstravimus argumentis.

Quod autem de decimis ex usura aut forte dandis contendunt, non est magni momenti, cum eodem loco recidat utrum feceris. Ex. gr. Erit fors undecim Hundredæ & 10. unciz, quæ faciunt 1380. ulnas, quarum legitima usura est pars decima, id est, 138. unæ. Si jam decima pars usuræ danda est, fiet 152½ unæ. 3: 2. unciz 1. ulna & 8. nummi. Sin vero centesima pars capitis danda erit, fiet similiter 138½ ulna 3: 2. unciz 1. unæ 8. nummi & sic porro in reliquis, ut ipse fateatur Doctissimus Vir in sua *Tiundlar skræ* Sect. 3. Quæ proportio & æquitas, ubicunque nostram Tabulam tentaveris, semet offeret, exceptis tantum primis quatuor Hundredis, de quibus supra in specie egimus. Licet itaque hoc respectu indifferens esse videatur, utra harum sententiarum approbetur, non tamen non possumus eorum sententiam præferre, qui potius ex usura quam ex sorte decimas expendendas esse dicunt; ad quod inducimur 1) consideratione virorum, quorum autoritate & opera decimæ fuerunt introductæ & hæc *Constitutio* facta, Gisluri scilicet Episcopi, Sæmundi Presbyteri, aliorumque virorum pietate & doctrina conspicuorum. Qui ut quicquid ad ecclesie aut reipublicæ status emendationem fecerunt, & introduxerunt, aut ex sacra scriptura & Patrum monumentis, aut etiam aliarum gentium consuetudinibus derivarunt, aut desumpta esse videri voluerunt. Conf. exemplum Ögmundini Sect. 4. cap. 1. §. 7. qui hoc respectu conciones suas ex libro recitavit; ita etiam dicta Biblica, quæ huc spectant aut spectare videntur, qualia sunt *Levit. 27. v. 30 32. Num. 18. v. 21. Deut. 14. v. 22.* aliæque pro cynosura habuerunt, & forte pro lege moralis semper duratura & omnes obligante, acceperunt, eandemque doctrinam Laicis inculcasse verisimile est, qui de reverentia legibus divinis debita, & illarum præ humanis prerogativa dudum persuasi erant. Vid. supra §. 5. not. (c). & Sect. 3. cap. 2 §. 2. Unde probabile fit, quod sum de decimis legem quam proxime ad Mosaicam, prout regionis & incolarum paupertas ferre potuit, accommodarint; Atqui lex Mosaica non de sorte sed proventu decimas dare jubet, Ergo. 2) Hi in Germania, Anglia, Gallia, Italia literis diu operam dederant, & pæne educti fuerant, ubi hanc doctrinam & praxin imbibebant; ibidem autem decimæ dabantur non ex sorte sed usura: ideo etiam mihi fit valde verisimile, ut ex *Hungarvake* loco mox adducendo patet, eos harum notionum morem in hac negotio, perinde ac aliis, imitatos fuisse. 3) Ex Antiquis nationum faciunt (*) Auctor *Hungarvake*, scriptor perantiquus, qui ex Gisluri Halli filii, viri suæ ætatis doctissimi, Gisluri Episcopi ex fratre nepotis & Thorlaci Episcopi Runolfide alumni; ore & relatione sua hausit, ut ipse in Prologo fateatur. Hic, de Gisluro, Sæmundo & Marco Skeggonis loquens, dicit: " Þeir báru þad ráð til samans, og " löktu at ráði löðginga, at þat yrdi lögleidt; at menn tfrundadú se fit á hverjum " tveim

III. conspici potest. Sed ut omnis regula aliquam habet exceptionem, ita hic eximuntur: (1) Pauperes illi, qui minus quam sexaginta ulnas in bonis

"veim miðferum oc allann tang ávaxtar fyrir þús, so sem á öðrum löndum er tíð, "þar sem kristnir menn búa." 3) *Constitutio istud inierant, Et Magnates ad id adfluxerant, ut in leges referretur, omnes quotis anno de suis facultatibus decimas omnemque bonorum suorum usum siue partem decimam expensuros, ita ut in aliis terris ab hominibus christianis inhabitatis, moris est.* Sc. Germania, Anglia & forte etiam Dania, nam in Norvegia decimæ nondum seu 1096. solenniter introductæ fuerunt. (8) Verba Ræsi Od.ðidæ, celeberrimi Islandiæ quondam Dynastæ Anno 1280. prolata: "Gud" er tiund vor af allri lögleigu fear. "3) *Decimæ nostræ ex omni facultatum senecæ legitimæ bonæ sunt.* Quibus Heros ille, patriarum legum & constitutionum peritissimus, indicat decimas ex usuris dari debere. Quæ verba quædam exemplaria *Vite Arnæ Episcopi* habere dicuntur, ut ea allegat doctissimus *HYDALINUS*; Nam longe a nie ablit, ut tantum virum, quemadmodum ejus adversarius fecit, falsi arguam, licet in meo, aliisque proleteriis exemplariis non existat. 4) *Ipsi Constitutiois indulgentia & æquitas, quæ jubet omnia bona quotannis ab ipso possessore æstimari: Æstimatio autem non videtur fuisse instituenda respectu pretii, quanti res aliquando consisterat aut vendi potuerat, sed lucri aut commodi, quod ad dominum quotis anno inde redundavit, aut redundare potuit, modo prudenter usurparetur, ex quo ille decimas dare tenebatur; quod idem est, ac quod urget doctissimus Præful in sua Tiundar-Skrá Sect. 4.* "Ad virða tiundar se til fullra aura" id est: instituire comparationem inter res, ut ex rei notæ pretio ignotæ pretium & ex pretio lucrum sciri possit, ex quo decimæ dandæ erant. 5) Unicum, quod habent, aliter sentientes, alicujus valoris argumentum, sunt hæc *Constitutiois* verba: "Þat er lögtiund &c." unde inferunt centesimam fortis partem decimarum nomine dari debere. Sed eadem nobis pariter favent; nam sicut sex ulnæ sunt centesima 5. Hundredarum pars, ita etiam sunt decima pars usuræ, quam lex ex quinque Hundredis provenire statuit.

Dubia & objectiones, quæ moveri possunt, nos nostramque thesiam non graviter feriant, quarum præcipua esse videntur 1) Multa dantur divitum cimelia, mulierum ornamenta, utensilia domestica, rusticorum, mechanicorumque instrumenta, & id genus alia, quæ nullum ferunt fructum & ideo non sunt decimanda, secus enim ipsa fors eum tempore eversum ibit, quod absurdum non minus quam injustum videtur. Resp. Hæc aliæque sine discrimine lex decimationis subijcit, idque non sine causa; tanta enim fuit legislatorum prudentia, candor, & amor publici, ut in tam aspera & egena regione, quæquam inutilia, quæ publico nulli essent commo-
modo ac usui possidere nollent, & hoc modo tacite quasi prohibere ac cavere voluisse videntur, ne quis res infructuosas cuperet aut emeret: Qui vero talia omnino vellet habere, ex iisdem non secus ac frugiferis, in proprium detrimentum, decimas aliæque tributa publico usui contribuere. Quæ si quis injustitæ aut avaritiæ con-
gucere velit, si simul damnabit non tantum nostratium, sed etiam aliarum vel cultius
finarum gentium leges sumtuarias, quarum omnium una eademque ratio & scopus esse videtur, privati nempe luxus prohibitio & status publici sustentatio: qualia fuerit Ly-
curgi

bonis habebant, præsertim, qui aliquem necessariorum sustentandum habebant. (2) Sacerdotum libri & vestimenta, quibus ad sacra peragenda ute-

curgi in Republica Spartana, & Romanorum antiqua instituta, quæ in censura postliminio inducere satagebat Cato Major, statuens, ut ex veste, vehiculo, mundo muliebri, instrumento domus, ejus pretium esset mille quingentis denariis majus, amplius penderetur, & vel decuplo censuit. Ipse etiam vir sapiens & antiqui moris, omnino nihil eorum, quæ supervacua essent, ne minimi quidem emit, nam id generis res, etiamsi esse venderentur, caras esse censuit, ut de eo testatur *PLUTARCHUS* in ipsius *Vita*. Quod autem utensilia & instrumenta ad æconomiam & agriculturam instituendam attinet, pleraque eorum haudquaquam magni sunt pretii, & multo minus infrugifera aut inutilia dici merentur: Nam licet immediate & per se fructum non ferant aut sibi simile producant, mediate tamen & alio interveniente, seu certo respectu, omnium fructum ferant commodumque præbent, ex quo eorundem pretium & ex eo decimatio sibi instituenda, ut supra innuimus. 2) Multa a nobis adferri, quorum nec vola nec vestigium in ipsa, *Constitutione* apparet, a qua non sit recedendum. Ad quod respondemus: Ut ab Authoris verbis non temere est recedendum, ita multo minus ab ejus mente & scopo: Hunc autem fuisse modici & æquabilis tributi impositionem, ad temporum, cleri & pauperum sustentationem, nemo negare potest: quod quomodo majores nostri perfecere, simplici conmentatione, quam proxime ad eorum mentem in apicem producere conati sumus; cui licet nullam perfectam infallibilitatem adscribamus, id tamen contendimus, nostras hypotheses nec esse minus probabiles nec iniquiores quam reliquorum. Sed cum omnes, qui vel mediocrem tantum Antiquitatum patriæ notitiam habent probe sciant, quanta apud veteres fuit scriptio raritas, quanta verborum paritas, quanta styli & terminorum, pro cujuscumque seculi genio, simplicitas, adeo ut multa eorum scripta & leges non videantur esse aliud, quam brevis synopsis & tabula memorialis, quorum vera interpretatio ex solis ipsorum verbis vix adquiri potest; unde expissime Authoris scopus, rerum & personarum circumstantiæ, consequentiæ, antiqua praxis & alia admanicula, ad verum eorum sensum eruendum, in subsidium vocanda sunt, quæ plerumque efficiant, ut & clariorem & uberiorem in eorum scriptis reperiamus sensum, quam nuda eorum verba præ se ferunt.

Fateor ea, quæ dixi, non omnia expressis totidem verbis in *Constitutione* haberi, sed si ejus intimos recessus, primarium scopum, genium seculi & antiquam praxin respicias, omnia ibidem ita inveniuntur, ut ab his ne latum quidem unguem recesserimus, nam quod de omnibus possessionibus æstimandis & decimandis diximus, non tantum ipsa asserit *Constitutio*, sed & coævus Historicus *ARIUS POLYHISTOR* in *Schedis*, nec non, qui paulo post vixerunt, Authores *Hungarvaka* & *Stur-lungæ* aliique Lancitum & in praxin deductum fuisse testantur. Quod autem de minutis decimis ex 60. ulnarum capite asseruimus, similiter in ipsa æquitate & expressis *Constitutionis*, quæ primis 60. ulnis unius ulnæ expensionem imponit, verbis fundata sunt; Quæ omnia si opus esset & ratio operis permitteret, pluribus adductis testimoniis, probari possunt.

Tabula

utebantur. (3) Tam fundi & immobilia bona, quam quævis mobilia, quocumque tandem nomine venerint, quæ templis aut piis usibus consecrata fue-

Tabule in modum decimandi.

Quarum prima exhibet schema ad eorum mentem formatum, qui unam tantum ulnam expensarum cuiuscunque Hundredæ adjiunt, cujus si non Author, certe assertor fuisse fertur suæ ætatis Juris & Antiquitatum Islandicarum Consultissimus *ISLEIFUS LINARI*, Prætor provincie Skatiffellenfic. Hæc Tabula duas tantum columnas habet, quarum prior sortem per Hundredas, posterior expensa per ulnas exhibet.

Secunda ad eorum mentem adornata est, qui decimarum inæqualitatem ad sextam, undecimam & decimam sextam Hundredam inlant, cujus non quidem Author, (nam multo vetustior est!) certe tamen vindex acerrimus fuit diæceseos Schallholtenfis Episcopus meritissimus Mag. *JONAS ARNÆUS*. Hæc etiam duas habet columnas, quarum prior sortem per Hundredas, posterior expensa per ulnas ostendit.

Tertia nostra est, ex eorum hypothesi, qui ad sextam Hundredam inæqualitatem prorsus tollunt, quam proxime ad *Constitutionis* ductum concinnata: cujus due primæ columnæ exhibent sortem seu caput, ita ut prior Hundredas, posterior uncias five oras mercium; tres posteriores decimarum expensa veteri more, calculo per uncias, ulnas, & nummos, ducto, ob oculos ponat.

Quarta etiam nostra est, mere hypothetica, adornata tantum ad ostendendum quale & quam æquabile veterum decimationis systema primo fuisse, animo præsumimus.

T A B. I.

Hundredæ	Ulnæ
$\frac{1}{2}$	1
I.	2
II.	3
III.	4
IV.	5
V.	6
VI.	7
VII.	8
VIII.	9
IX.	10

T A B. II.

Hundredæ	Ulnæ
$\frac{1}{2}$	1
I.	2
II.	3
III.	4
IV.	5
V.	6
VI.	8
VII.	9
VIII.	10
IX.	11

T A B.

fuerunt, similiter omnia, quæ publicæ utilitati, ut pontium structuræ & talibus

TAB. I.

Hundrede	Ulnæ
X.	11
XI.	12
XII.	13
XIII.	14
XIV.	15
XV.	16
XVI.	17
XVII.	18
XVIII.	19
XIX.	20
XX.	21
XXI.	22
XXII.	23
XXX.	31
XL.	41

TAB. II.

Hundrede	Ulnæ
X.	12
XI.	14
XII.	15
XIII.	16
XIV.	17
XV.	18
XVI.	20
XVII.	21
XVIII.	22
XIX.	23
XX.	24
XXI.	26
XXII.	27
XXX.	36
XL.	48

TAB. III.

Hundrede	Unciæ	Ulnæ	Numi.
I.	X.	1	
I.	X.	2	5
II.	X.	3	5
III.	X.	4	5
III.	X.	4	5
IV.	X.	5	5
IV.	X.	5	5
V.	X.	1	6
V.	X.	1	6
VI.	X.	1	2

TAB. IV.

Hundrede	Unciæ	Ulnæ	Numi.
I.	X.	1	6
I.	X.	1	2
II.	X.	2	8
II.	X.	3	4
III.	X.	3	6
III.	X.	4	2
IV.	X.	4	8
IV.	X.	5	4
V.	X.	1	6
V.	X.	1	6

& sic porro.

R

TAB.

talibus legabantur. (4) Cibaria eorum, qui familiam aiebant, & habitationem continuarunt: Eorum vero, qui familiam dimiserunt & villicationem dissolverunt, ut & eorum, qui eadem vendiderunt, fuerant decimanda. Quovis autem anno in quavis tribu seu Reppo solemniter conven-

TAB. III.

Hundrede	Uncia	Uncia	Unz	Numi.
VI.	X.	1	1	8
VII.		1	2	4
VII.	X.	1	3	
VIII.		1	3	6
VIII.	X.	1	4	2
IX.		1	4	8
IX.	X.	1	5	4
X.		2		
X.	X.	2		6
XI.		2	1	2
XI.	X.	2	1	8
XII.		2	2	4
XII.	X.	2	3	
XIII.		2	3	6
XIII.	X.	2	4	2
XIV.		2	4	8
XIV.	X.	2	5	4
XV.		3		
XV.	X.	3		6
XVI.		3	1	2
XVI.	X.	3	1	8
XVII.		3	2	4
XVII.	X.	3	3	
XVIII.		3	3	6
XVIII.	X.	3	4	2
XIX.		3	4	8
XIX.	X.	3	5	4
XX.		4		
XX.	X.	4		6
XXI.		4	1	2
XXI.	X.	4	1	8
XXX.		6		
XL.		8		

tus, decimarum dividendarum ergo, instituendus (a) fuit; quem omnes coloni adire debuerunt; quod si quis, sine prægnante causa, neglexerit, tribus marci mulctabatur. In hoc enim conventu quivis suas facultates indicare & æstimare tenebatur, addito jurejurando, se quantum meminisse potuit, bona fide enumerasse & æstimasse. Si autem jurare recuserit, duodecim marcas solvere debuit, & tantum decimationis nomine pendere, quantum Reppagogi jusserunt (b). Decimæ in quatuor partes dividendæ erant æquales, quarum prima templo, secunda episcopo, tertia sacerdoti, sed quarta pauperibus cessit (c). Pauperibus etiam cesserunt

R 2

uni-

- (a) *Juris Eccles.* cap. 29. " Samkvamar skulu menn eiga of hant í hrepp hverjum, ei " fyrr enu stórar viktur lífa samars oc skíta tíundum. Skif skal t'undum drotins " dag hinn fyrsta í vetri. " *Autumno conventus sunt celebrandi in quacunque tri- " bus, non prius quam quatuor hebdomades æstatis supersint, ad decimas dispartendas. Factum hoc est die dominica hyemis prima.*
- (b) *Ibid.* cap. 29. " Ef hann sver til fiórdungi minna enn se, þá verdr hann fekr of þad " tólf mörcum, oc skal hann sva mikla tíund gjalda, sem samkvamomeni telia, oc " skíta á hönd hönum eiddaust. " *Si juramentum præstiterit, de quarta parte " minus quam revera existit, duodecim marcis eb id mulctabitur, tantas autem decimas " expendet, quantas, qui in conventu sunt, sine juramento ei imponunt.*
- (c) *Ibidem* cap. 30. " Fiórdung einn tíundar skal gafa þursamönnem innan hrepps oc " skíta þeim meira er meira er þátt. " *Una pars quartæ decimarum egenis contri- " bulibus cedat, iis major portio, qui magis egent.* *Ibidem* cap. 31. " Annam fiórd- " ung tíundar skal Biskup hafa; þat se skal vera í vadmáttum edur í vararfeldum " edur í lambagærum í gulli edur í brendu sylfi, þar er Biskup fer um fiórdung. " Hann skal segja til at kyrkjusóknun í hrepp hverjum hver við þeim fiórdungi tí- " undar skal taka er hann skal hafa. " *Alteræ quartæ decimarum episcopo, ubi per " quartam terræ proficiscitur, solvatur, et quidem pannis imperitis vel mercatoris, vel " pellibus agnorum, anno aut argento desecato: Ille in quartæ parochia, quis in quartæ " tribu ejus vice decimarum suam quartam accipiet, promulgato.* *Ibidem* cap. 32. " Nú ero eftir treir fiórdungar, þat er hlíf tíand hvers manns. Þat se skal leggja " til kyrkna, sva til hverrar, sem Biskup skilfir til, og reida þeim manni í hönd er " kyrkiu þá varðveitir, er tíundum er tilskift. Hann skal kaupa tídir at prestji, sva " sem hann má viðkomast og aðra luti til kyrki-pustar, sva sem firt vinnst til. Sva " skulu menn gjalda tíund af öllum þrum sem Biskup skilfir til kyrkna, hverir " sem á hölfsöðum búa. Fiórdung annam tíundar, er tídir skal með kaupna, þat " skal gjalda í vadmáttum edur í vararfeldum, í lambagærum edur í gulli og brendri " sylfi. Enn annam fiórdung tíundar skal gjalda í vasi edur vída, edur í reykelki, " edur í tíöru, edur í lereftum lenskaun, þeim er haf se til kyrkja búaungs, sva sem " gull

univerſæ eorum decimæ, qui minus quam 100. uncias, ſeu quinque Hundredas, in bonis habuerunt. Pauperum quartæ ſolutionis dies peremptorius fuit feſtum Martini (11. Novembr.), qui tunc non ſolvebat, tres marcas pendere tenebatur; Qui vero ad diem Jovis quartum poſt æſtationis initium tergiverſabatur, ſex marcarum reatum ſibi contraxit. Idem ſolutionis terminus, ſe modo nominatus dies Jovis, pro reliquis quartis, idemque reatus, ſi non ſolvebantur, conſtitutus fuit. Qui juſtus jurare noluit, vel in enumeratione & æſtimatione bonorum mendacii convictus fuit, 12. marcarum ſibi contraxit multam (a). Simili modo omnes fundi & arva æſtimata fuerunt, ut ex eorum proventu decimæ ſolverentur.

§. 12.

Quod Decimarum apud noſtrates introductio tam facile & ſine omni plebis murmure ac contraditione ſucceſſerit, cum id alibi locorum ſine eadē & ſeditionibus fieri non potuerit (b), plerique veterum adſcribunt Giſſuri Epifcopi virtutibus, quæ ei inter populares ſummum honorem & amorem

" getft at kaupá med vadmálum í því heradi. " > Jam due reſtant quarte, ſive dimidium decimarum curjuris hominis, ille templo, & quidem curis, quantum epifcopus præceperit, ſolvuntur, & curatori ejus templi, cui decima assignate ſunt, in manum traduntur. Ille officia a ſacerdote ut pacifci poterit, & alias res templo neceſſarias, prout pecunia ſuffecerit, redimito. Ita ut epifcopus templis decimas diſperſiatur, ab omnibus domiciliis decime ſolvuntur, qualiscumque incola fuerit. Quarta decimarum, qua officia redimuntur, in panis inquilinis & mercatoris, pelibus agnorum, auro & argento defacato, ſolvatur, altera autem decimarum quarta cera, materie lignea, thure, pice, linteis Anglicis quæ ornatui templorum apta ſunt, & tali pretio, quali in illa regione coemi poſſunt, expendatur.

- (a) Ibidem cap. 29. " Ef hann vill ei vinna eidinn þá er ſankvænomen villia, þá verður hann fekr of þat tólf mörkum, og er þat eidfall, og ſkal hann ſva mikla tiund " gjalda ſem ſankvænomen telia, og þat gjalda er þeir ráða at at kveda. " > Si juramentum præſtare voluerit, dum ii qui in conventu ſunt præceperint, duodecim eò id marci multetur, quod appellatur intermiſſio juramenti, tantus autem decimas, quantus qui in conventu ſunt irrogant, & ex eorum præſcripto, ſolvito.
- (b) Quantas alibi regionum turbas decimarum impoſitio excitaverit, hiftoriæ docent. In Dania Canuto VI. vita ſtetit, ut præter alios docet PONTOPPIDAN *Annal. Eccl.* Tom. I. pag. 223. Quantas in Scania turbas moverit, pag. 455. In Jutia pag. 622. In Norvegia Tom. II. pag. 607. Hinc Regum prudentiſſimus Magnus Lagabæti, cum

tiorem conciliarunt, ut & ejus coætaneorum Sæmundi Sigfuffonii fapientia & Marci Skeggonis authoritati (a); Horum enim opera & perfuafionibus hoc negotium confectum effe unanimiter teftantur. Quibus haud quaquam inficias imus; Sed addendum putamus religionis amorem & animorum erga eandem affectum, qui quam fit penetrans telum & efficacium rerum gerendarum instrumentum, nemo ignorat. Quomodo autem erga recens introductam religionem animo adfecti fuerint, præter alia indicat plebifciturum ante 40. annos primo factum (b), & denuo Anno 1080. pu-

R 3

blico

cum decimas in Norvegia non quidem introducere, id enim antea factum erat, fed decimationis negotium reformare vellet; fi non Islandos imitatus, faltem eodem modo ac hi ufus eft: Perfufas enim iis, quod accurata decimarum folutione, decimas regni cælorum partem mercari poffent. Vid. PONTOPPIDAN Tom. I. pag. 718.

(a) Vid. *ARII Sebedas, Hångurvakam, Hiftoriam Chriftianifmi* cap. 12. & *Sturl.* Lib. 3.

(b) De Anno, quo allatum a nobis plebifciturum factum & in leges reletum fuit, non conuenit inter Auftores. Plures id ad annum 1253. referunt, inducæi authoritate *Annalium Flateyenfium & Juris Eccl. Arnæ Epifcopi* cap. 9. Sed quod horum fententiæ fubfcribere non poffim, facit: 1) Licet in quibusdam exemplaribus *Annal. Flateyenf.* occurrat, tamen non in omnibus, unde oritur fufpicio a recentiore manu adjectum effe. 2) In quibusdam & quidem optimæ notæ exemplaribus *Juris Arnæani* legitur annus 1053. exclafio numero ducentario. 3) In pluribus, quæ videre contigit, ejus exemplaribus annorum numerus in margine tantum notatus eft, fed non in ipfo textu expreffus, quod indicio eft hoc additamentum textu effe recentius. 4) Si hiftoriarum temporum evolamus, difficile erit inventu cujus fufpiciis hoc plebifciturum factum effe poffit Anno 1253. cum Sigurdus Epifcopus Schalholtinus in Norvegia effet, nec Henricus Holanorum Præful in comitiis præfens, qui licet adfuiffent, tanta non polluerunt auctoritate, ut tale quid efficere potuiffent. Talis enim fuit, Sturhingorum ætate, animorum adfectus, ut leges divinas nimio minus curarent, quod ipfos quandoque epifcopos experientia docuit, præfertim Gudmundum & hunc ipfum Henricum, quos ex legum divinarum præfcripto, ut videri voluerunt, agentes, non modo contemferunt, fed aliquando etiam captivos duxerunt. Quidam itaque ea ad præfens tempus referunt, quibus faciem prætulit Doctiffimus *ARNGRIMUS* in *Crymog.* pag. 109. cujus verba fupra §. 5. adtulimus & *Comment. de Islandia* fol. 58. ubi hoc modo fe exprimit: *Rurſus in folenni incolarum conventu 1050. fanctum eft, ut lex fæcularis feu politica, quoniam conſtitutiones, allatas ex Norvegia, quidam Ulfſtorus, anno 920. Islandis communicarat, ubique cederent Juri Canonico feu Divino.* Cui noſtrum addere calculum non dubitamus, liis præfertim, præter fupra allatas, inducæi rationibus: 1) Quod ipfa lex tanti eft momenti & quæſtitatis, ut vix fancti potuerit ab aliis, quam viris fimplicibus & pietati deditis, qui quale effet legis divinx, id eft quam grave Romanæ Ecclefiæ jugum, non erant experti, quod multo melius quadrat in præfens, quam

blico voto repetitum, quod *Jus Civile Juri Divino cedere debeat*, quod, ut & presentis negotii cum legibus divinis convenientiam, in hoc rerum statu, viros prudentissimos & summa auctoritate præditos, simplici plebeculæ inculcasse, non videtur dubitandum.

§. 13.

Etsi fontes, seu libri Theologici hoc temporis tractu conscripti aut usurpati, præter fragmenta quædam librorum liturgicorum, & quorundam sanctorum vitas, unde de doctrinæ puritate judicari queat, nulli exsint; tantum tamen ex illis, collatis cum *antiquo jure Ecclesiastico*, aliisque historiis, liquet, quod idololatria, incantamenta, superstitiones & berferkorum rabiosus furor, vulgo *Berferks-öngur* (a), sub exilii pena prohibita fuerint. Magia autem diabolica, qua quis proximi vitam, valetudinem aut bona læserit, morte punienda (b).

§. 14.

Sacramenta septem agnoverunt: Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Ordinem, Matrimonium, & extremam Unionem (c).

§. 15.

quam Starlungorum, tempus. 2) Episcopi, Thorlacus circa annum 1180. Arnas, anno 1280. cum læcis de jure Præbendarum contententes, hoc plebiscitum, ut pervetussum, allegant, quod facere non potuerint, si anno tandem 1253. paulo ante Arnas, sed longe post Thorlaci tempora sancitum fuisset. 3) Licet Author *Hångur-take* nihil de tali petiocha, publice in leges relata, habeat, tamen in vita Gissurii digno quasi intendit tale quid antea factum fuisse, quod voto publico: renovarint "Enn " allir höfðingjar hetu hönum at hallda hlýðni um öll Guds bodord, ef hönum vdi " biskups siglu audid." 3: *Omnes autem magnates obedientiam erga statuta dñi si promiserunt, si illum in episcopum initiari contigerit.* 4) Accedit, quod pleræque exemplaria Codicis Arngani hoc referant ad annum 1053. & ARNGRIMUS dicit id oppositum fuisse constitutionibus Ulfiotianis, sed hæc, ethniculum sapientes, solemniter reformatæ fuerunt & *Grágasa* nomen acceperunt circa annum 1120.

(a) Vid. supra Period. I. cap. 4. §. 4.

(b) Vid. *Jus Eccles. Thorlaci & Kerilli* cap. II.

(c) Multa quidem magnam antiquitatis & auctoritatis speciem habentia argumenta, ad probandum & stabilendum septenarium sacramentorum numerum adferunt Pontificii. Sed

§. 15.

Baptismus quosd substantialia recte administrabatur, nec jam ut antea ulla expressa falis adhibiti mentio injicitur, sed consecratio aquæ baptismalis, quæ terna crucis super aqua repetitione, pollice facta, cum pronunciatione verborum, *consecro te aqua, in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti*, fieri debuit; quæ facta infans cum eorundem verborum, ad ipsum directa iteratione, ita ut totus, si citra vitæ periculum fieri potuit, commaderet, ter in aquam immergebatur. Tempus baptismi, etsi liberum fuit, placuit tamen multis, extra casum necessitatis, dies saturni seu lotionum, præcipue qui Pascha & Pentecosten proxime antecederant. Infantes autem sine eo decedentes, omnino condemnari putabant (a). Hinc si ministri negligentia infans sine baptismo e vita migraverit, exilii pœna plectendus fuit (b). Reliqui etiam omnes, qui duodecimum impleverant annum, modum & formulam baptizandi callere debuerunt, quam institutionem negligentibus aut contemnentibus, exilii pœna imminerebat (c). (Prius autem septenni puero, modo *credo in Deum & Pater noster* recitare sciret, quam patri, baptizare licuit.) Ille etiam qui infantes ad baptismum devenientibus, eqvos, navem, vecturam, aut quemvis alium necessarium comœtatum denegavit, pari modo mulctandus fuit (d).

§. 16.

Sed *Chemnitius* in *Exam. Concilii Trident.* part. 2. pernegat eos, ullius veteris Concilii pro hoc septenario numero proferre posse auctoritatem, cum nusquam reperitur, nisi in Constitutionibus Concilii Florentini, quod nuperum esse indigat. Idque verum est, nam Concilium Florentinum I. habitum fuit anno 1055, II. vero anno 1105. Origo erroris inde fluxit, quod Patres quodeunque mysterium, imo etiam quodeunque rei sacræ signum, *Sacramentum* vocabant.

- (a) Vid. *Olafsi Saga Helga* cap. 102. de Siglivo filium Regis ipso infcio baptizari curante & *OLAVII Synt. de Baptismo* pag. 80. 140.
- (b) Vid. *Jus Ecclesiast. Ant.* citat. in *OLAVII Synt. de Bapt.* pag. 10.
- (c) Vid. *Jus Eccles. Antiqu.* " Því at eins skal fader skírna veita barni ef xi er annar til. " 2: *Et tantum conditione pater infantem suum baptizato, si nemo alius pœsso sit.* Et paulo post: " Sveinn síð vetra skal skírna barn, því at eins sýngri maðr ef hann kann " credo oc pater noster. Skírna skal kona barn ef xi er karlmadr nat. " 2: *Puer septennis infantem baptizato, eo tantum pacto notu minor infantem baptizat, si credo & pater noster memoriter tenuerit. Fœmina, si vir nullus adsuerit, infantem baptizato.*
- (d) Vid. *Juris Eccl. Ant.* cap. 2. Constitutio de Baptismo, non nisi Paschato & Pentecoste, citra

§. 16.

Confirmationis Sacramentum cum ipsa christiana religione in Islandiam fuit introductum, quod a nemine nisi Episcopo conferri potuit; materia fuit oleum balsamo commistum, *chrismata* communiter nominatum. Hoc recens debuit esse, id est singulis annis certo die ab episcopo, certis exorcizandi & benedicendi formulis consecratum. Forma autem consistebat in illitu chrismatis consecrati, qui non in ipso baptismo, sed postea in peculiari sacramento fiebat, pollice episcopi, in fronte hominis, per modum seu figuram crucis, cum pronuntiatione verborum: *Signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, additis etiam conceptis verbis aliis precatiunculis. Deinde Episcopus primo pollice confirmati faciem verberat, & mox tota manu alampam ei infert, dicens: *Pax tecum*; & susceptoribus eum commendat. Frons vero confirmati unguento delibuta, ne recens unctio defluat, & deleatur, panno albo, septimo tandem die deponendo circumcingitur.

§. 17.

Sacra cena, quoad substantialia pie & recte administrabatur, nisi quod sub finem hujus Periodi, laici calicis usu privati cæpisse videntur (a).

§. 18.

citra necessitatem peragendo, in Epistola decretali Leonis, data est 459. quam consuetudinem *BARONIUS* ad hunc annum antiquam vocat.

- (a) Anno 1213. Innocentius 3. in Laterano generale concilium celebravit, in quo transubstantiationis dogma, publice stabilitum fuit, cum jam pridem ubique fere obtineret, quod excipiebat communio sub unica; *CAVEUS* tamen hoc ad 1215. refert nullam transubstantiationis mentionem faciens. Quando autem Communio sub una in Islandia cæpisset, non facile didu est, verisimile tamen videtur id non simul & secul, sed successive factum esse. Nam *Sturlunga* lib. 4. cap. 17. dicit Rafnum Sveinbiörnsonis sub mortem tantum Corpus Domini accepisse, quod factum circa annum 1222. Sed lib. 7. cap. 57. refert, Sæmundum & Gudmundum Ormi filios, accepisse corpus & sanguinem Domini, quod factum a no 1252. Causæ ob quas Concilia & Papa istis calicem subtraxerunt, exhibet tractatus *JOH. GERSONIS*, rogatu Patrum in Concilio Constantiensi conscriptus, quæ in compendium contractæ legi possunt, in *CHEMNITII Exam. Conc. Trid.* part. 2.

§. 18.

Ad *penitentiam* tria requirebantur: *Contritio cordis*, *confessio oris* & *satisfactio operis*; quæ duplex erat, consistens in multa pecuniaria, & pœna corporali. Exceptis causarum impendiis, & perjurio in causis injustæ decimationis, ubi 12. marcarum reatus occurrit, multa pecuniaria in antiquissimis legibus ecclesiasticis gravior quam trium marcarum solutio, non invenitur, quæ si non solvebatur, exilium imminebat (a). Sed multa, sive satisfactio corporalis, consistebat aut in exilio, quod vocabant *Fjörbaugsgard*, aut in ipsius vitæ dispendio, quod vocabant *Sköggang* (b). Sed procedente tempore, & sub finem hujus Periodi, eorum

(a) Exilii comminatio & sequentes loquendi modi: "Verdr hann útlægr um þat þrem "nürkum." Item: "vadar línun þriggia marka útlegr," duodecies in *Antiquo Jure Ecclesiastico* occurrunt. Id est: *Reus sit trium marcarum, quas aut solvat aut exulet.*

(b) *Fjör-baugsgardr* fuit exilium limitatum, ad certa loca & limitationes restrictum, seu reatus & pœna, non tam capitis & vitæ, quam dispendium libertatis, honoris & fortunarum. Hinc magnates omnia potius miscere, & ditiores ingentem erogare pecuniam maluerunt, quam hac ignominia notari. Multa autem pecuniaria, quæ huic reatu conjuncta fuit, non erat tanta, ut eandem multum curarent. Nam præter restitutionem damni læso debitam, conslitit in erogatione unius mercium marcæ, Prætorii solvendæ, quæ "Fjörbaugr" vitæ munimentum aut redemptio, unica autem ejus uncia "Adalfestr" *arba*, vocata fuit. Vide *ARNESENSIS Islandiæ Rættersgang* cap. 15. Quibus quidam addi debere putant 6. marcas publico solvendas, exemplum aut documentum se in *Sturlunga* Lib. 2. cap. 29. habere autumantes: "Hann "stefndi Þórhelli um þat, hann hefði leynt fjórdungi síar líns og gjört ei tíund af. "Ancari stefnu stefndi hann um þad, hann hefði tvo pundara, og vari bádir rángir, "hefði hann keypt á hinn meira, enn fellt á hinn minna, og let varda fjör-baugsgard. Hann stefndi og um þat hann hefði alin ránga, og let vera sex merkur "jafnan." 2: *Thorballum in jus vocavit, quod quartam suorum bonorum partem clarit, nec decimas inde solverit. Alteram ei dicam scripsit, quod duas statuas, utramque falsam haberet, majore emenda, minore vendenda trutinaverit, quam causam exilii minoris constare asseruit. Illum etiam in jus vocavit, quod falsu uteretur ulna, & quavis harum causarum sex marcarum constare urgebat.* Sed qualiscunque hujus loci sensus est, nihil nobis officit. Id saltem certum est, quod hoc modo reus libertati & æstimationi restitui non potuerit, licet multam pecuniariam prout & perfecte solverit, nisi etiam exilii pœnam & ignominiam ex iudicio plane subiret. Conf. exemplum Gunnari de Hlidarenda in *Njala* cap. 58. qui ingentem pecuniam summam

summam numeravit, sed in exilium ire noluit, & Sölmundi cujusdam in *Liorvæninga Saga* cap. 2. qvi loco triennii biennium in exilio mansit, quorum utriqve hæc cautilla capite stetit:

De etymo vocis *för-baug-gardr* scripserunt: Consultissimus Helsingörensî Consul *BUSSEUS* in Glossario cum *Schedis Arii* impresso, & nostratium suæ ætatis Doctissimi, Mag. *JONAS ARNÆUS*, Schalholtensis Episcopus, ut & *EJULFUS JONÆ*, Pastor Vallensis, quorum commentationes, ingenio & eruditione plenas, in compendio exhibet patriæ nostræ decus, nobisque amicissimus, *JOH. ERICI*, Bluff. Acad. Soröenf. Professor meritissimus, in eruditissimis ad *ARNESENSIS Islandiæ Rættargang* notis pag. 629. 632. Qui licet neutri suum addat calculum, posteriorem tamen non minus placere innuit. Nos autem, etsi nihil magni momenti habeamus, quod illis opponamus, neutri tamen penitus nomen dare possumus, cum planior, propior, & indolem causæ appiite exponens in promptu sit vocis compositio, a tribus in communi loqvella usitatissimis vocalis, idqve ab earum primariâ notione. Sc. (a) a "föir," "vita, in casu secundo "föirs," vel "hörsius," ut in trito Adagio: "frekr er hver til föirsius," quod quoad sensum cum Ciceroniano illo convenit: *bonesta quævis ratio esse expediende salutis*. In casu tertio "föiri" vel "föiri" *Njala* cap. 65. "fyrra er se föirvi," 2: *pecunia vita sequitur Sturlunga* Lib. 9. cap. 29. "þá mun hvarki óhætt se ne föirvi. 3: *Tunc nec pecunia nec vita extra periculum erunt*. Unde, ut quibusdam placet, antiqva in *Jure Ecclesiæ*, *Vicentium* vox "höirve." Vid. supra Per. I. cap. 9. p. 71. (ß) "Baugr," *annulus, circulus, gyras*; figurate multa pecuniaria, cum illæ antiquitus annulis solatæ fuerint. Hinc "höir-baugr, bróðrbaugr, bóndabaugr," *Multa pro nece aut injuria patri, fratri, eolono illata, & tandem in voce "höirbaugr" redentio sive primitiæ redentiois*, (γ) "Gardr," *sepimentum, muceries, improprie villa, domicilium*. Est itaqve "höirbaugsgardr" vi vocis, *vita circularis sepes, aut circulari sepimentum vitam ingens*.

Cum autem sana sepimentis, & fora circulo vel prænotato gyro circumdata essent, quæ magna sanctitate & jure asyli gaudebant, in quibus omnibus bonis & innocuis tute agere & versari licuit, talia propriè & primario vocata fuerunt "höir-baugsgardr:" & contra hominibus nequam & improbis, qui publicam frægerant pacem, eadem intrare aut attingere non licitum erat. Secundario, & per antiphrasin eorum reatus vocabatur etiam "höirbaugsgardr," & hoc modo reus, sive per ironiam, sive ab ignominia, quod sancta loca adire ipsi nefas esset, vocatus fuit "höirbaugsmadr." Quæ ne gratis adferere videamur, singula antiquitatum testimoniiis probabimus:

1) *Bana* & *templa sepimentis circumdata fuisse* docent: *Olai Trygg. Vita* Part. I. cap. 114. pag. 7. de delubro *Haconis Comitis*. "verdr riódur fyrri þeim, itendr þar hús og skidgardr um." 2: *Locum arboribus dondatum offendunt, ibi domus sepimento ligno circumdata erat*. *Olai Crasti Vita* cap. 117. de Idolo *Biarmorum*: "Þeir kómu fram í riódr eitt mikit oc í riódrinu skidgardr háar oc mikill, hard þyrir og læst." 3: *In locum spatiosum, arboribus dondatum progrediuntur, quo in loco magnum erat sepimentum lignicum & altum, janua munitum & seira.* *Bus Saga*

Saga cap. 4 pag. 7. " Búi fé at garðrinn var opinn oc sva hofit. " 3: *Buius tam sepimentum, quam sanum, aperta esse animadvertit. Droplaugarfona Saga*, cap. 26. de sano Bessi Sapiensis: " Þeir gengu um hverfis virkit oc var þat krínglórit, þeir " sinna hurd á virkino oc var þar lætt hurd fyrir oc búiit um vandliga. " 3: *Munimentum circumambulant & rotundum esse deprehendunt, januam in munimento reperiunt, quæ sira clausa & exquisite adaptata fuit.*

2) Fora iudicioria prænotatis gyris a reliqua area segregata fuisse, patet ex *Hensla-Fóris Saga* cap. 11. " Var þá mallt, at Oddr mundi tjallda í brecku vid " þinghelgi. " 3: *Rumor erat, Oddum in declivitate prope locum fori sanctum tentorium suum fixurum fore. Conf. Livvetninga Saga* c. 25. " Þórvardr tjalddi ágæt " herbergi vid þinghelgi til vægdar vid Eyólf. " 3: *Thorvardus enim diversoria tentorii adornavit juxta locum fori sanctum, ut Fynlfo* (hoc modo) *cederet.*

3) Qvod hæc fororum & sinorian sepimenta vocata fuerint *förbaugs-garðr* testantur: *De foris Vigugláms Saga* cap. 24. " Glúmr komst ei til at tjallda nar " enn í förbaugs-garði. " 3: *Glumus non propius tentorium figere potuit, quam in förbaugs-garðo, sive in finibus sacræ & profanæ areæ, seu supra prænotatum illum gyrum aut signum circulare, quod forum cingebat, ut ex natura causæ & connexu historię, quæ hic narratur, liquet. Nam authoris propositum est his verbis exprinere ignominiam, qua Glumus affectus fuit, quæ nulla fuisset, si intra förbaugs-garð & in þinghelgi, sive sancto fori loco tendere licuisset. Paulo itaque propius quam Oddus & Þ horværdus tentorium fixit, licet eorum causæ persimiles fuerint: Omnes enim magnorum criminum & homicidiorum accusabantur, etiam nondum convicti & iudicati essent. Et de fanis: *Flóamanna Saga* cap. 9. al. 10. " Þat var eitt sinn " at menn kómu í förbaugs-garð til hofs. " 3: *In förbaugs-garðum sani perventum est. Qvod ne quid dissimulem, quædam exemplaria ita habent: " Menu komu " var baugs-garð til Jóns. " Super sepimentum circulare ventum est ad Jóhannem. Quæ lectio, ut novitate sapiens, (nam nomen Jon hoc tempore circa annum 550. Islandis non fuit usitatum) & haud obsecram redolens corruptionem " yfir baugs-garð " pro " í förbaugs-garð " & " Jóns " pro " hofs, " nobis non probatur. Quidam autem pro " til Jóns " legunt " til lóns " 3: *ad salutem, quod licet paulo apertius videatur, haud tamen primæ lectioni æquiparandum est.***

4) Qvod hæc loca insigni sanctitate & jure asyli gavisa fuerint, liquet. *De fanis ex Egla* cap. 34. " Þar vóru allir vopn lausir inni, því þar var hofshelgi " mikil 3: *Omnes ibi intus erant incruentæ, magna enim erat sani sanctitas, & alibi passim. De foris Fyrlyggia: cap. 5. " Þar á nesinu, sem þeir höfðu á land komit, " let hann hafa dóma alla og herads þing: þar var so mikil helgi, at hann vildi " med engu móti láta saurga vóllinn med þfundar blóði, eg eigi vildi hann líta þir " á streka gánga. " 3: *In singula terra, in quam ascendebant, judicium cuncta & fororum provinciale haberi curavit. Tanta ibi erat sanctitas, ut caupum nullo modo sanguine violenter effuso profanari, aut eo ad atum exonerandum aliquem scedere voluerit.**

5) Qvod hoc modo reis & gravium (seu *förbaugs*) criminum insimulatis non licuerit

licerit hæc loca sacra adire, probant: De Fanis *Egla* cap. 34. "Eyvindr varð þyr " at fara, þvi hann hafði vegit i hofsgrilum, og var vargr ordinn, varð hann þvi i " bu t at fara. " 2: *Eyvindus inde demigrandi necesse habuit, eadem enim intra sani locum sanctum commiserat, quare descendere cogebatur. Viggláms Saga* cap. 19. pag. 218. " Hann (Vigtús) var þá fíðhugsinnar og mátti eigi þar heima vera fyrir " helgi stadrens. " 3: *Vigtusius tunc exilii minoris reus erat, unde in ipso prædix propter loci sanctitatem manere illi non erat licitum.* Ibidem enim Freyri delubrum situm fuit, vide cap. 9. p. 199. De Foris: *Helgon, Droplang vita* cap. 28. " Þar " fóru um allt heradit til allra þinga og manna, lo sem Helgi varð ólekr. " 3: *Per totum territorium ad omnia fora & conventus, ac si Helgo infans esset, ibat.* Et *Thorgilfis Orrabeinii Vita*: " Kolr var skógarinnar, Þorgils reid sem áðar um " allt herad og Kolr med hönum at farkia manna mót, og varð óþveki mikill i milli " manna. " 3: *Kolus erat exilii majoris reus; Thorgils autem per totam provinciam & cum eo Kolus ut antea equitavit, & conventus frequentavit, unde multum indignatio exorta est.* Ubi Helgonis & Thorgillis temeritas haud obscure taster. Conf. exempla allata sub No. 2.

6) Et tandem, quod talibus nullis honestis licerit conventibus interesse, ex aliis patet. Quod autem exclusio ab his locis, seu reatus, vocatus fuerit *förbaugs-garðr*, & reus *förbaugsmaðr*, clarius est, quam quod probatione indigeat.

Id tantum non omittendum, non insolitum fuisse unam vocem duos diversos significatus habere. Nam ut " *förbaugs-garðr* " notat & *sepimentum favorum & reatum*, sic alia haud pauca; ut " *föstri* " notat nunc *nutricium*, ut in *Schedis ARIL*, " *Hallr* " vel " *Teitr*, *föstri* minn, " nunc *alumnus*, ut " *Adalsteins föstri*, " *Orrabeins föstri*, *Torfr föstri*. " At *gista*, " *hospitio excipi & excipere*, fere ut *Latium* hospes notat *berum & advenam*. " At *vefengia* " *asserere & concludere*. *Grágás* i þingsk. þrtti: " Eg mun þat vefengia er ee hygg lög vera. " 3: *Quod legitimum censet, asseram.* Alias autem " at *vefengia* málit, *victim &c.* " est *condandere, annihilatum ire*.

Ex dictis autem liquido constat: 1) Fana sepimentis, & fora gyro aut circulo circumdata fuisse, quæ *förbaugs-garðr* vocati fuerant. 2) *Þinghelgi & förbaugs-garðr*, eæto respectu, unum idemque significare. 3) Intra talia sepimenta aut fines, quæ *förbaugs-garðr* & *Þinghelgi* vocabantur, reis & graviorum causarum insimulatis manere non liceat, nisi tantum dicendæ ergo castæ, ut ex Oddi, Glumi & Thorvarði exemplis patet, id enim omnibus illis concessum fuit. Hinc de Oddo dicitur: " Enn " gánga at dómum og naudsynium síuum og fara med sig spakliga. " 3: *Sed iudicia & res suas necessarias curare, & se pacate gerere.* De Glumo: " Vóru þi " Glumi ord send, at fara fram lög-vörn i máliu. " 3: *Tunc Glumo nuncius misit, defensionem causæ proferret.* Sed de Thorvarðo: " Síðan gánga þeir at dóm- " um med lidi sínu. " 3: *Postea iudicium cum suo comitatu adiens.* 4) Quod vox *förbaugs-garðr* primario notaverit hæc sepimenta, secundario autem & metonymice ejus pœnam, cui loca sacra & honestos civium conventus adire non licuit.

Quod autem nec vox *förbaugs-garðr*, nec quam denotat pœna, cum gentilitio eliminata sit, sed post introductionem religionis christiænæ loco excommunicationis minoris usurpata fuerit, mox probatum dabimus.

2) Quod

1) *Quod förbaugsgærd*, tanquam minor excommunicatio, graviorem quidem, non auctam gravissimorum delictorum pœnæ competens, in usu fuerit, patet ex *Jure Eccles. Thorlaco-Ketiliano*, in quo, quando sermo est de peccatis contra seita & statuta ecclesiæ, hic loquendi modus: "Varþar þat förbaugsgærd," septies supra vicies adhibetur.

2) *Quod taliter reis templa intrare non licuerit*, multis probari potest; inter alia ex *Sturlunga* Lib. 3. cap. 25. Hácon (förbaugsmaðr, vid. cap. 24.) inquit: "Ei á eg kyrkiogengt." 2: *Templum intrare mihi non licet.* Et Liu. 4. cap. 20. "Gudmundr var í kyrkio-skoti, þá hann átti eigi kyrkiogengt." 2: *Gudmundus in angulo templi se continuit, non enim ei licitum erat templum intrare.*

3) *Quod in foris & iudicis versari illicitum ipis fuerit*, testatur eadem *Sturlunga* Lib. 1. cap. 19. "Hallr eggindi at ríða á móti þeim oc kvad slíkt mikla líg-levtu, at sekir menn skyldu ríða á helgar þing." 2: *Hallus eos ad equitandum in illorum occursum instigabat, gravem enim legis violationem dicebat, reus ad forum sanctum promulgatum, equitare.* Quod Halldus Mauri in colloquio cum Thoralco Episcopo repetit, non contradicente Episcopo. cap. eod.

4) *Quod honesti conviviis & conventibus interesse prohibum fuerit*, probatur ex *Sturlunga* Lib. 1. cap. 13. Ubi Thordus Vatnsfördentis Otaum Hildidam, förbaugsmaðr, convivio ea de causa interesse noluit. Ex eodem enim principio Brandus Jonæ, tunc Abbas, sed postea Episcopus, cum sobrino suo Oddo Thoruini, non tantum non convivari, sed ne quidem colloqui, voluisse videtur. *Sturlunga* Lib. 9. cap. 12.

"Skóg-gánger," (a skógr, sylva & gánger gressus) *exilium, proscriptio, & skóggángsmaðr, exul proscriptus*, cui aqua & igne interdictum fuit, nec ulquam niú in sylvis & locis desertis vivere licuit. In antiquis Legibus & Historiis ejus status ita describitur; "sekr skóggarmáðr, óalandi, óferiandi, óráðandi öllum birgrið." um. "Il est: *Proscriptus & capitis reus, cui vita sustentatio, transitus per flumina & maria, omne auxilium, omneque salutare consilium denegari debet.* Hi cum plerumque essent fures & homicidæ, publicoque nocentissimi, legibus cautum fuit & concessum, ut si quis proscriptus ties tales occideret, ipse hoc modo in securitatem seinet vindicaret. Ut autem *förbaugsgærd* loco minoris excommunicationis; ita & *skóggánger* loco majoris usurpatum facile constat ex *Jure Eccles. & permultis Sturlunga* locis. *Jus Eccles. Thorlaco-Ketilianum* cap. 8. innitatur rectori Pastoris, a templo & grege commisso profugi, *skóg-gánger*: "Ef Prestri í yf kyrkio þá er hann er tilbúgr edur tillærð, edur fúrist hann íva at hann veitir að tíðir at kyrkio, sem mállt er, og virðar þeim manni skóggánger er við hönum tekr." 2: *Si pastor a templo, ad quod ordinatus vel instructus fuit, auferit, vel inde ita absuerit, ut officia in templo ex proscripto non peragat, ejus rector exilii majoris reus esto.* Et cap. 11. incantatoribus & manifeste impis: "Ef maðr fert með forðedaskap og yard" ar þat skóggánger." 2: *Si quis magiam exercuerit, proscriptionis reus esto.* Sed cap.

rum loco excommunicationes, tam major quam minor, introduci cœperunt (a).

§. 19.

Disciplina ecclesiastica, primis temporibus modeste exercebatur; nam excommunicationis & pœnarum condignarum, in antiquissimis monumentis, perraro & fere nunquam mentio injicitur. Sed postquam Eysteinnus Archiepiscopus Cathedralam Nidrosiensem, & Thorlacus Thorhalli filius Skalholtensem ascendunt, durius ea exerceri cœpit. Eysteini enim jussu

cap. 2. sepultura eis in cœmeteriis denegatur: "Þriú ero lík þau er æi skal at kyrkio grafa: þat er eitt lík ef madr ándast óskirdr. annat er fleógermanns lík þess er óoll er og óseriandi. Þat skal ok æi grafa at kyrkio, nema fá biskup lofer" yfir þeim fiórdangi er. Enn ef biskop lofar, oc skal þá til kyrkio fara." *3. Tris sunt funera ad templum non sepelienda; Primum funus est, si quis non baptizatus decesserit; alterum est proscripti, cui nec alimenta nec veduram præstare licitum est, quod (funus) sine Episcopi, qui quartæ illi præest, permisso ad templum sepeliebatur non est. Quod si Episcopus permiserit, ad templum deportetur.* Quæ nostram thesaurum abunde probant. Minime tamen negamus, ipsas excommunicationes, vergente hæc Periodo in diœcesi Schalholtina circa annum 1180. a Thorlaco Thorhalli, & in Holana post annum 1200. a Gudmundo Arii frequentius usurpari cœpisse, quorum utroque priorem consuetudinem parvi fecit; id vero magni inter ipsos & laicos dissidii causa existit, ut ex eorum actis constat. Hinc restè quidem, & pro more solito doctè, scripsit *EYOLFUS JONÆ*, Minister quondam Ecclesiæ Vallensis meritisimus, & Islandicarum Antiquitatum peritissimus, adferens, majores nostros statim post introductam religionem christianam voces & actus gentilium, ex quorum usu scandolum timeri potuit, penitus eliminasse; Quælia sunt: Gæþi, quando notat sacerdotem gentilem; *Hef*, delubrum; *stalli*, altare; *blaut*, chiriina ex sanguine oblationum; *at ansa born vatni*, aqua infantes lustrare, *blói*, sacrificium, & id genus alia. Sed quando his adnumerat *forbaugsgarð* & *skóggáugr*, & actus sub gentiismo juridicos, certe bonus ille Homerus nobis dormire videtur, quod salvo honore viri apprime literati & de antiqua Philologia optime meriti, dictum esse volumus.

- (a) Notandum, quod *Jus Canonicum Thorlaci & Ketilli*, Anno 1123. conscriptum, ne miniam quidem multam Episcopis deberi dicitet, præter eam, quam decimarum rectoribus & immorigeri clericis solvere debebant, in quibus, ut parti lætæ, satisfactio illis debebatur. Ideo ab omni avaritiæ labe puri erant hi Antistites & legum conditores; Sed multæ omnes aut læso, aut actori cedebant. Nullæ hic excommunicationes ecclesiasticæ, præter eas, quæ *forbaugsgarð* & *skóggáugr* dicebantur. Nec in Historiis hujus temporis, seu ante Annum 1180. ejusdem crebra fit mentio. Nominatur quidem in *Sturlunga* circa annum 1121. sed vis intra minas stetit.

justu & instinctu Thorlacus excommunicationem in Islandiam introduxit, & rigidius exercere cœpit (a). Hujus vestigiis successores insiterunt, adeo ut non tantum multas pecuniarias, ut antea, sed etiam pœnas competentes seu pœnitentias condignas (nostra lingua *skrifter*) (b) peccantibus irrogare cœptum sit; quæ si non ad unguem explerentur, aut episcoporum dictatis perfectæ non præstaretur obedientia, excommunicatio sequeretur. Quam graves & fere intolerandas peccantibus pœnitentias præscripserint, uno tantum exemplo, speciminis loco, ex antiquitate allato demonstrabimus.

§. 20.

Gravissima peccata decennii aut novennii expianda erant pœnitentia, quæ talis fuit: 1) Quovis anno tres carinæ (c), prima ante festum Joh.

- (a) Patet hoc ex epistolis Eysteini ad Episcopos Islandiæ, infra Sect. 2. c. 3. §. 4. inferendis.
- (b) De hujus vocis origine, significatione & usu in Scriptis Ecclesiasticis, ut & de libris pœnitentialibus solide & crudite more suo disserit Perillustr. quondam Havnæ Acad. decus JOH. GRAMMIUS in *Diatriba de voce Skrift & Skriftemaal*, quæ in Actis Societ. Havn. 1745. Tom. 2. occurrit.
- (c) De Erymo vocis *Carena*, *Carrina* vel *Carina* non unum omnes sentiunt: Sunt qui volent esse Germanicæ originis ut Karwoche seu Karfreytag. Alii a voce latina *carena* seu *carendo* ducunt. Denique etiam nonnulli a Gallico *Quarante* seu *Quadragesima*, puta 40. dierum numero, quod ex Pœnitentiali Romano Tit. 1. cap. 34. confirmare videntur, ubi de homicidiis legas: *Ita faciendum est tibi, ut pro Psalmista quadraginta dies in pane & aqua, quod teutonice Carina vocatur, cum septem sequens bus annis paniscas.* Conf. GERH. JOH. FOSSII de *Vitiis Lus. Scrm. CAROL. DU FRESNE* in *Glossario* & alios. Est autem *Carina* jejunium quadraginta dierum in pane & aqua, cum abstinentia a templo & conversatione hominum. Apud nos etiam locus, in quo jejunantes includebantur, *Carina* vocatus fuit. Hinc locelli in lapideo pariete seu muro, qui templum Cathedralis Høleneſe ex quadam parte cingebat, *Carina* dicti fuerant, quod hoc modo jejunantes talibus includebantur. Carinarum mentio quidem fit in *Sturlunga* Lib. 8. cap. 10. " Martein var því sidur í ferðum, at havn var í skriftum oc kárinum, " 2. *Martinius eo minus itineribus vacabat, quod pœnitentiis & carinis detinebatur.* Id est, ut ex contextu patet, Reikholti, apud Thorgilsum Bodvari fuit, ibique, pro commisso homicidio, ex præscripto Pœnitentiarii, pœnitentias egit. Et de alio quodam dicitur: " Hann fastadi kárinu. " 2. *Carina jejunavit.* Sed reos carceribus includere, flagellare & inhumaniter tractare, inferioribus sæculis inolevit, cum episcoporum despotismus & crudelitas ad summum apicem adfenderat.

Joh. Baptista, secunda ante Festum Sancti Michaëlis, tertia autem ante Festum Nativitatis Domini, sustinendæ erant. 2) Per Quadragesimam & ante Festum Natalitiorum Domini, quotidie in genua centies procumbendum, totiesque *Pater noster* recitanda, simili omnibus statibus jejunium, & quavis vigilia, geniculatione Oratio Dominica legi debuit. 3) Quavis feria sexta & tempore quadragesimali, quotidie ad minimum quinque, graviorum ictuum flagellatio sustinenda erat, tandemque ab omni molliore, tam diurno quam nocturno vestitu, & per triennium ab acceptione corporis Domini abstinere debebant.

§. 21.

Pro minoribus delictis, minores pœnitentiæ, tam ratione durationis, quam graduum, prout peccati gravitas, peccantis status aut conditio, aliæque circumstantiæ exigere videbantur, agendæ erant. Nunc enim octo, septem, sex, nunc etiam trium annorum pœnitentiæ injungebatur (a). Qui autem aut durius, quam pro meritis, secum agi putabant, aut gravissimis pœnis & jejunium ferendo non erant, eminentioris magistratus seu personæ ecclesiasticæ, aut misericordiam implorabant, aut indulgentiæ emendo, pœnas condignas declinarunt; qui nos, nempe indulgentiæ pecunia redimere, hoc tempore introductus, sequioribus seculis usitatissimus fuit.

§. 22.

Supremus seu ultimus disciplinæ ecclesiasticæ gradus fuit *Excommunicatio*, qua fontes, qui peccatum aut negabant, aut admoniti a peccato non desistebant, aut tandem pœnitentiæ præscriptas non peragebant, vel omnino detrectabant, non tantum a consortio ecclesiæ & beneficiis spiri-

(a) Permulta sane tam ex *Libro Pœnitentiali Theoloci Episcopi*, qui vales quantasque ille & forte alii episcopi, ob quodvis peccatum soliti fuerint præscribere pœnitentiæ, & quid quævis sacra cantilena, quævis actio sacra, denotet, luculenter enarrat, quam ex aliis historiis & documentis de pœnitentiâ ob incestum, adulterium, scortationes, furtum, mendacia, homicidium, personarum, locorum, & temporum sacrorum violationes, imo etiam de sempiterna pœnitentiâ, congerere possemus, si cuidam usui esse viderentur; sed cum hæc ad indicandum vigorem disciplinæ ecclesiasticæ apud majores nostros sufficere videantur, tali labore libenter superfedemus.

spiritualibus, sed etiam fere ab omni hominum conversatione arcebatur. Hæc fuit duplex, minor & major. *Minor* consistebat in ejectione ab Ecclesia, qva quis templum intrare, missam audire, & corpus Domini accipere prohibebatur (a). Hoc ut plurimum per literas aut bullam fiebat, talibusque certum tempus sæpius præscriptum fuisse videtur, intra quod resipiscerent, quod ni fieret, major omnino expectanda erat.

§. 23.

Major excommunicatio vulgo *Bann*, erat, qva fons non tantum a spiritualibus beneficiis & privilegiis ecclesiæ exclusus, iisque indignus declarabatur, sed etiam aqua & igne interdicebatur, omnesque ei communicantes pari pænæ subijciebantur. Hæc sæpius die festo inter sacrorum celebrationem, ipsius Episcopi, vestes sacras seu pontificales induti, ore & operi, adstipulante clero & præsentè populo, sonantibus etiam campanis, & accensis candelis, quæ horrendis imprecationibus, in vasculum liqore aliquo plenum projiciebantur, suffocandæ & absorbendæ, aliisque multis, & operosis cæremoniis fiebat, ubi tandem reus, si præsens adesset,

- (a) Excommunicatio minor, nostra lingua *forbad* dicebatur, id est prohibitio seu interdictum; hinc si tales templum inter celebrationem sacrorum intrarent, aut vi ejiciebantur, aut si id fieri non posset, evangelium & synaxis mittebantur, quod vocatur *ad låta messuna falla*, id est, missam mutilare, seu a missando desistere.

Forma autem excommunicationis minoris talis fuit:

Primo enumerabantur causæ excommunicationis, quæ plerumque hyperbolice exaggerabantur, quas enumeratas seqvebatur: *Ob has itaque enunciatas causas, dictum N. ab ecclesia & omnibus ejus sanctitatibus excludimus, & omnibus rebus sacris & christianorum omnium consortio ipsum indignum esse pronunciamus, prohibentes, nequis, sive sit Clericus, sive Laicus, eum domo recipiat, aut in minima quadam re adjuvet* Mandamus autem, ut eundem N. omnes & singuli vitent, & non secus ac iram Dei & inferni cruciatus avertentur, usque dum resipuerit, quod si intra præstitutum tempus (quod dispar fuit) non fecerit, & in suscepta malitia & contumacia perduraverit, ipsum sonantibus campanis & extinctis candelis, intra sanctum templum, adstipulante clero, ex legum ecclesiasticarum præscripto solemniter dnis devoturi sumus. Præcipimus autem Clerico nostro N. has nostras literas per unicuique toparchiam N. sub inobedientia & excommunicationis pænâ, tam clare & distinctè legere, ut a quovis audiri queant, nequis postea ignorantiam obtendere possit &c.

T

fer, iussu Episcopi, sed ope ministrorum, perinde ac Adamus ex Paradiso, ex templo ejectus, Carinæ (a) usque quo resipisceret, & pœnis condignas exsolveret, aut indulgentiam redimeret, includebatur.

§. 24.

- (p) Hic actus vocatus fuit proprie & *var'æoxw bann, bannsaung, bannsetning, bannfering* & de eo dicebatur: " At bannsetia med þringdam kluekum oc steypum kertum." *o: Pulsatis campanis & fossicatis candelis solenniter excommunicare.* Hæc ut plurimum in templis & quidem Latine fieri solebant. Sed ad minimum cantum & executionem, quæ verbo tantum perficiebantur, extra templum & Islandicè fieri potuisse docet Sigurdus Episcopus Anno 1242. *Sturlunga Lib. 6. cap. 35.* " I þessu kom ad Sig. " urdr biskup oc klerkar hanns, hann var skýldr, hafdi mitur á höfði oc bagal i " hendi, enn bók oc kerti í annari. hleypr hann þá út yfir viduna oc hefir upp " bannfering." *o: Interca Sigurdus Episcopus cum suis clericis adeit; is vestis sacro indutus, capite insulam, linnu manu, altera autem librum & candelam gestans, ligna transfuit, & excommunicationem exorditur.* Et Godmundus ibidem Lib. 4. cap. 2. " Biskup var skýldr á háfum uppi og las bannsetning á norrœna tungu, is " allir skyldu skilia." *o: Episcopus in testis adiun, sacras vestes indans, excommunicationem lingua Norvegica, ut omnes intelligerent, recitavit.* Integris provinciis, ob enormia magistratus delicta, sacris interdiceret moris quidem fuit, ut ex multis patet exemplis, sed Henricus Episcopus universæ provincie Skaghorðens, ob parvam admodum causam, Anno 1254. majorem excommunicationem nilans est. *Sturlunga Lib. 9. cap. 40.* " Biskop tendi mann á Kálftadi og let legja Þorgils, at " hann mundi þann dag bannfýngia hann med steypum kertum, og mér van at " hann mundi bannfýngia allt heradit." *o: Episcopus nuncium Kálftades misit, Thorgilsum monitorem, se eodem die illum candelis exersis excommunicatum, & probabiliter quoque toti provincie interdictum.* Sentes autem seu excommunicatos Carinis seu carceri includere, priusquam seculo 14, ac postea, cum Episcoporum imperium, aut despotismus ad summum fastigium pervenerat, in usu fuisse, me legisse non memini. Sed hæc loci id annotare visum est, cum alias de excommunicatione & Carinis agendum esset.

Forma autem excommunicationis majoris talis fuit:

Ex auctoritate Patris Filii & Spiritus Sancti, & Sanctæ Mariæ matris Domini nostri Jesu Christi & S. Michaelis & Johannis Baptiste & S. Petri & Pauli principum Apostolorum, & S. Steplani & omnium Martyrum & S. Sylvestri & omnium Confessorum, & S. Aldegundis & sanctarum Virginum, & omnium Sanctorum qui sunt in celo & in terra, anathematizans & a linnibus S. Matris Ecclesie segregans N. Sic maledictus in donibus, in horreis, in lectulis, in curia, in campo, in agro, in via, in villa, in civitate, in castello. Maledictus in sylva, maledictus in flumine, maledictus in gurgite, maledictus in ecclesia, maledictus in canistero, maledictus in tribunalibus iudicum, maledictus in foro, maledictus in duello. Maledictus
omni.

§. 24.

Quemadmodum fontium excommunicatio, ita nec excommunicatorum aut delinquentium *absolutis* sine cæremoniis & externo splendore perfici potuit. Hanc adepturus, sacco seu vilibus indutus vestimentis, nudis pedibus, vultu ocalisque in terram dejectis, ipso habitu, toroque ore pænitentiam ostendens, ad fores templi semet obtulit. Ibidem secundum modum culpæ, pænitentia per præscriptos gradus & numeros injungebatur. In templum deinde introducto, & supra corium ursi vel tale quid constituto, coma absconditur, cinere caput aspergitur, cilicioque operitur. Hinc aut ad agendam pænitentiam, & usque dum pænas sibi condignas luisset, ab ecclesia extruditur; aut si vades daret, vel etiam

T 2

jura-

orando, maledictus loquendo, maledictus tacendo, maledictus manducando, maledictus bibendo, maledictus dormiendo, maledictus vigilando, maledictus palpando, maledictus ambulando, maledictus sedendo, maledictus stardo, maledictus currendo, maledictus quiescendo, maledictus equitando, maledictus audiendo, maledictus videndo & gustando. Maledicta sint omnia ejus opera, maledicatur caput ejus, oculi ejus, nares, pupilla, dentes, lingua, guttur, pectus, cor, venter, jecur, stomachus, splen, umbilicus, vesica, crura, pedes, manus, brachia, scapula, dorsum, omnis caro ejus, & omnis cutis ejus, a vertice usque ad plantas pedum, quidquid inter est, totum maledicatur, & maledicantur quinque sensus corporis ejus, visus, gustus, auditus, odoratus & tactus, & maledicatur in omnibus operibus. Adjuro te diabole & omnes satellites tuos, per Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, ut nullam habeas requiem, diebus nec noctibus, donec perducas eum ad æternum & seculare dedecus, sive submergatur in fluminibus, sive suspendatur in equuleo, vel devoretur a sylvestribus bestis vel lacretur ab avibus cæli, sive comburatur in flammis, sive interficiatur ab inimicis & odio habeatur ab omnibus viventibus. Filii ejus orphani, & uxor ejus sine viro efficiatur vidua. Non sit illi adjutor, nec sit qui misereatur pupillis ejus. Et sicut Lucifer abjectus est de celo, & sicut Adam expulsus de Paradiso, sic abjiciatur & expellatur, de hac cotidiana luce, & de piorum habitationibus, & ab omni hereditate eorum & post obitum sepeliatur in pascuis asinum. Fiat quoque pars ejus cum Datan & Abiron & cum Juda & cum Pontio Pilato, & cum eis qui dixerunt Domino Deo: recede a nobis, viarum tuarum scientiam nolumus. Et sicut extinguuntur læ lucernæ de manibus nostris, sic extinguatur lucerna oculorum ejus, nisi respiciat & ad satisfactionem perveniat. Fiat! Fiat! Amen.

Plura execrationum existant exemplaria, in nonnullis ab his discrepantia, unde constat non omnes eadem ulús esse formula; Sed differentia tanti non est, ut notatu digna videatur.

juramento caveret, omnia bona fide sese præstiturum. (a), impositione manuum aliisque cæremoniis absolvitur.

§. 25.

Ordinationis Sacramentum variis cæremoniis peragebatur, quarum præcipuæ fuerunt, unctio, manuum impositio, & inflatio, cum pronuntiatione verborum: *Accipe spiritum sanctum*, quarum unicuique certæ præcæiones addebantur. Ordines autem ecclesiastici fuerunt septem. Primus *Ostiariorum*, quibus cum ordinantur, tradit episcopus claves ecclesiæ, in altari repositas, dicens: *Sic age quasi rationem redditurus Deo*. Secundus est *Lectorum*, qui ex pulpito recitant quicquid in ecclesia legendum est, extra tempus sacrificii, quibus eapropter in ordinatione traditur liber, quem lectionarium vocant, addita hac verborum forma: *Accipe potestatem, & esto verbi Dei relator*. Tertius est *Exorcistarum*, quibus ex officio incumbit, super catechumenos, aut eos qui spiritum habent immundum, nomen Jesu invocare, adjurantes per ipsum, ut malignus iste spiritus egrediatur, quare cum ordinantur, accipiunt de manu Episcopi librum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente Episcopo: *Accipe & commenda memorie, & habe potestatem imponendi manum super energumenos, sive baptizatos sive catechumenos*. Quartus est *Acolutorum* (ακολυτω seqvor) quibus hoc officium commissum est, ut Diaconum ad locum Evangelii accenso cereo sequantur, quæ etiam causa est, ut ipsis in inauguratione cum cereo & urceolo tradatur candelabrum, additis his verbis: *Accipe ceroservarium cum cereo, & scias te ad accendendum lumina mancipatum, in nomine Domini, & accipe urceolum ad suggerendum vinum & aquam in eucharistie sanguinis Christi sacramentum*. Quintus est *Subdiaconorum*, quorum officium est ministrare Diacono in sacrificio, & propterea quando

(c). Juramentum quod tales fecerunt, ita se habuit: *Iteo manum sacro libro impono, & in conspectu Dei testor: &c. Testibus bonis hominibus, qui hic adjiant & verba mea audiunt, quod tibi stipata manu pollicor, vocoque me proxima æstate emigraturum, & Romam aditum esse, modo mihi Deus vitam & valetudinem concedat, ad intercedendum pro anima mea, nisi Dominus Episcopus aliud melius consilium mihi daturus sit: Væreo sancteque pollicor, ne penas condignas & multas pecuniarias, pro me injuncta sunt, bona fide soluturum, ad emaculanda peccata, que in Deum, & vos commisi. &c.*

¶ *Ordinantur*, accipiunt calicem vacuum & patinam. Sextus est *Diaconorum*, quibus incumbit cura pauperum, opibus ecclesie præesse, sacrosancti sacrificanti adstare, atque populo eucharistiam distribuere, tempore sacrificii evangelium legere, prædicare & baptizare, & uno verbo omnia quæ sunt presbyteri & episcopi, facere, excepta consecratione corporis Domini, ordinatione clericorum, & aliis officiis, quæ ordinis potestatem requirunt. Septimus est *Sacerdotum*, quibus non tantum concessum est prædicare & baptizare, sed etiam corpus Domini conficere, & si Episcopus est, alios ordinare.

§. 26.

Conjugio tantum veteres habuerunt honorem, ut legibus sancirent, eum qui sponso ad nuptias aut desponsationem tendenti, aut inde redenti, etiam si quatuor haberet comites, sponsæ autem cum duobus comitibus, gratuitum denegaret hospitium, exilio multandum conferent. His etiam pridie festorum & sabbatorum ad iter faciendum præ reliquis viatoribus, longius tempus indultum fuit. Desponsatio inter conjugium inituros, quandoque integro anno vel pluribus ante nuptias sponso & parte despondente, certis formulis & conceptis verbis, constituta dote, & donatione, dextras jungentibus, fieri consuevit: Convivia autem nuptialia 1) pridie festorum aut jejuniorum. 2) Ab initio Quadragesimæ usque ad Dominicam in albis, 3) a Dominica vocem jucunditatis ad Festum Trinitatis, 4) ab initio Adventus, usque ad octavam post Epiphaniæ, sub præna exilii instituire non licuit. Legitimum vero habebatur conjugium, si observata in quintum usque gradum consanguinitate, ad minimum sex testibus præsentibus fierent nuptiæ: conjugesque ad lucem diei sive lucernæ, non vero in tenebris cubitum irent. Divortium autem sine episcopi venia & dispensatione, nulli facere licuit (a).

T 3

§. 27.

(a) Pontifex Romanus Deus Dedit, qui ab anno 614. ad 617. sedit, primus Constitutionem de cognitione spiritali fecit, quæ prohibebantur, qui pro alterius liberis inter baptismi ritus fidejusserant, in matrimonium coire, qui mos statim cum christianismo in Islandia receptus fuisse videtur. Vid. *Hist. Diplomat. darum* cap. 50. & *Sturlinga* lib. 2. cap. 20. collat. cum *Juris Ecclæs.* cap. 2. Sed Anno 922. Constituentia ab odo Episcopis & nonnullis Abbatibus, præsentibus Carolo Franciæ & Henrico Germaniæ Regibus

§. 27.

Extrema Unctio iis tantum impertienda erat, qui manifeste in agone mortis versari videbantur, quibus omnes sensus exteriores seu organa quinque sensuum, ut sunt oculi, aures, labia, manus, pedes & nares, oleo unguenda erant, cum pronuntiatione verborum: *Per istam sanctam unctionem & piissimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quicquid (hoc membro) vitii commisisti in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti* (a).

§. 28.

Rudiorum in doctrina caelesti informatio, vel nulla, vel exigua valde fuit. Tantum exigebatur, ut orationem Dominicam, Symbolum Apostolicum, & paucas praeterea precationunculas recitare possent, aut ad minimum de fide interrogati, respondere scirent, credere se in unum Deum, in reliquis autem eadem se ac Ecclesiam credere; sed magia, incantationes taliaque severe prohibebantur, & si quis ea exercuisse testibus convictus fuit, exilio plectebatur (b).

§. 29.

Regibus statutum fuit, ut nuptiae in septimum consanguinitatis gradum prohiberentur. In Islandia vero ne intra quintum gradum coirent observatum fuit. Vide *Jus Eccl.* cap. 13. & 17.

- (a) Oleum quod actionibus seu usibus sacramentalibus adhibebatur, non fuit vulgare, sed ab episcopo Die viridium certis exorcismis consecrari debuit. *Jus Eccl.* cap. 2. "Krisina skal biskop fá þessi á hverjum tólf mánaðum, oc vígia mæstökæði launs."
- 2: *Episcopus sacerdos semel quotvis anno christiana suppeditato & vestes ejus in sacro officio gestandas consecrato.* Quod unctioni inimicorum destitutum fuit, hoc modo consecrabitur: Primo Episcopus ampullam ita exorcizavit: *Exorcizo te in nomine spiritus omnisque incurso Satanae & omne phantasma, in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti, ut recedas ab hoc oleo, ut possit effici unctio spiritualis, ad corroborandum templum Dei vivi, ut in eo possit Spiritus Sanctus habitare, per nomen Dei Patris omnipotentis, & Filii ejus & Spiritus Sancti.* Deinde Oleo ipsi benedixit his verbis: *Limite quassimus Domine Spiritum Sanctum Paracletum de caelis, in hanc frigiditatem olivae, quam de viridi ligno producere dignatus es, refectorem mentis & corporis, ut tua sancta benedictio, sit omni hoc unguento caelestis medicinae per unctio, tutamen mentis & corporis, ad evacuandos omnes mentis & corporis dolores, omnes infirmitates omnemque aegritudinem mentis & corporis, per Dominum &c.*
- (b) Vid. *Jus Eccl. Antiqu.* cap. 11. "Menn skolo trúá á gud einn, oc blóta ei háldnar vattir."

§. 29.

In conventibus publicis fiebant *cantiones & lectiones*, variis formulis, gestibusque, ut circuitionibus & processionibus, reliquiarum ostentatione & osculatione. Lectiones autem illæ & cantiones ex evangeliiis & epistolis, vel etiam ex libris Veteris Testamenti, præfertim Psalmis, quædamque etiam ex Patrum Homiliis, aut vitis desumptæ erant. Sed plurima horum latine peragebantur, quæ Antistes tandem pro suo captu aut libitu explicavit & applicavit (a). Privatarum precationum formulæ variæ occurrunt; quidam enim morti vicini, aut in angustiis constituti solum Deum (b), quidam vero sanctos invocaverunt.

§. 30.

"vættir." : *In solum Deum credendum est, nec nomina cæcæ invocanda sunt.*
 Et cap. 2. "Manni hverjoni tólf vetra gömlum, er hefer vit til, er skyldt at kunn-
 na ord oc atferli at skira barn. Enn ef hann kann at fyri óræktaríski, oc verdr
 "at rett at skirn farit, þá vardar þat hörbaugsgard, oc á biskop at ríða fyre lík
 "þeirri. Þat er oc skyldt hverjoni manni, er hyggindi hefer til; bædi kærnum oc
 "konoin, at kunna Pater noster oc Credo in deum. Ef hann vill at kunna, oc
 "hafi hann vit til, oc vardar hönum þat hörbaugsgard, oc á biskop at ríða fyre lík.
 "Þeirri, liver sakia skal. Sveim síu vetra gamall skal skira barn, þvi at eius yngri
 "madr, ef hann kann Credo og Pater noster." : *Duodecennis quovis, recta ratione
 præditus, verba & modum infantem baptizandi scire tenetur. Quod si sordidus ergo
 nesciverit, & baptizatus non rite peractus fuerit, exilii minoris reus esto, cujus causæ
 dominus, episcopus esto. Quovis etiam bono, sana ratione gaudent, tam scævina,
 quam mas, Pater noster & Credo in Deum memoriter scire debet. Quod si capaci-
 tate præditus discere recusaverit, exilii minoris reus esto, sed episcopus, quis actor
 erit, præcipito. Puer septennis infantem baptizato, sed eo solum modo junior, si Credo
 & Pater noster memoriter calluerit.*

- (a) *Starlunga* Lib. 7. cap. 14-15. refert Henricum Episcopum in templo Holano, ipsissimo Salvatoris Nativitatis festo, de injuria Thorgilfo, a Ratno & Starla facta, concionatum fuisse; Similiter Brandum Abbatem festo Blasii in templo Reikholtenfi, de eadem re, maximo verborum pondere locutum fuisse.
- (b) Gissarus Thorvaldi in incendio Flugumyrensi ad mortem se præparans, Deum unice invocavit. *Starlunga* lib. 9. cap. 3. Skidus quidam legit *Pater noster*. Ibidem lib. 4. cap. 57. Sæmundus Orni Litaniam. Lib. 6. cap. 17. Starla Sighvati Precationem Augusti vel forte Augustini. Lib. 5. cap. 29. Urækia Snortonis dum evitatur & occiditur, Thorlacum invocat, cæcinitque precationem: *Sancta Maria Mater Domini nostri Jesu Christi*, lib. 5. cap. 4. Arius Finni filius mortis cæcinit: *Ave Maria Mater*. Eadem *Starlunga* Lib. 7. cap. 42. Nautæ quidam in vitæ periculo constituti

a Pres-

§. 30.

Festa quæ legibus cautum erat observare, nec pauca fuerunt, nec e'usdem generis & observantiæ, quædam enim majoris sanctitatis, quædam minoris notæ cenfebantur.

Festa maxima fuerunt quatuor:

Primum fuit *Festum Nativitatis Salvatoris*, tredecim semper diebus continuandum, cujus primus, octavus, & ultimus dies summa sanctimonia erant celebrandi Intermedii autem perinde ac sabbatum seu Dies Dominica observabantur (a) Alterum erat *Festum Paschæ*, seu dies resurrectionis Domini, quatrinduo continuandum, ita tamen, ut prima dies sanctissima haberetur, reliquæ autem sabbatis pares censerentur. Tertium fuit *Festum Ascensionis Domini*, quod in feriam quintam sextæ post Pascha hebdomadis incidit, nostra lingua, "Gagndagavika" appellatæ (b), cujus feria secunda, tertia & quarta. Diei Dominicæ æquabant sanctitatem, addito tamen jejunio, nisi alia festa, scil. Philippi & Jacobi, Festum Crucis, aut Dies dedicationis templi, in duas priores incidere; Tunc enim

a Presbytero postularunt, ut nomen altissimum nominaret, qui cum nullum se alius quam nomen Jesu scire diceret, stomachantes id rejecerunt, & aliud postularunt, sed quale id tandem fuerit, non additur; Suspicio fuisse sanctissimum nomen tetragrammaton, de quo forte aliquid inaudiverant, licet nec intelligerent, nec memoria tenerent. *Sturlunga* lib. 3. cap. 2. Confer quæ huc pertinentia infra de Jona Ögmundius, Thorlaco, alisque occurrunt.

- (a) Omnibus hisce diebus intermediis res æconomicas licuit peragere, ut pecora mactare, cereviliam coquere, excrementa pecudum efferre, & id genus alia, quæ summis festis peragere non licuit.
- (b) Indifferenter scribitur "Gagndagr" quod *diem lucræ* aut commodi significat, vel etiam "Gangdagr" quod *diem circuitationis* denotat. Hoc enim festo quivis pastor circa sui templi cæmeterium, ordinariam processionem instituere debuit, hoc modo: Erectis in sepimento templi septem crucibus, præferebatur *contus elevationis*, cum tribus candelis, nostra lingua, "upphalds stiki" quales in quibusdam templis hodie supersunt. Deinde ferebatur aqua consecrata, qua templum & cæmeterium subinde aspergebatur. Postea ipse pastor, secum precatiunculas mimumrans, & hunc deinde tota concio, sequebatur. Præterea quivis colonus &c. habitacula sua & areas cum crucibus & piis precibus circumire, arva agrosque lustrare debuit. Hanc ceremoniam ab ethnicorum Ambarvalibus derivari vult *GUDMUNDUS ANDRÉE* in *Lexico* ad vocem Gagndagr.

enim jejunium non modo solvebatur, sed carnibus etiam vesci licitum erat; a quarti vero diei jejunio hæc festa liberare nullo modo potuerunt. Tanta enim erat sequentis festi seu diei Ascensionis sanctitas & veneratio, ut omnino jejuni eam inchoare deberent (a). Quartum fuit *Festum Pentecostæ*, biduo tantum observandum, prior quidem, ut prima Nativitatis & Paschatis ferias, aut Ascensionis festum celebrandus erat, posterior vero fuit Diei Dominicæ æqualis.

§. 31.

Septima quæque dies quiete a labore sanctificanda, & a reliquis discriminanda erat, adeoque pro sancta & Deo dicata habenda fuit. Hæc quies seu cessatio a laboribus incipere debuit die Saturni, hora post meridiem tertia, id est quando sol a plaga australi ad plagam occidentalem, duas partes regionis libanoti percurrerat, una autem supererat, duravitque ad mediam noctem, diem solis subsequenter, si dies lunæ fuit profestus. Si quis autem hanc legem violaret, eaque citra urgentem necessitatem faceret, quæ legibus non erant permilla, trium marcarum, seu 4. Joachimicorum cum dimidio, reatum contraxit. Eadem ratio fuit festorum, quæ minoris notæ appellabantur (b). Nisi quod quædam eorum ab hora

(a) Parasceve festorum jejunis erat transgenda, sed ipsa festa non item; Nam iis licuit convivia instituere, imo etiam carnibus vesci.

(b) Hæc ex *Jure Eccl. Thorlacii & Kerilli* c. 13. sumta sunt, cujus verba initialia nostri temporis criticorum crux dici merentur: " Ver skulum hallda þwartdag hinn sianda hvern " helgaun at nóni, sá er narítr drottinsdegi fyrir, súa at þá skal ái vinna síðan eykt " lídr, nema þat er nú mun ek telja oc drottinsdag á at vinna. Þá er eykt, er út " fudarsátt er deild í þrjúdanga, oc hefur sól gengna tua luti, enn einn ógengit." Quæ, si verbum verbo reddatur, ita sonant: *Nobis dies Saturni; septima quæque, quæ diem Dominicum præcedit, sacra erit ab hora nona, adeo ut non sit licitum quidquam operari, postquam præterit eykt, nisi quod nunc numerabo, sabbatis esse pernissum facere. Tunc autem est eykt, quando sol duas partes plage libani percurrerit, una autem superest.* Nonnulli Criticorum, hunc locum in mendo cubare ajunt, alii autem, inter quos & nos nomen profiteamur, omnia se recte belleque habere autumant, modo recte intelligantur, & dextre explicentur. Vocum Islandicarum *eyke* & *ástra*, si non profus eundem, tamen valde similem significatum contendimus; scilicet quod litteris & sono tantum differant, sed conveniant origine & significato, nisi quod

U

hora sexta incipiebant. Exceptiones autem, seu opera Sabbathi & Fæstis licita fuerunt: Cibum præparare, quantum durante festo sufficere videbatur. Ex itinere redeunti die Saturni domum tendere, oneraque æquis vehere

quod *ætt* tribuitur plagæ horis, *eykt* autem tempori, quo sol illud spatium tran-
sit. Nam cum veteribus octo tantum essent mundi plagæ, ideo quæcumque earum
dem *ættu*, seu octavam vocarunt, & unicuique harum, seu mundi & horis octava
væ, cujusvis nycthemeri octavam partem tribuerunt, quam *eykt* nominarunt; Hæc
ut melius intelligantur, distincte agendum erit, & demonstrandum, quot notioni-
bus vocula *eykt* in antiquo nostro idiomate gaudeat. Antiqua vox *eykt* varios habet
significatus, quorum latissimus & hodie utatissimus est primus, quando significat in-
tegrum trihorium, quorum octo diei naturali seu integro nycthemero tribuuntur, adeo
ut unicuique plagæ, quæ antiquis octo tantum, sua esset *eykt*, unde matrem initium
numerandi sumatur, non multum refert. Nos eos hæc vice sequimur, qui cum ini-
tium diei numerandi initium faciendum esse autumant; Ex horum igitur sententia dies
nocti oppositus oritur una cum *eykt*, quæ (nobis prima) incipiebat hora septima post
dimidia, seu in regione subsolani, antiquorum *dagmál*, seu initium diei; & desine-
bat hora decima cum semi, seu dimidiata undecima, quæ plagæ dicta fuit "land-
sudsarsátt," seu regio vulturini, cujus medium est hora nona antemeridiana. Se-
cunda *eykt* incipiebat in regione æronoti seu hora 20^h, & desinit selsvi hora post
meridiem, seu in austro africo, diciturque "Sudurátt" seu regio aut plaga æ-
sthalis, cujus medietullium est hora duodecima, nostrum *hádege*. Tertia *eykt* danda
est plagæ libanoti seu "úrfudsarsátt" (quam cum suis terminis hoc loco nominat
auctor noster), quæ a selsvi hora post meridiem seu austro africo, nostro *midmunda*
inchoatur, & desinit hora quinta dimidiata in regione argestæ, cujus medium est hora
tertia pomeridiana. Quarta *eykt* seu occidentalis, non diei sed vesperi tribuebatur,
& desinit in sede japygis, seu dimidiata hora octava, antiquorum *nástmál*, cujus me-
dientullium seu confinium horæ sextæ & septimæ, vocatur *midraptan*, scil. medius,
vesper. Quinta *eykt* assignanda est "útmordsarsátt," seu regioni cori, incipiens
a japyge, & desinens in circio, cujus medium est hora nona pomeridiana. Sexta *eykt*
danda est regioni boreali, incipiens a circio, in medio habens boream, & desinens
in gallico, seu selsvithora antemeridiana, quam etiam cum suis terminis Auctor
noster expresse describit cap. 20 his verbis: "Þat er norðrætt er sól er kominn í
" beggia ætt norðes oc útmords, oc til þess hún er kominn í beggia ætt norðs oc
" landnorðs." 3: Plaga borealis est, a qua sol constitutus est in medietullio cori &
boreæ, usque dum erit medius inter boream & cæciam, quæ noster definitioni accu-
rate respondent. Septima *eykt* sedem habet "landnerðarsátt," seu in plaga cæciæ,
incipiens a selsvithora post mediam noctem, in medio habens cæciam & desinens in
quinta dimidiata, seu in sede apartiæ, quæ nostro sensu est antiquorum *ættæ*. Octava
denique *eykt* sedem habet ad orientem, & *mane* appellatur, incipiens ab apartiæ, seu
hora quarta cum semi, in medietullio habens orientem seu horam sextam, quod tem-
poris

here licuit, usque dum sol esset in media occidentis plaga constitutus; idem etiam nautis, seu navi iter facientibus; simile quid etiam iis, qui nuptias adibant, aut ex iisdem domum revertebantur, concessum fuit. Onera autem ex monte equis portare, si cui iter tardius quam speraverat,

U 2

procef-

potis punctum *midmorgun*, seu medianum mane vocatur, definens in hora octava dimidiata, antiquorum "dagmálafstadi," id est in subsolano, a quo hanc enumerationem orti sumus. Hic est vocis *eykt* primus, ultimatissimus, & maxime proprius significatus, (sed translate significat longum tempus, ut in proverbii *á eyktannótum*, scilicet: perraro, non nisi interjecto longo tempore; *eykt og ást*, scilicet: statem æternumque). Hæc fuit dici naturalis divisio apud majores nostros, usque ad introductionem religionem christianam, seu quændam monachi temporum notationes ad suas horas canonicas non pertaxerunt. Secunda significatio vocula *eykt* est specialis, & hodie obsoleta; antiquis tamen in usu fuisse, ex locis mox citandis, constat. Illi enim certum quoddam tempus, aut integrum trihorium, aut ultimum ejus trientem per exochen quædam, *eykt* appellarunt, & ultimum hujus *eykte* momentum, *eyktarstadi*, seu locum & finem *eykte*. Conspicuum hoc fit ex loco *Edda* in Proömio, qui sic se habet: *Ab æquinoctio est autumnus, usque dum sol occidit in Eyktarstadi, deinde hyems ad æquinoctium*. Hujus loci talem dæmni paraphrasin: Autumnus ab ipso æquinoctio autumnali inchoandus est, & durat usque ad hyemis initium; quod ex eorum mente & computo semper inchoabat in diem Saturni; ille autem dies Saturni, qui eorum tempore hyemem inchoavit, fuit qui inter decimum & decimum octavum diem Octobris inchoabat. Hanc paraphrasin *Eddam* cuique sine præjudicio legenti, & cum eorum computo conferenti, veram esse patebit; unde colligo, in quo loco meridionalis Islandiæ, ut est Reikholtum, ubi *SNORRO* plerumque vixit, & si modo *Edda* inanus adnotavit, eandem ibidem collegisse videtur, ut & Skalholtum, ubi *THEODORUS THORLACIUS* vixit, & suam scripsit *Calendarium*, sol occidit circa id tempus, quo veteres hyemem inchoabant, ibidem quærendus est eorum *eyktarstadi*, sive locus & finis *eykte*. Atqui observante (alios lubens taceo) harum rerum pe iustissimo, ut & contrariæ sententiæ patrono, Mag. *THEODORO THORLACIO*, Episcopo quondam Skalholtino meritisimo, Skalholti, quod in meridionali Islandia situm est, sol horizontem subit in regione aëstis, seu hora pomeridiana quinta dimidiata XVI. Cal. Novembris, seu 17. Octobris, qui est dies ultimus eorum, qui apud veteres hyemem inchoabant. Vid. *THORLACII Calend. Schalholti Anno 1692.* editum, aut, ut quidam volunt 4. Idus Novembr. seu die 12. Novembr. quod etiam Reikholti observatum est: Eigo ibidem est veterum *Eyktarstadi* seu *eykte* specialiter sic dicte finis. Eodem etiam sensu occurrit hæc vox in *SNORRONIS STURIAEI Hist. Norv.* per Peringschiöldium editæ, qui locus non mediocriter torfit non modo ipsi editorum, sed & celeberrimum *TORFÆUM* in *Vinlandia* sua, cum nec vocis *eykt*, diversas significationes, nec earundem veram & genuinam sedem, seu initium & finem, satis accurate observavit; locus autem ad verbum verbo redditus ita se habet: *Major erat illic*

(> in

processisset, Sabbato & festis diebus licuit. Sed qui domum pertingere non potuerat. ad proxime occurrentem villam pernoctare tenebatur, nisi dictatam mulctam solvere mallet, cujus etiam reus fiebat colonus, qui tali viatori domicilium denegabat.

S. 32.

(x: in Vinlandia) *dierum & noctium aequalitas, quam in Grönlandia aut Islandia, sol illic habuit* *eyktarstaf* & *dagnálastaf* *brumali tempore* Si jam observetur, invicem hic sibi opponi *eyktarstaf* post meridiem, & *dagnálastaf* ante meridiem, quorum medietullium sit ipsa plaga australis, seu hora duodecima, simulque attendatur, diversus vocis *eykt* significatus, & irrefragabilis vocis *eyktarstaf* sensus in loco ex *Edda* supra allato, manifestum est, per vocem *eyktarstaf*, hic etiam intelligi horam quartam post meridiem dimidiatam, & per *dagnálastaf*, horam ante meridiem dimidiatam octavam. Tertius locus occurrit in *vita Olai Trygg.* Part. I. esp. 154. pag. 183. ubi Auctor de praelio Jonsvicentis verba faciens, *tum* inquit, *erat id tempus diei, ut urgeret eykt.* Hic manifestum est, loqui eum non de communi *eykt*, seu incerto tempore, sed de eo quod specialiter vocabatur *eykt*. Taceo nomen proprium in Toparchia Mubensi *Eyktarvöpa*, quod ab hac seu sequente notione vocis *eykt* ita vocatur. Tertium voculae *eykt* significatum nobis suppediat locus, qui jam ad manus est ex *Jur. Eccles. Thoslaci & Kesilli*, qui dicit *tum esse eykt, cum sol duas partes likavoti* (utúpsátt) *transiit, una autem superest*, quod momentum seu temporis individuum incidit in horam pomeridianam quartam dimidiatam, qui significatus quantum scio nunquam nisi heic loci usurpatur, ideoque singularis, seu specialis & mere ecclesiasticus, dici soletur. Hoc etiam ipse Auctor innere videtur, quando hanc vocem seu verum ejus significatum, quem hic obtinet, explicare aggreditur, dicens: *Est autem eykt &c.* Quasivero non intellexerint ejus ætatis homines quid *eykt* significaret, & tali explicatione opus haberent, si vox in communi & usitato significato posita fuisset. Sed cum hic plane singularem sensum obtineret, omnino necessarius erat hæc explicatio, quibus fundamenti loco substratis, facilis est hujus vocis explicatio hoc modo: Sabbatum quidem incipit finita hora tertia, sed cum operarii sæpe uno momento laborem abjicere, sæpe quieti dare non possint, aliquantulum temporis ad colligendum arma & instrumenta operaria, & unum quodque suo loco reponendum, tibi tuto per sabbatum manere queant, exigitur. In hos usus dimidium horæ, scilicet a tertia (nostro *Nón*) ad quartam dimidiatam conceditur; quo elapso, *eykt* specialissime sic dicta incipitur, in qua, aut post eandem, aliqui operis agere, nisi summa urgeret necessitas, non licuit. De horis & horologio Islandico scripserunt: Mag. JONAS ARNÆUS, quondam Skalholtensis Episcopus vigilantissimus; PAULUS VIDALINUS, Islandie Nomophylax doctissimus; & frater meus carissimus VIGEVUS JONÆUS, Præpositus & Pastor Hyrdalsenhum meritisimus. Nos ad Vidalinii sententiam proxime accedimus, quod uberius in *Tractatu de veteri & novo Islandorum Horologio* exposuimus, unde hæc excerpta sunt. Reliqui autem Duumviri contrarium foverent sententiam, Islandorum horologium ex Hebræorum, Græcorum, & Romanorum institutis derivantes, omnique ad eorum placita & monachorum mores accommodantes.

§. 32.

Festa, ut jam dictum est, non unius fuerant generis & observantiae, quibusdam nihil omnino operari licuit, praeter perpauca in legibus excepta. Haec fuerunt Dies Natalitiorum, Circumcisionis, Epiphaniae, Prima Paschatis, Ascensionis, Prior Pentecostes, Mariae festa omnia, Johannis Baptistae, Petri & Pauli, Dies dedicationis templi, & Festa Thorlaci (a). Opera autem his diebus licita haec enumerantur: 1) Albos urfos occidere (b). 2) Urfos marinos sive odobenos capere (c). 3) Balenas mortuas, fluctuantes advehere, terrae alligare, & si alligari non possent, distribuere. 4) Si pisces oram sponte accederent, eos uncis & manibus, non vero hamo vel reti capere licuit. 5) Aves, quae ob defluvium pennarum volare non poterant, manibus capere permissum erat. Sed ex omnibus hisce quinta pars pauperibus cedere debuit.

§. 33.

Minoris vero notae & observantiae erant festa sequentia, omnia tamen observanda, quae hic secundum mensium seriem enumerare placeat: Sancti Hilarii. (1) Sanctae Agnetae. (2) Conversionis Pauli Apostoli.

U 3

Festum

- (a) Dies exhumationis, incidens in 13. Cal. Aug. & dies emortualis, qui fuit 10. Cal. Januarii. Sed dies electionis 3. Cal. Julii inter minora festa refertur vide §. prox. seq.
- (b) Quare albi magis quam nigri aut alius coloris urfi captura summis festis licita fuerit, non facile dicitur, nisi consicere liceat, id ob pellis pretium factum esse, aut quia urti albi, ut vulgus vult, reliquis sint ferociores & noentiores.
- (c) Amphibion hocce ob eorii praestantiam, quo rudentem loco antiquitus utebantur, ut & dentium pretium, quovis tempore occidere indultum erat. Vide quae de dentibus marinarum notata sunt, Per. 3. Sect. 3. cap. 1. §. 39. ut & Period. 4. Sect. 3. cap. ultimo. Reliquorum animalium capturae, quae hic conceditur, fundamentum esse lucrum inde proveniens, cuilibet intuenti patet, quam indulgentiam, acutissimum talem necessitas & fames, nostratibus saepe ingruens, legislatoribus expressisse videtur.
- (1) Hilarius Episcopus Pictaviensis, mortuus 359. 13. Januarii. Nostra lingua hic dies & nunc & olim vocatur *Geisladagr*. 3: Dies splendoris seu illuminationis, cujus denominationis ratio nos latet, neque consicere licet, quid sibi velit, nisi forte sic dictus fuerit, habito aliquo respectu ad Hilarii nomen, quod illuminet & exhibeat, vel ad illius personalia, vel denique, quod sua orthodoxia & confessioe, ut & disputationibus contra Arianos, splendoris inslar fuerit.
- (2) Sanctae Agnetae mentionem faciunt Prudentius, Hieronymus, Ambrosius & Augustinus, cujus anniversaria, tam Graeca, quam Latina Ecclesia celebravit.

Festum Brigidæ. (3) Purificatio Mariæ. Cathedræ Petri. Matthiæ Apostoli. Gregorii. (4) Benedicti. (5) Annunciationis. Joh. Episcopi. (6) Robigalia. (7) Philippi & Jacobi. Inventionis Crucis. Columbæ. (8) Johannis Baptistæ. Electio Thorlaci. (9) Petri & Pauli. Martyrum Selöensium. (10) Jacobi. Divi Olai. (11) Laurentii. (12) Ascensio Mariæ. Exaltatio Crucis. Matthæi Evangelistæ. Michaelis Archangeli. Simonis & Judæ. Omnium Sanctorum. (13) Martini. (14) Cecilie.

- (3) Secundum *BARONIUM*, virgo apud Hiberniam Anno Domini 521. mortua, ex Scotia orta. Hos glacialis ora illibati pudoris flores hoc tempore educabat. Nam ad perelebrem illam Brigitam Sveciæ Principem, quæ sæculo 15. floruit, hoc festum nihil pertinebat.
- (4) Gregorius Pontifex Romanus, a nonnullis re & nomine Magnus dictus, floruit sæculo sexto & septimo, obiit Anno 604. Sed Anno 527. corpus ejus a Gregorio IV. exhumatum & decentiori conditum fuit loco.
- (5) Ordinis Sancti Benedicti Auctor, mortuus Romæ Anno 543.
- (6) Hic est dies emortalis Jonæ Ögmundi primi Holsensium Episcopi, de quo infra Sæc. 4. cap. 1.
- (7) De voce *Gangdagr*, aut secundum alios *Gangdagr*. Vid. quæ ad Anteced. §. XXX. (b) notavimus.
- (8) Columba, hujus festum in 4. Id. Junii incidit, verosimiliter fuit monachus ille gente Hibernus, qui, ut *CAVEUS* refert, obiit 5. Id. Junii Anno 697. ætat. 7. Vid. quæ de illo supra notata sunt Per. I. cap. 3. ad §. 2. Sed diversus ab hoc fuit S. Columba, cujus Cordubæ in Hispania nati, & a Sarracenis ob religionem christianam occisi Anno 852. memoriam Ecclesiæ Latinæ celebravit 15. Calend. Octobris.
- (9) 3. Cal. Julii in memoriam electionis Thorlaci Episcopi Skalh. de quo infra Sæc. 3. cap. 6. §. 16.
- (10) Horum historiam habes in *Vita Olai Tryggonis*. Part. 2. cap. 2. sed procul dubio fabulis & superstitionibus defæctam & interpolatam.
- (11) Dies emortalis Regis Norvegiæ Olai Haraldii filii, Crassi a quibusdam cognominati, qui Stiklastadis Anno 1030. occidit.
- (12) Ecclesiæ Romanæ Archidiaconus & Thesaurarius sub Valeriano Anno 261. crudelissime cruciatus.
- (13) Bonifacius IV. primis sæculo septimo in Pantheo instituit Festum omnium Martyrum, quod deinde cum Sanctorum numerus dies anni excederet, in Festum omnium Sanctorum mutatum est: Unde quidam non absurde concludere videntur, Festa Sanctorum in locum eorum, quos gentiles celebrabant, esse substituta.
- (14) Episcopi Tournensis mortui Anno 400.

Cecilie. (15) Clementis. (16) Andreæ Apostoli. Nicolai Diaconi. Ambrosii Episcopi. Thomæ Apostoli. Prædie horum, omnibus sanis, qui duodecimum expleverant annum, jejunandum erat, pariter ac ante festa maxima.

§. 34.

Erant præterea dies quidam semisacri seu intercisi, quibus, etsi quadrantenus observabantur, adeo ut in iisdem sacris operarentur, licitum erat bis cibum capere, aliaque opera necessaria peragere, qui fuerunt:

Sebastiani (1). Vincentii (2). Blasii (3). Agathæ (4). Johannis ante portam latinam (5). Barnabæ (6). Octava Petri & Pauli (7).

- (15) Cecilis, Virgo nobilissima, quæ cum tepore balnei, necari non posset, ab immisso deinde speculatore vix tribus idibus decollari potuit. Legenda quæ de ea ad Annum 332. notavit *BARONIUS*.
- (16) Clemens fuit primo Sancti Petri discipulus, deinde Episcopus Romanus, martyrio sub Trajano Imperatore coronatus.
- (1) Sebastianus XIII. Cal. Febr. sub Diocletiano & Maximiano miles, seu militum Præfectus Christianus, primo ad palum alligatus, & mille pilis acceptis pro mortuo relinquitur. Sed paulo post recreatus, tyrannis se stitit, qui eum flagris ad mortem cædi & corpus in gemonias trahi iusserunt.
- (2) Vincentius Diaconus & Martyr, a Diocletiano miserè cruciatus II. Cal. Februarii Anno 305.
- (3) Blasius, hujus nominis duo in Hist. Eccl. occurrunt, unus Episcopus Oræ in Hispania sub Nerone passus, cujus caput Lemæ & Toledi ostendi fertur. Alter Blasius Episcopus fuit Sebaste in minori Armenia sub Licinio passus, cujus reliquæ passum in Germania, Gallia, Italia & Hispania ostenduntur. Utriusque Festum in 3. Non. Febr. incidit.
- (4) Agatha, virgo nobilis & valde formosa, a Quintiano Decii Imperatoris in Sicilia Procuratore, cum neque in ejus nuptiis consentire vellet, neque ut diis sacrificaret adigi posset, misere cruciata. Ejus anniversaria in Non. Febr. incidunt.
- (5) Nota satis historia, quod Joh. Evangelista jussu Neronis Romæ ante portam Latinam in plenum fervente oleo dolium conjectus, inde illæsus evaserit, & in insulam Pathnum relegatus fuerit.
- (6) Barnabas, Pauli Apostoli socius, Cypro oriundus, ut ex S. Sacra constat. Sunt qui eum Romæ doctis & Episcopum Mediolanensem factum esse asserunt. Volunt alii verissimilius, 2

(7). Septem fratrum (8). Mariæ Magdalena (9). Vincula Petri (10). Inventio Stephani (11). Sixti (12). Hippolyti (13). Octava Mariæ (14). Augustini (15). Decollatio Johannis (16). Mauritii (17). Cosinæ & Damiani (18). Remigii (19). Dionysii (20). Gereonis

- nilius, eum in Asia post discessum Pauli primum evangelium prædicasse, deinde autem Cypri Episcopum factum, ibique martyrio coronatum esse. Evangelium ipsi a quibusdam adscriptum, supposititium est. Hic a Judeis Salamine in Cypro misere cruciatus & occisus. Festum ejus celebratur 3. id. Junii.
- (7) Octava Petri & Pauli incidit pridie Non. Julii.
- (8) Historiam septem fratrum lege *2. Maccab. 7.*
- (9) Mariæ Magdalena historia ex Evangelistis satis nota, diversa est a peccatrice & a Maria Lazari sorore, post Christi ascensionem cum Johanne Ephefum migrasse fertur, ibique martyrio occubuisse.
- (10) Vincula Petri Calend. Aug.
- (11) Inventio Stephani 3. Non. Aug. in memoriam exhumationis & reliquiarum ad occidentem translationis, quæ facta 415.
- (12) 8. Augusti, cuius ex duobus primis Pontificibus Romanorum hujus nominis, hoc festum tribuendum sit, nos latet.
- (13) Hippolyti Id. Aug. Episcopus secundum quosdam Romanus vel Ostiensis, verius autem Portuensis in Arabia Irenæi discipulus, martyrio coronatus 230.
- (14) Octava Mariæ: Octava vocata fuit, quæque dies a majore aliquo festo octava.
- (15) Celeberrimus Hipponensium Episcopus, mortuus est Anno 430. ætatis 80. Ejus memoria celebratur 5. Cal. Septembris.
- (16) Historia decollationis Joh. Bapt. legitur *Mattb. 14.*
- (17) Mauritius legionis Thebanæ sub Maximino Heracleo legatus Christianus, una cum universa legione, postquam bis damnata fuerat, interfectione perit.
- (18) Cosmas & Damianus fratres fuerunt ex Arabia oriundi, sub Diocletiano in Sicilia passi 5. Cal. Octob. Græci talium fratrum trinâ parâ numerant, Latini autem non nisi unum agnoscunt. Ordo equestris Cosinæ & Damiani circa Annum 1034. in Palæstina floruit, cujus præcipuum officium fuit: Peregrinantes excipere, ægrotis ministrare, & captivos liberare. Signum ordinis fuit crux rubra cum horum martyrum imagine.
- (19) Remigii Cal. Octob. Remensis Episcopi in Gallia. Is officium suscepit secundum *BARONIUM* Anno ætatis 22. & circiter 60. in eo vixit.
- (20) Dionysius 7. Id. Octob. Hic quis tandem fuerit, nescimus, cum Episcopus Corinthius diem 8. April; Alexandrinus vero Patriarcha 17. Novemb. sibi vindicet.

nis (21). Lucæ (22). Virginum (23). Severi (24). Britii (25). Barbaræ (26).

§. 35.

Precum publicarum flata fuerunt loca & tempora, quæ nisi summa urgente necessitate, omittere non licuit; quapropter Pastor seu Sacrificulus non tantum Die Dominica & majoribus Festis, sed etiam tempore Quadragesimæ, Adventus & quatuor temporum, templum, cui præfuit, adire, ibique non tantum missam, sed etiam preces matutinas & vespertinas, cantitare tenebatur, nisi exilii pœnam subire mallet (a).

§. 36.

(21) Gereon. Sancti Gerionis ordo equestris in Palæstina ab Imperatore Frid. Barbarossa institutus dicitur, cui tantum nobiles Germani, sub Augustini regula adscribebantur, utebantur albo vestitu cum nigra lineæ cruce.

(22) Lucæ 15. Cal. Novemb. Evangelista, professione Medicus, Pauli discipula, a quo postquam discessit, in Oriente docuit, de genere & tempore mortis, incertum esse plerique consentiunt.

(23) Quænam sint & quales Virgines, quarum memoriam majores nostri coluerunt, augurari non possum, nisi sint 1100. quæ in Calendariis 12. Cal. Octob. adscribuntur, aut virgines in Angliâ combustæ. Vid. *BARONIUM* ad annum 807.

(24) Severini 10. Cal. Novemb. circa Annum 473. Noricorum Apostolus dictus fuit, eamque provinciam exemplis & miraculis illustrasse fertur, moritur 482. Sed 488. ejus reliquiæ Neapolin translata dicuntur.

(25) Britius idibus Novembr. Turonensium Episcopus, S. Martini alumnus & successor, nefariæ cum muliere consuetudinis infamatus, infantem ex ea recens natum per Christum adjurasse fertur, ut proderet an Britius ipsius pater esset. Tunc infans: Non tu, inquit, pater meus es; urgente populo ut interrogaret, quisnam ejus pater esset, id se, ne noxius proderetur, ficturum negavit. Cum autem haud fecius adversarium factione pullius esset, Pontif. Rom. appellavit, a quo causa cognita restitutus est. *BARONIUS* ad Annum 432.

(26) Barbara pridie Non. Decemb. Dioscori, viri divitis & crudelis filia, quam pater ipse, postquam a christiana religione eam nullo modo abstrahi posse, expertus est, iudicibus tradidit, condemnatamque ut quidam volunt, ipse decollavit, id quod Nicomediz in minori Asia, alii autem Heliopoli factum esse asserunt.

(a) *Jus Eccles.* cap. 8. " Prestf skal fara til kyrkiu þeirar er hann var lærdr til, oc " þyngja þar livern dæg helgann at meiniusiu messu, útufaugng og aftanfugng og of

§. 36.

In monasteriis & templis cathedralibus horæ canonicæ observabantur hoc modo: Primo duo cantus matutini, uterque *Ottusaung* vocatus. Prior revera pertinebat ad mediam noctem, in memoriam vivificationis Christi, ut & ejusdem ad inferos descensus. quod utramque mediâ nocte factum esse crediderunt, institutus (a). Posterior, seu *hinn efri Ottusaung* in ipsam ottam, seu ultimam noctis partem (b), id est, finem horæ ter-

tiz

" of lánkaftu oc of jólafastu og ymbrudaga alla. " 3: *Sacerdos templum, in cuius usus instructus est, adeat, ibique quovis die sisto, necessitate non præditus, missam dicat, & officia matutina & vespertina, ut & per tempus jejunii quatuorvigiliaris, & adventus, & omnium quatuor temporum.*

- (a) Non quidem ignari sumus monachorum horas canonicas septem communiter numerari; scilicet Matutinam, Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperam & Completorium. Sed Islandos octo numerasse & observasse tam certum est, quam quod certissimum. Patet id ex *Skriftabod Þarláks biskups*, qui octo distinctas tales horas enumerat, ut & ex *Lausentii Vita* cap. 43. ubi Laurentius, antiqui moris tenacissimus, statim post mediam noctem campanas pulsari iussisse narratur, ut clerici, qui his facis interfuerunt, ab eorum exitu, ad *Ottusaung* proprie sic dictum, somnum capere possent. Ipse autem in posteriori *Ottusaung* tandem apparuit, eidemque interfuit, ut & reliquis cujuscunque diei facis. Conf. inter alios *HILDEBRANDUM de precibus Veterum*, qui etiam fatetur apud quosdam octo fuisse Horas canonicas.
- (b) *Ottam* non esse ipsam mediam noctis, sed ejus ultimam partem permultis historiarum & poematum exemplis probari potest, quorum unum ex *Edda* huc transferre libet, cum de Thoro iter faciente hoc modo loquitur: *Thoro ibi pernoctavit, sed in octa ante diem surrexit, & vestes induit.* Alterum subministrat *Vita Haconis Haconide* Norvegiae Regis. *Rex in Gyatta Gróf pernoctavit, in octa cum exercitu proficiscatur, sed sub diluculum exploratores obvios habuit.* Qui plura hujusmodi cupit, adeat *PAULI VIDALINI altr dagr til stefnu*. Ubi clare docetur *ottam* esse post mediam noctem. Derivationem vocis *otta* ab Anglo-Saxonico, *utb* deducunt perillustres & doctissimi viri, quorum magna nobis veneratio est & amor, *LUDOVICUS HARBOE* Sialandorum Episcopus maximus, & *JOH. GRAMMIUS*, quondam Professor Academiae Havniensis celeberrimus. Ille in prima Parte *Hist. Reform. Relig. in Islandia*; Hic in *Diatribe de quarundam Danicarum vocum ex lingua Anglo-Saxonica, derivatione*. Sed nobis quidem videntur voces *eykt*, *otta* & *ústa*, esse unius ejusdemque originis & valde cognate significationis; nam (a) litera *kt* & *st* aut *t* sæpe inter se permutantur, ex gr. in *þótti*, *þókti*, factus, eg *rykta*, *rytta*, vel *typta* pumio, eg *fústi*, *fúkti* adnitebar. (b) Similiter vocales *a o u* alique ut in *Olofus*, *Olyfus*, & contracte *Alfus*, *Olaus*. Thorolfus, Thorulfus, Thoralfus, Thorlachus, Thorleychus, Olofa,

tiæ incidit, celebratus, in memoriam resurrectionis Domini, quam circa hoc tempus accidisse censebant.

X 2

§. 37.

Olufa, Alufa, Alofa, femina nomine, *fjör, fjär*, mare. *nött, nött*, nox. *áftón, áftán*, facies, aliaque. Omnes præterea notare temporis partem, & in specie *ottam & cykt* certum tempus; illam ultimam noctis, hanc vero ultimam diei partem, in horizonte sibi invicem oppositas, indubie statuimus. Incepit enim *ótta* secundum nostrum concipiendi modum hora post mediam noctem dimidia secunda, sed in diuidiata quinta desivit; quam sedem etiam *cykta* post meridiem assignatam fuisse supra ostensum est. Illud autem tempus, quod veteres vocarunt *hana ótta* latinorum gallicinio, quod circa aut paulo post horam antemeridianam tertiam incidebat, competere, & *cykt* specialissime sic dictæ oppositum fuisse autumamus. Huc etiam facit vocis in Borringia usus adhuc obtinens, ubi trihorium ab hora matutina tertia ad sextam, tempore hyemali denotat. Dissimulare quoque nolumus, nunquam nos veram percepisse causam, aut sufficientem excogitare potuisse rationem, quare *ótta* potius ab *utb*, quam *utb* ab *ótta* derivari debeat, præsertim cum antiquitus Anglis & Danis eadem fuerit lingua, diversa licet dialectus, quam Anglos ex Saxonia, id est Holsatia in Britanniam transeuntes attulisse, probabile sit. In mentem itaque nobis venit, nostrum *ótta* & *óttutid*, pariter ac Anglorum *utb* & *utb-utid*, ex Latino *matut* & *matutin* corrupta esse, eo quod monachi suas horas canonicas vocarunt *matutinam, primam, tertiam, sextam, nonam*, & sic porro. Sed cum easdem scriberent, abbreviatione plerumque usi sunt, hoc modo: *Matut, prim, tertz, sext, non*; quas vulgus in communi loquela eodem modo pronunciaffe ex eo fit probabile, quod ad Reformationem usque iisdem vocabulis diei horas nominabant, ut ex Breviariis, aliisque documentis patet, ubi expresse vocantur: nunc *matut*, nunc *ótta*; reliquæ vero *prim, tertz, sext, non*; vel etiam *primtid, tertztid, nóntid, sextid*. Vide GRAMMII *forðiu*, eodem fere modo ex voce *matut* putamus primo per sphaeræsin factum esse *atut*, deinde per syncopen *ot* & *utb* & hinc *ótutid* & *óttutid*, quod tempus antiqua lingua vocabatur *essi blái natr*, 3: superior noctis pars, " *friðúngi lifli natr*, " *tertia noctis pars superstes*. Talis enim vocum & loquendi modorum ex Græca & Latina lingua in nostram vel mera translatio, vel etiam per unam & alteram figuram, corruptio, utilitissima fuit: 1) In illis, quæ res sacras & ecclesiasticas denotant, ut *kyrkja*, templum, *altare*, *altare*, *messá*, missa, *eg signi*, signum crucis adhibeo, *figuing*, benedictio, *primfiguing*, prima crucis signatio, *króss*, crux, *kalekr*, calix, *pátina*, patina, *grada*, gradus, *bökull*, & in communi loquela *hekla*, a voce mediæ ævi *hachela*. *Rískop*, Episcopus, *prófjóst*, præpositus, *ymbra*, quatuor tempora &c. Quo etiam spectant *ótta*, a *matut*, *non* a *nono*, (quod de hora pomeridiana tertia nostra lingua adhuc usurpatur) & reliqua horarum nomina. 2) In communi loquela, ut *kyrialax*, *kyrios adxiros*, *keisari*, *καισαρ*, *padicjur*, Hippodromus, *polútafcarf* à *πλευρον*, *mekir* à *μικρον*, *dör*, à *δουρ*, hasta, *dóli* à *δαλος*, servus, *skoðda* à *σκοτος*, tenebræ, *fátakr*, à *πάχος*, pauper, *sekr* a *σάκος*, *ergjur*, a Jurgium, *forfete*, *πατες*, ab Ablat. præside, *kjfla*, *cista* & lexcenta alia, quæ ex regionibus christianæ religioni deditis mercenariis mili-

tes,

§. 37.

Tertia hora Canonica dicta fuit, *Prima*, ad horam diei sextam alligata, in memoriam quod Christus hoc tempore a Judæis, Pilato vinculus traditus fuerat, simulque ut orarent, vellet Deus solis iustitiæ splendore, ita eorum mentes illuminare, quæ admodum sol naturalis mundum illustrat. Quartus cantus, *Tertia* dictus, hora antemeridiana nona celebratus fuit, in memoriam effusionis Spiritus Sancti super Apostolos, quam eadem hora factam putaverunt. Quintus *Sexta* appellatus est, ad horam duodecimam, in memoriam tenebrarum, quæ Christo patiente acciderunt, tumque ut Deus se ab æternis tenebris conservaret, petiverunt. Deinde sequebatur *nona* ad horam pomeridianam tertiam. Hic præcipue sibi in memoriam revocare debebant, mortem Christi, orantes, ut parem sibi ac prædoni promissionem, & post mortem habitationem dare vellet. Septimus cantus fuit *vespertinus* ad horam sextam, in memoriam institutionis Cænæ dominicæ, quam circa id tempus peractam fuisse rebantur. Octavus denique vocatus fuit *nachtsaung*, cantus nocturnus seu Completorium, in memoriam quietis Christi in sepulchro, simulque ut suæ mortalitatis recordarentur, & ut orarent, Deus se ab æternis tenebris tandem vellet liberare (a).

§. 38.

Vigilie quidem hoc tempore in ecclesia Islandica receptæ fuerunt, sed multo rariores & minore pompa & ceremoniarum splendore, quam sequenti-

tes, prædones, peregrinantes, & mercatores donum secum retulisse videntur, tandemque apud nos civitate, ut ita dicam, donata, pariter ac vox *otta*, partim in odis *Edde*, partim in *SNORRONIS STURLÆI* scriptis aliisque antiquissimis documentis reperiuntur. Conf. supr. Per. I cap. 2. §. 17. Not. (d).

- (a) Hæc omnia in schediasmate quod inscribitur *Skriftabod Thorslaci Episcopi*, fuscè expressè in compendium redegimus, ubi etiam multos sensus mysticos, non tantum cuiusvis horæ seu cantus, sed & cuiuscunque, hymni qui intonabatur, legere licet, quorum unicum tantum, ut de reliquis eo facilius judicari queat, quin hic inseram, temperare mihi non possum. Dicit scilicet, inter omnes cantus diurnos tres esse horas, primo inter Primam & Tertiam esse tres horas, itidem inter Tertiam & Sextam, & denique etiam tres inter Sextam & Nonam, qui ter repetitus ternarius numerus non sit frustra, sed denotet Sacrosanctum Trinitatis mysterium.

sequentibus seculis celebratæ. Erant autem vigiliæ pro mortuis, quæ ita se habebant: Statim postquam defuncti spiritus a corpore separatus fuit, Presbyter (quando id fieri potuit) advocabatur, qui cum amicis defuncti pernoctavit, ex verbo Dei cum eis colloquens, quod officium succedente tempore, in cultum omnino necessarium degeneravit (a). Nam mulierum & amicæ defuncti etiam claro die & sole rutilante candelas ante tumulos mortuorum accendebant, cibosque sanctificandos, in cræmeterium attulerunt, ibidemque vigilias egerunt, preces recitantes, choragum agente sacerdote. Secundi generis vigiliæ in Festis Sanctorum, in Concilio Aurelianensi, constitutæ fuerunt; qui nocturni conventus mutati sunt in pridiana jejunia, & præcedens dies, vigilia appellabatur. Sed horum numerum indicare, & ceremonias in quibusvis adhibitas, accurate determinare difficile est, cum pro diversitate, locorum, temporum & personarum, earundem numerus & ceremoniæ diversæ fuerint (b).

§. 39.

Jejunia varii erant generis, quædam indicta, quæ certis temporibus, præcepto ecclesiæ instituta & mandata fuerunt, ideoque ratione præcepti omnino necessaria habebantur; Talia erant: Jejunium quovis die Veneris institutum, excepto solo illo, qui Pascha proxime sequitur; similiter etiam noctes eundem diem præcedentes, ab initio hyemis usque ad Pascha, excepta tantum Festum Natalitiorum proxime sequente. Omnes dies Mercurii ab initio hyemis usque ad Festum Nativitatis, nisi incidens aliquod festum a jejuniis liberaret. A Dominica Septuagesimæ,
X 3 usque

(a) Origo vigiliarum ex ecclesia primitiva deducenda videtur, cum enim Christiani ob meritum mortis & persecutionum, interdium convenire non auderent, noctu seu ante lucem, in certo loco congregabantur, ibidemque hymnos cantabant, preces fundebant, agapas celebrabant, & alia pietatis opera exercebant, vide *PLINII Epist.* Lib. 10 Epist. 97. Hunc Vigiliarum morem Carpocratiani imitati sunt, inter quos viri & mulieres, prouiscue convenientes, post concatenationes extincto lumine nefanda quæque exercebant, præceptum: *Crescite & multiplicamini*, hoc modo se implere dicentes.

(b) Harum quædam cum jejuniis conjunctæ erant, quædam vero secus, eæque pauciores. Vid. *Jus Eccles.* cap. 15. Vigiliis tandem prohibuit & penitus edicto sustulit Christianus Tertius, Anno 1542.

usque ad Quinquagesimam, alteruter dies semper erat jejunio dandus. A Paschate usque ad initium hyemis opera sedentaria exercentibus per noctes diem Veneris præcedentes jejunandum erat, exceptis iis, quæ inter festum Ascensionis & Pentecosten incidebant. Reliqui autem qui continue laborabant a nocturno jejunio tempore æstivo liberi erant, nec unquam ad id obstricti, nisi sex diebus ante Festum omnium Sanctorum & Festum Natalitiorum (a).

§. 40.

Jejunium Quadragesimale, ita erat observandum, ut a media nocte Dominicam Quinquagesimæ antecedente, usque dum sol montium caerulea, ipso Paschatis festo illustraret, carnibus omnino esset abstinendum. Die Lunæ & Martis in prima Quadragesimæ hebdomade, bis quidem cibum capere licuit, sed exclusis carnibus, reliquis autem diebus, excepto quovis die solis, semel tantum prædandum erat. Noctes omnes, dies Mercurii & dies Veneris antecedentes jejunio erant dedicatæ, ut & noctes dies Saturni in hebdomadibus quatuor temporum, & Pascha proxime præcedentes (b).

§. 41.

Tempore Adventus, seu quatuor hebdomadum ante Natalitiam, quovis dies Veneris una cum nocte, ut & pasche Natalitiorum jejunio
trans-

- (a) Hoc non ita intelligendum ac si ab omni cibo hoc tempore abstinere debuerint, tum enim vix vivere potuissent. Sed certum ciborum genus, semel tantum certo cujusvis diei tempore, scilicet ab *eyta*, seu post horam dimidiatam quintam, usque ad median noctem capere licitum fuisse putamus.
- (b) Jejunium quadraginta dierum tempore Apostolorum primum introducitur fabulatur *BARONIUS*. Nam seculo demum secundo, jejunii quadraginta horarum, ejusque plene liberi, mentio fit apud probatos Auctores, quod consistebat, aut in omnimoda abstinentia a cibus & quibusvis deliciis, aut in eorundem perparca usurpatione. Jejunium vero quadraginta dierum, seculo demum quarto observari cœptum est, sed varie; erat enim vel duarum vel trium, sex vel septem hebdomadum, ad quod etiam tempus referenda est institutio quartæ & sextæ feriæ, quæ precedente tempore ut omnino necessariae injunctæ fuerunt.

transigendi erant, sed diebus Lunæ & Mercurii, nisi dies festi iisdem incidere, carnibus abstinendum (a).

§. 42.

Jejunium quatuor temporum seu septimanarum, quæ erant, secundæ Quadragesimæ, proxima post Pentecosten, proxima post exaltationem Crucis, & tertia Adventus, omnino observandum fuit, nisi quod lacticiis, vespera diei Saturni post Pentecosten vesci licuit. Quicunque carnibus vesceretur, tempore quadragesimali, quatuor temporum (b), diebus Veneris & die Saturni ante Pentecosten, exilio mulcendus erat.

§. 43.

(a) *Jus Ecclesiast. cap. 22.* " Jula fastu eignum ver at hallda. Ver skulum taka til at varna vid kiöti annam dag viko þann er drottinsdagur ero þrír á milli oc Jóladags-ens fyrsta. Þá skal æi era kiöt á þeirri stundu nema annam dag viko, þridia oc fimta, oc þvattilag oc drottinsdaga, mældodaga alla lögtekna og Barbara messu, Föstudaga eignum ver at fasta í Jólaföstu oc naturnar oc hinn nærsta dag Jólum fyrri dagföstu oc natúr, og fyrri hinn þrettánda dag. " 2: *Jejunium tempore Adventus nobis observandum est. A carne abstinere incipimus feria secunda, ubi tres tantum dominice illam inter & primam Natalitiorum diem sunt. Hoc temporis intervallo non est carnibus vescendum, nisi feria secunda, tertia & quinta, & septima, & quavis die dominica ac festo legibus præcepto, & festo Barbaræ. Quavis die Veneris per tempus Adventus, & noctibus (præcedentibus, ut) & diebus Natalitia & festum Epiphonia præcedentibus, tam die quam nocte, jejunium est observandum.*

(b) Jejunium quatuor temporum sub Carolo Magno in Concilio Moguntino, primo inter alia sancitum est, ut quovis anno observaretur, cujus institutionem *BARONIUS* suo more, multo antiquiorem faciens, Callisto Secundo circa annum 226. adscribit. De his noti sunt versus memoriales, nostræ lingvæ ita sonantes:

" Ösku, hvítasunnu, kross,

" oc Lúciu nærsta,

" Midkudag, er efsir, off,

" ymbri, fett at fasta. "

id est:

Post crux, post eineres, post Spiritus atque Lucie

Sis tibi in angaria quarta sequens feria.

Jus Eccl. cap. 22. " Ymbudaga eignum ver at hallda tölf á tölf mánuðum at fastu og naturnar með. " 2: *Duodecim quatuor temporum dies quovis anno nobis jejunio observandi sunt, ubi & mtes* Et paulo post: " Of lánghafstu, og ymbudaga, oc föstudaga alla, og þvattilag fyrri Hvítadag, varþar hörþaugsgard ef hann er " kiöt. "

§. 43.

His fat numerosis jejuniis accedebant adhuc plus minus 30. abstinentiæ seu jejunia, nam omnes dies, festa quæ 33. sp̄ho recensuimus, præcedentes, simplici jejunio dicati fuerunt; sed pridie festa Apostolorum. Evangelistarum & Episcoporum quorundam, integrum nycthemeron a cibis erat abstinentum. Quicumque carnes hoc tempore comidisse convictus erat, trium marcarum seu quatuor Joachimicorum, cum dimidio, reatum contraxit, quæ multa ætiori cedebat (a).

§. 44.

Circa esum carniū observandum erat: 1) Ut nihil suffocatum comederetur; quod autem casu quodam vitam amisit, comedi quidem licuit, sed quinta pars pauperibus danda erat, qui fecus fecerit, tres marcas solvere tenebatur. 2) Vitulus triduum alendus erat, si autem intra triduum mactaretur, quinta pars pauperibus cedenda erat. 3) Sues, qui equorum carnes devoraverant, tres menses emacerandi, & totidem denuo alendi

" kiöt. " 2: *Tempore quadragesimali, quatuor temporum, quovis die Veneris, & die Saturni ante festum Pentecostes, quicumque carnem comederit, exilii minoris reus esto.* Unde dicitur, horum temporum sanctitatem inter maximas habitam fuisse, cum carnis manducatio aliis jejunii diebus tribus tantum maris consisterit, his autem si acciderit, exilio plectenda fuerit. De vocis *ymbra* derivatione *ARNESENSIS Islandicæ Keto fergang* cap. 4. §. 10. varias variorum exhibet sententias, quorum quidam eam deducunt ab *imber*, avis cujusdam nomine, quæ 7. tantum diebus ante Festum nativitatis Domini, semet conspiciendam det; quidam a Latino *umbra*, quidam ab *imber*, pluvia; Quidam ab Anglo Saxonico *ymbriuen*, quod respondet Islandico *umm-renni*; quidam tandem ab Anglico *embren*, cinis. Quibus quod addamus nihil habemus, nisi quod olim, cum ab ore viri doctissimi, & nobis nunquam sine debita laude nominandi *ARNE MAGNÆI*, penderemus, ab ipso audivimus Danorum *tamper*, & Islandorum *ymbra*, simili tere modo a monachorum *quatumber* sc. quatuor tempora, corrupta videri.

- (a) *Jus Eccl.* cap. 22. " Of lánagsöftu oc of ymbrudaga, oc söftudaga alla, og þvattög " svii hvítadaga, vartar manni siðrbaugsgard ef hann etr kiöt. Enn of allar söftu " údir aðrar verdr madr útlagi um þriár merkr, þótt hann eti kiöt, oc á fiskir " þær fá er vill. " 2: *Tempore quadragesimali, quatuor temporum, quovis die Veneris, & die Saturni ante festum Pentecostes, quicumque carnem comederit, exilii minoris reus esto. Omnibus autem aliis temporibus jejunii si carnem comederit, tribus maris multator, actionis autem in causis illis, quicumque voluerit, dominus esto.*

alendi erant, antequam iis vescendum erat; si autem humanam gustassent *carnem*, semestri tempore extenuandi, & altero semestri faginandi fuere. 4) Quodcumque pecus hominem occiderat, comedi non licuit, & quicumque prohibitorum animalium carnes comedit, exilii pœnam subire necessum habuit. 5) In insulis constitutus aut necessitate adactis, carnes prohibitas aut prohibito tempore comedere eatenus licuit, ut vitam ducerent, nullo modo autem ut pingvescerent, intrasque septiduum postquam in continentem veniebant, absolutionem petere tenebantur, ni carnis comestæ rei haberi vellent. 6) Carnibus eqvorum, canum & quorumvis aliorum animalium immundorum, ut & avium, quæ cadavera comedunt, quicumque vesceretur, trium marcarum reatum sibi contraxit.

§. 45.

A jejunandi lege excipiebantur: 1) Infantes, & qui intra duodecimum annum erant. 2) Senes, qui annum septuagesimum expleverant. 3) Pregnantes. 4) Lactantes usque dum infans triennis esset. 5) Operarii, seu qui certo cuidam gravi labori, quotidie peragendo addicti erant. Omnes tamen carnibus sub pœna exilii abstinere & cibo sicco contenti esse debuerunt, qualis fuit: omne herbarum & leguminum genus, ut & pisces & balenæ, exceptis phoca & rosinaro. Hæc tam stricte a quibusdam observata fuerunt, ut cibos jejunii, furtis & rapinis acquirere mallerent, quam jejunium frangere, seu vetitis vesci (a).

§. 46.

- (a) Penultima. PONTOPPIDANUS in *Annal. Eccles.* Tom. I. pag. 108. de Islandis ex ÆLNOTHO hæc adfert: *Norvegi & Islondi ritum quendam religionis observant, sed præ terra infertilitate victusque exiguitate, quadagesimali tempore, illicitos cibos comedunt.* Quod quantum ad Islandos pertinet, bono Ælnotho multo facilius fuit dicere quam probare, si enim omnes religionis christianæ regulas tam scrupulose observassent, quam ab illicitis cibis abstinerent, boni & fere inculpabiles christiani fuissent. Vid. *Savlunga* Lib. 5. cap. 35. ubi Urakia Snorrónis Sturlæi filius, rusticum quendam, qui cibos jejunii vendere detrectavit, occidit, cibumque rapuit. Unde liquet, quod furto & homicidio, quam prohibiti cibi manducatione, semet contaminare maluerit: " Einar het góðr bóndi, hann hafði nægd af föstum, rafa, fiski, " oc riklinga, hann hafði oc kœnit við hval um fumarid. Urakia sendi menn til " hanns, þeir söluðu föstum, enn hann vildi engann selja, baud þeim vatt hvals " oc

Y.

§. 46.

Et hæc quidem sunt jejunia legibus præscripta & instituta, præter quæ alia etiam, in horum temporum historiis, non raro occurrunt, in quibus erant: 1) *Voluntaria*, cum quis ex propria devotione, jejunii & abstinentiæ, vel ab omni, vel certo cibo, certum tempus elegit. 2) *Voluntaria*, quando, vel ex voto ordinis alicujus monastici, vel ex voto peculiariter nuncupato, quidam se ad certi alicujus temporis jejunium obligavit. 3) *Quædam injuncta*, quæ a sacerdotibus in confessione, ob commissa peccata injungebantur. 4) *Consilii*, quæ ad majorem perfectionem, acquirendam eligebantur. 5) *Quædam consuetudinis*, quando in hac vel illa provincia jejunium, aliquod consuetum fuit. 6) *Quædam extraordinaria*, quæ una vel altera persona, vel etiam integri tractus aut regionis incolæ pro ratione accidentium causarum sibi ipsis ad tempus sumserunt. Horum omnium in ecclesia nostra antiquitus non obscura vestigia inveniuntur, quæ pleraque cum tempore in jejunia indicta aut instituta transierunt.

§. 47.

Ad jejunia etiam pertinet discrimen ciborum, seu gradus jejuniorum ex discrimine ciborum pendens, quæle *jejunium aque*, in quo omnino nihil præter aquam gustare licuit; *jejunium siccum*, in quo tantum siccis cibis uti licuit, qui quales fuerint supra §. 45. diximus; *Indulgentia lacticiui*, seu quando licuit femel in die lacticiuiis aut ovis vesci. Nec tandem prætereundum, quod nullis omnino festis jejunandum erat.

§. 48.

" oc aðra ríklings, en þeir vildu það ef, oc dhupu inn í húsfinn, em Einar hlóp " i dyr. Þeir hrundu hönum út oc drápu hann. Estir það hlódu þeir teinzing " með mat oc fóru heim í Vatnsfjörð. " 3: Einar nomine eras colossus opulentus, qui copiam habuit cibi jejunio adhibendi, pinas solcarum, pisces, & frustra solcarum arefacta: ille etiam astate (præcedenti) balena quoddam ceperat. Uvæxia virus ad eum misit cibum jejunii licitatum, ille autem nullum vendere voluit, ostrogæponium tamen (carnium) balena, & tandem solcarum arefactarum obtulis, quod illi respuentes, ades incurrebant, Einar autem in fores repente se contulit. Illi hunc foras expulsam occidebant. Navigium postea decem remis agitandum cibo oneratum, & domum Vatnsfjörðum se contulerunt.

§. 48.

Nec sine pompa & ceremoniarum plaustris *templa inaugurabantur*. Ad eorundem inaugurationem cum ordinator, præfente clero, jejuniis sese præparasset, codicillis templi inscripsit catalogum bonorum, & sanctorum reliquiarum, quæ altari erant includendæ, circa quas noctu vigiliam egerunt, duobus accensis luminibus. Orto autem sole, omnia ad ordinationem necessaria, qualia erant, sanctum chrisma, oleum, sal, vinum, cinis, hyssopus, candelæ, thus, thuribulum, prunæ, mappulæ, & id genus alia, præparata suis locis disponebantur. Intra templum duodecim cruces, tres ad quamvis plagam formabantur, & supra quamvis ardens candela, quibus præfatis, Episcopus coram altare sedens, indicat concioni, cui templum sit dedicandum, quæque sanctæ reliquiæ ibi servandæ. Hinc ex templo, cum universo clero & populo, excepto tantum unico diacono, egressus, & mox vestibibus sacris assumtis, per modum processionis ad templum revertens, populum aqua consecrata aspergit, clero hymnos & litanias ad omnes sanctos intonante; templum deinde dextrorsum circumiens, parietes in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti, aqua sacrata aspergit. Sed cum ad fores perventum esset, precationem murmurat, baculoque ostium pulsans, dicit: *Principes terræ debent portas aperire, ut introëat Rex gloriæ*. Cui respondit inclusus Diaconus: *Quis est ille Rex gloriæ?* Regerit Episcopus: *Deus fortis & potens in prælio*. Postea iterum tertioque templum circumit. iisdem plane ceremoniis, nisi quod ultima vice sinistrorsum processio instituitur; cumque tertio quæserit Diaconus: *Quis est ille Rex gloriæ?* Respondit Præsul: *Dominus Zebaoth Rex gloriæ, aperi, aperi, aperi!* Apertis deinde foribus supra easdem baculo, crucis signum facit: Hinc cum paucis intrans, januam claudit, dicens: *Pax huic domui*: dumque quædam antiphonæ & hymnus; *Veni Creator Spiritus*, canuntur, sanctusque cui templum dicandum est, invocatur, cinerem in pavimento spargit, crucis formam in cinere signat, in qua ad sinistram literas græcas *α. β. γ.* ad dextram vero latinas format. Deinde accepto sale, aqua & cinere omnes diabolos & larvas exorcizat, adjuratque, ut nunquam reversuri procul facessant. Hinc ex oleo, aqua, sale & vino mixturam facit, adque januam progrediens, baculo limen & arcus cruce signat, manu pectus pulsant, & precationem suffurat. Inde ad aquam consecratam, & mox altare reversus, illud, dum canitur quædam antiphona, multis crucibus & aquæ asperfusionibus, in gloriam Dei,

sanctissimæ virginis, & omnium Sanctorum, in memoriam Sancti N. septies circuit, quod dum ultimo agit, intonatur ex *Ps. 51. Asperge me Domine hyssopo, &c.* Quo factò, in templo ter dextrorsum totiesque sinistrorsum circumit parietes, pavementum, tectumque circum circa aspergens & cruce signans, adhibitis precationibus & cantu. Deinde reliquiis processionis modo, templum circumlatis, sellæ ante fores insidens concionem habet ad populum, de efficacia inugurationis, quidque unus quisque ejus actus significet, & de decimis rite solvendis, fundatores autem monet, ut templi latifundia dilatent. quod cum ab illis promissum est, sponder illos participes fore in omnibus templi benedictionibus & indulgentiis, quæ actus cum responsorio & precatione concluditur. Surgit deinde consecrator, polliceque chrismate illito, fores cruce signat. Hinc ad altare se conferens illud, antiphona, precatione, chrismate, incenso, crucibus & cantu consecrat. ibique reliquias recondit. Inter canendum templum denuò intus circuit, polliceque chrismate intincto, duodecim illas cruces ungit, ad unam quamque dicens: *Sanctificetur & consecratur hoc templum, in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti, & gloriose virginis Mariæ & in memoriam omnium Sanctorum, in memoriam Sancti N.* Quibus dictis coram iis incensum facit, posthac, quinque crucibus ex thure factis, iisdemque incensis, precationem & antiphonam intonat. Omnibus hæc perfectis, altare & templum purgantur, cinis effertur, missa solenniter celebratur, & benedictio ingentesque indulgentiæ, presentibus atque futuris templi frequentatoribus promittuntur. Tandemque lauto convivio tota festivitas concluditur (a).

S. 49.

- (a) Fæst talem consecrationem non modo ita sacrosancta habebantur templa, ut eorum violatores pro se ipse digni putarentur, sed tanta superstitione colebantur, ut nonnulli maxima patrare flagitia, haud dubitantes, illis alio modo noceere vererentur, ut inter alia patet ex exemplo Gudmundi Dyse, qui villam Longublid cum domino & familia eccliaribus, pro templi inelucubitate voti suscepit: *Sturlunga* Lib. 3. cap. 21. "Vindr var á, oc vöru menn hræddir at elkd mundi leggja ad kyrkionne, þá her Gudmundr, at gefa kú til kyrkio, ef hana sakadi ei. Þá fell vedrid í logu, oc þi næst kom gæstgjafinn af kyrkiinni, og lagdi burt eldinn allann, oc þá mátti hvörgi komi nærri henni eldatorinn." *z. Ventus spirabat, & timebatur ne ignis ad templum deferretur. Tunc Gudmundus votum nuncupavit, se vaccam templo donaturum, si illud nihil detrimenti coperet. Tunc ventus in aere tranquillum desit, cui deinde Livonem de templo succedebat, quod flammam penitus abegit, ita ut ignis templum nequa-*

§. 49.

*Altaria si delicanda erant, episcopus intonans Psalmum: Deus in adiutorium meum intende, chrismate accepto, quatuor cruces in quatuor ejus partibus formavit, quod cum septies circumiisset, ipsumque ut & parietes aqua consecrata adpersisset, reliquum vero aquæ ad pedem altaris effudit, reliquias sanctorum & tria thuris grana in altari recondidit, quibus tabulam imponit cruce signatam, hanc pronuncians Collectam: Deus qui ab omni cooptatione sanctorum &c. Hinc lapidem altaris (a) oleo & thymiamate ungit, atque denuo orat: *Deus qui altaria nomini tuo dicanda sanctificas, presta quesumus, ut quod nostra fragilitas non meretur, intercessionem beati N. hic spiritus tui plenitudo descendat, qui & munera nostra sanctificet, & indulgentiam nobis tue pietatis obtineat, per Dominum &c.* Deinde suffitu in altari facto, per diaconum illud pretiosis panis vestitum curat, oratque: *omnipotens sempiterna Deus; Quibus rite peractis candelæ accenduntur, & missa celebratur.**

Y. 3

§. 50.

magisquam attingere possit. Nonnulli etiam criminis eujusdem sibi confecti, vitam potius ponere voluerunt, quam templum suum presentia polluere. Lib. cit. cap. 25. "Þá sagði Erpr prestri, at Hákon skyldi fara í kyrkio, enn Hákon mælti, ei er mer sofsað í kyrkio at gánga, prestri sagði: eg mun þat áþvargist, þótt þú sordir líst þú þino þánga. Hákon mælti, ei mon eg í kyrkio gánga meðan mer er æi sofsað, enn ef þeir giöra mer nockut, þá er þat þeirra." *o: Tunc sacerdos Erpr Hakonem monuit, ut templum intraret, Hakon autem respondit: templum intrare mihi non est licitum. Sacerdos respondit: meo erit periculo, quamvis vite conservanda ergo illuc te conferas. Hakon respondit: Quamdiu mihi non est licitum, templum haudquaquam intrabo, quod si me illi laeserint, eorum sit periculo.* Simile quid de Gudmundo quodam legitur, ibidem Lib. 4. cap. 20. Quorum utriusque superstitio capite stetit.

- (a) Sub lapide hocce, qui nostra lingua vocatur *Paxspialld* seu Tabula pacis, quandoque sed raro invenitur schedula. Nobis duas, unius apographum ex diœcesi Holana transmissum videre contigit; Alteram hic in Skalholtensi repertam, membraneam quidem, sed vetustate detritam & a blattis & tuncis adeo lesam, ut legi non posset, conjectura tamen tantum assequi se potuisse Parochus satis doctus & harum rerum non incuriosus dixit, quod Sancti Johannis nomen inscriptum ei fuisset, una cum die consecrationis; Hic etiam signum crucis conspiciebatur, & subter, ut rãtus est: *Pax vobiscum* aut *secus*, penitus enim deperditæ erat prior vocatæ pars, unde mihi in mentem venit, posse lapidem inde nomen sortitum fuisse, quasi in sanctissimo hocce loculo, fons & origo pacis habitaret, & conservari deberet, indeque ad omnes templum intrantes & sitare advenas promanare, sed conjectura est quam nemini obviandum.

§. 50.

Nec defuerunt *campanarum consecrationibus* suæ ceremoniæ, ipsi enim, priusquam rite consecratæ & baptizatæ fuerunt, uti piaculum erat. A templi itaque Patrono, non paucis compatribus invitatis, accensisque haud paucis luminibus, adest episcopus, officii insignibus spectabilis, qui sale campanam fricat. Deinde in genua adstantes procumbunt, ipsoque verba præeunte, orant ut Deus velit, per baptismum conferre campanæ efficaces sonos ad suum munus perficiendum. Hinc eandem oleo linit nomenque ejus sibi indicari postulat; quo facto eam aqua consecrata ter perfundit, in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti, crucesque sacro chrismate depingens, albis eam vestibus induit, compatrum autem quidam, manibus hanc filiolum cominus e sacro lavacro allevant, quidam autem, qui propius accedere nequeunt, eminus funiculis suo officio lais-faciunt, tandemque ei quisquis aliquid muneris offert (a).

§. 51.

Vota sapissime nuncupata fuerunt, nunc de peregrinationibus, ad loca sacra, non raro a piis perfectioris sanctitatis acquirendæ, facinorosis vero, remissionis peccatorum potiundæ gratia (b). Nunc de monasteriorum extructionibus, aut ditationibus, vel etiam vita monastica, a viribus deficientibus seculi aut senescentis fortunæ cædio capris: his enim se includere non mediocri habebatur pietas, Magnatibus præcipue consveta (c). Nunc de rebus non magni momenti; ea plerumque aut mortuis

- (a) Quam multa vana & superstitiosa antiquitas campanis tribuerit, legi potest apud *VIERUM, de prestigiis demoniacis*. Lib. 1. cap. 9. Præcipui earum usus his verbis comprehenduntur.

Laudo Deum verum, plebem voco, congreco clericum,

Defunctos ploro, nimbun fugo, fessaque honoro.

Item: *Vox mea est Bambar, possun repellere Sasbar.*

- (b) De prioribus vide infra Not. ad §. 59. ad posteriores pertinet *Sturlunga* Lib. 2. cap. 54. "Eftir þad beiddist Þórlaug at fara of landi burt, oc quadt heitid hafa Rómferð sin." ni i vanmætti sínum. " 2: *Postea Þórlauga discessum e patria fugitavit, affrens, se de peregrinatione Romanu instituenda, agrotantem votum vorissit.*
- (c) Exemplo sint Thorgilfus Oddi, Gudmundus Dyre, Gudmundus Grús; Thoreldus Giffurti,

mortuis aut sanctis nuncupabantur; nec tamen semper bona fide soluta fuerunt (a).

§. 52.

Juramenta varia fuerunt & varie exercita. Quædam fiebant per verum Deum & vocata fuerunt *bókar-eidr*; eo quod jurans librum manu tenuit (b). Haud raro etiam adhibebatur ordalium, quod, quorundam sententia, in locum monomachix successit (c). Fuit autem ordalium

(a) veri-

Gissuri, Gissurus Thorvaldi & alii. De Gudmundo Grís *Sturlunga* ita: " Hann giordi eftir gudspjallamannanna orðum, skildist vid allt sitt fe oc vini á einum degi oc gaf sig í múnkliki. " 3: *Ex Evangelistarum præscripto, omnes suas facultates & amicos una die reliquit, & monasticam elegit.*

- (a) Eorum magnum numerum suppeditant historie, quorum pleraque ejusdem sunt farina, duo saltem, huc transcribere juvat: *Sturlunga* Lib. 7. cap. 29. " Þá het Þórdr á gud almáttugan, sáncam Mariaus oc hinn helga Olaf Kóng til árnadr orðs. Var þvi þá heitid, at allir þeir menn, er þar vóru med Þórði, skyldo vatnfastra allar þistunatur innan þeirra tólf mánaða. oc fastra alla laugadaga til vetrar framan. oc láta kaupá tólf mánaða tidir fyre sal Haralds Kóngs Sigurðrsonar. var þá fest heitid med handtake. " 3: *Tunc Thordus votum vocis Deo omnipotenti, Sanctæ Mariæ &, ut intercederet, Sancto Olao Regi. Votum tunc nuncupatum fuit, singulos ibidem cum Thordo constitutos, omnes noctes diem Veneris illo anno præcedentes jejunio aque transacturos, quovis autem die Saturni usque ad hyemem jejunaturos, & inferias per solidum annum in gratiam animæ Regis Haraldii filii Sigurdi impensis suis fieri curaturos. Votum deinde stipulatis manibus confirmabatur.* Et Lib. 10. cap. 7. " Þá var mikill vetr, oc felldu menn máög fe sitt. Þat vor á vorþingi ístofnadi Gissur Jarl heit til Guds oc hins helga Olafs Kóngs, at vatnfastra skyldi jafnan fyre Olafs mestlo alþýða manna á Íslandi. — síðlann Páskadaginn let Sigurdr biskup festa heitid í Skálholtti. " 3: *Hyems tunc erat acris, & pecora magno numero interire. Eodem vere Comes Gissurus in comitiis vernis votum Deo & Sancto Olao Regi nuncupandum proposuit, universos Islandie incolas, ante festum Sancti Olai jejunium aque observaturos. — ipso Paschatis die Episcopus Sigurdr votum Skálholti confirmari fecit.*

- (b) *Kristin Restr* cap. 29. " Hann skal taka bók í hönd fer eða kross, oc trefna vatta at þvi veti, skal hann qveða at ek vinn eid at bók, oc segi ek þat Gudi, at ek &c. " 2: *Manu librum vel crucem assumat, & istes in id testimonium denominabit, & dicat: Ego super librum juramentum præsto, & Deum confessor, me &c.* Conf. *Grágás* in Þingskapar Þætti.
- (c) Monomachix, nostra lingua *Höfmgangr*, an recte ad jurisjurandi species referantur & quod

quod ordalium illis successerit ut quidam volunt inagnopere dubito: Nam ut ordalium vere juramenti species fuit, ita monomachia sententiæ decisivæ vices præstitit. Ordalia etiam ante monomachiam perfectam eliminationem introducta & in usu fuisse innuit *Liosvetninga Saga*, quæ cap. 23. mentionem facit ordalii, sed post narrationem biennii aut triennii gestorum, cap. 29. Eyolfum a Thorkilo ad monomachiam provocatum fuisse dicit. Abolita autem videtur monomachia non simul & semel, sed successivè. Primo quidem ex legibus proscripta fuit circa annum 1012. ut nos docet *Gunnlogs Ormsf. Saga* cap. 11. "Gunnlaugr marli: Nû fyre þat; vil ek biðja þer " hólungaungu her á þinginu at þiggja náttu fresti. Hvarn svarar: Þetta er vel " bodid, sem von var at þer, oc em ek þess alþúinn, þegar þú villt. Þetta þekti " illt frændum hverutveggja, enn þat vöru lög í þann tíma, at biðja hólungaungu, " sá er varhluta þóttist háfa ordid fyre sárum." 3: *Gunnlogus regressus: idem ego monomachiam hic in foro ante tertiam noctem committendam tibi offero. Hæstu respondit: egregia est conditio, ut de te speranda erat, quam, ubi libuerit, acceptabo. Hac utriusque consanguineos male ussus, tunc autem temporis legibus cautum erat, si qui alteri succumbere sibi visus esset, duellum offerret. Ubi, ut in aliis, quæ adfuerint solent exemplis, monomachia, non juramenti loco, sed ut sententiæ decisivæ adhibetur. Ut paulo post, cap. eod. " Enn annann dag í lögrettu, var þat í lög sett, at at heylla " takast hólungaungur her á Íslandi, oc var þat ráð allra hinna bestu manna. Þessi " hefer verit ísdukt framín hólunga á Íslandi, er þær Gunnlaugr oc Hæstu " hördust, oc þad hefer verit hid þridia þing sílmenast, annat estir breunna " Níals, enn þridia estir Heidarvíginn." 3: *Postridie in Comitibus generalibus hæc sancita est, ut monomachia hic in Islandia abrogarentur, quam in sententiæ omnes viri optimi iere. Hæc ultimum in Islandia ductum fuit, quod Gunnlaugus & Hæstu commiserit; hæc etiam comitia tertia frequentissima exsistere, secunda quidem juxta (comitia post) incendium Níals, sed tertia juxta (comitia post) cedes Heidarvíginn. Quando hæc acciderint, pro certo vix potest determinari, cum chronologia hic valde sit perplexa: Innuit enim Auctor factum id esse post Níals-breunna, id est 1011. & post Heidarvíginn, id est post Annum 1015. vid. *Grættla* cap. 30. & 31. sed tamen regnante in Norvegia Comite Erico & in Orcadibus Sigurdo. Atqui Ericus regnare desit & Norvegia excessit Anno 1012. & Sigurdus circa 1014. ergo hic necessario erratum quoddam agnoscendum est, quod chronologis extricandum relinquimus. Interim, statim hæc facta esse Anno 1012. aut 1013. vivo adhuc Sigurdo Orcadum Comite & regnante in Norvegia, non Erico, (qui Gunnlogo adeo infernus fuit, ut (paucis ante annis) de eo diceret cap. 5. " Verdi hann í burt sem skótafi, oc koca " alldri í mót ríki ef hann vill grida níða." 3: *Quam citissime abeat, nec unquam in regnum meum revertatur, si saluti suæ consulere optat. Ut verisimile non sit Gunnlaugum itatum Ericum adisse, ut vult eadem historia) sed Svenone ejus fratre, qui Anno 1012. Erico successit & 1015. regnum amisit. Sed hos loquendi modos: " Annat estir breunna Níals, oc þridia estir Heidarvíginn, " non ad chronologiam aut ordinem rerum gestarum, sed ad frequentiam hominum qui præsto fuerit, referendos esse statim. Monomachia autem in recentioribus Historiis nominatur & indicæ quidem, licet actu non exercitæ fuerint. Conf. *Liosvetninga Histor.* cap. 17. quod etiam circa annum 1012. aut 1013. accidisse videtur, & tandem ejusdem cap. 29. quod***

veritatis, per gestationem ferri candentis, probatio, quam sæpius reus se peregit, quandoque autem alius ejus loco (b), ad quam se jejuniis & certis ceremoniis præparavit, quod juramentum haudquaquam semper bona fide præstitum fuit (c). In Norvegia hunc jurandi modum Vilhelmus

quod ex Auctoris calculo ad tempora Isleifi Episcopi, 3: ad Annum 1057. referendum est. vid. cap. 23. Adeo ut Isleifo Episcopo monomachiarum totalis abolitio adscribenda videatur. Sed de rebus tam incertis nemini litein movebimus. Plura de monomachiis si quis desiderat, adeat *ARNÆSENSIS* *Islandske Rettegang* cap. 7.

- (a) Ordaliū a Germanorum *Urtbeil*, judicium, nostra lingua *Gudsdómur*, Dei judicium, item *Skirfla*, purgatio, peragebatur, nunc per aquam frigidam aut calidam, nunc per gestationem aut calcationem ferri candentis; In Islandia portatio ferri candentis usitatissima fuit. Unde hoc jusjurandum vocabatur, *Fárnburðr*, gestatio ferri. Quod cum proprio periculo quidam se huic jusjurando objecerint, docent exempla; *Liosvetninga Saga* cap. 23. " Skirfla skyldi vera í Laufstí; enn sá prestur het Ketill er " *görði skírfluna*, er kalladr var Mödruvallinga prestur. Þá var í Skálholtri Isleifr " *biskup*. Síðan fastadi hann, enn Eyólfur bauðst nú til at síá skírfluna, oc quod " *auðveldt*, at þeir vildu enn tesia málit, oc skal því meiri hug áleggja estur at síá: " *Þórkell kom oc var nú leyst til handarinnar*. Prestur vœitti ei skíót atqvædi. Þá " *mælti Þórkell: Því ertú sva mikill verfedrángur*, at leggja ei, at hún er braunin. " *oc nefindi fer vatta at því*. Prestur mælti: Nú fer úllicliga, er þid dæmit oc takid " *málid fyrri hendr mer fram*, er eg á atkvædid at veita, oc skal vera enn tilraun " *önnur skírari*. " 3: *Purgatio* (per ordalium) *Laufast peragenda erat, Ketell vero nomen erat sacerdoti, qui sacerdos Mödruvallensium communiter appellabatur. Tunc temporis Isleifus Episcopus Skatbolsti sedebat. Ille postea jejunabat, Eyolfus vero se purgationi ejus jam adfuturum obtulit, asserens liquidum esse, illos eventum cause adhuc retardare conari, quare, inquit, eo majori studio observabo. Þórkell adfuit, & manus detecta fuit. Sacerdos sententiam non celeriter dixit; Tunc Þórkell, cur, inquit, tam degeneras, ut dicere hæsites, eam aduslam esse? Cujus & rei præsentem anteflabatur. Sacerdos respondit: Haud dextre hæc procedant, vos siquidem judicatis, & sententiam, qua mihi dicenda competit, mihi præcipitis, & adhuc aliud magis luculentam tentamen instituetur.*

- (b) Quod quidam etiam pro aliis hoc jusjurandum obtulerint, & subdole præstiterint constat ex *Sturlunga* Lib. 2. cap. 11. ubi Adalricus sacerdos, ad liberandum concubinam suam a furti suspicione, promisit se ferrum portaturum, quod quomodo præstiterit supra §. 7. attulimus. Conf. ejusd. Lib. cap. 14. ubi Grimus quidam, loco Thorvardi Thorgeirii & Ingvaldæ Thorgilli, ferrum revera, sed subdole, portasse refertur.

- (c) Quod certæ ceremoniæ adhibitiæ fuerint, & parvula eorumdem immutatio, ut desectus, aut occultatio ferri consecrati, & huic rei destinati, aut etiam jurantis erratum vel offen-

mus Episcopus Sabinus & Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, circa annum 1247:
fuit;

offensiuacula, hunc jarandi actum impedire potuerint, & quibus technis res subinde
acta fuerit, docent *Hákonar Saga* & *Grettla*, quarum verba, cum uniuersum hoc ne-
gotium egregie illustrant, hic adscribere non gravabor. *Alúkonur Saga*: " Þá geck
" Inga Kóngs móðir til Petars kyrkio oc fastadi þar til járn, sem hún er til. Enn
" þá er járnit skyldi bera var því á braut skott leyniliga." : *Tunc Inga Mater*
regia, templum Petri adiens, jejunió se ad ordalium, ut uotis erat, preparavit. Uti
autem ferrum erat portandum, clam subdolum fuerat. Et alibi: " Eftir þessi
" stefno, geck Kóngs móðir til kyrkio, og fastadi til járn. Þessir menn höfudu
" með henni: Sigurdur Kóngsfrændi, Dagfinnr Bóndi, Andres Skjaldarband oc
" enn fleiri adrir. Enn kól menn vóru feignir til at gæta utan kyrkianar, at
" eigi kvæmi ummáttullu til. Sá madr var med Jarli er Sigar het, vitr oc mennt
" vel, oc lezt vera vinr Kóngs mikill; hann geck til Dagfinns bónda, óþús dag,
" ádr járnit skyldi bera oc mælti: Veit ek at þer erud hugfúkir miuc of ydant mál.
" Enn med því ek vil Kónginnum gott, þá vil ek fá til eina list, þá er ecki skal
" til scada. Eg hef þar eitt gras, ef ek y' þvi á hönd Kóngs móður, at ecki
" skal saká oc hún skal óryggiliga bera meza þetta járn, oc skir verda. Dagfinnr
" Bóndi svarar: Gud þacki þer sannann góðvilja, þú er vitr madr, eda hvar rex
" þetta gras er svá mikinn kraft hefer med fer? Sigar svarar: Þetta gras vex á þin-
" om: hústur í Bítargvíu oc hvers annars. Dagfinnr svarar: Hingi lyf edur lækning
" skulo ver til þessa hafa, nema þer einar er Jesus Christus vill giöra vid sinni mi-
" kuun, enn þú far í brott med skrum þitt, oc skaltu fara vonda ferd, ef þú
" inglir þetta ofstarr. Um daginn eftir þinna bar Kóngs móðir járn oc fór þat
" et bezta til vogar, þar var vid Kóngur oc Erkebiskop oc adrir landshöfðingjar;
" þar var oc Jarl af Orkneyjum." : *Post hæc comitia Mater regia templum adit,*
& jejunió se ad ordalium (tubendum) preparavit. Hi viri unicus illa jejunio
band: Sigurdus Regis cognatus, Dagfinnus Colonus (Bondi), Andreas Skjaldarband,
& alii complures. Duodecim autem viri qui extra templum, ne corruptores quid va-
lerent, dispositi erant. La familia Comitiss vir agebat nomine Sigar, sapiens &
artibus liberalibus inuentus, qui magnam in Regem amicitiam pre se ferebat. Hic
die Mercurii ordalium præcedente, Dagfinnum Colonus adit, inueniens: Scio vos de
vestra causa admodum esse sollicitos, cum autem Regi optima queris cupiam, arti-
ficiam adhibebo, ut nihil detrimenti eroniat. Est mihi herba, cuius (succo) si manna
Matris regie illinivero, nihil ei nocuit (ignis), sed ferrum securo portabit, & se
purgabit. Dagfinnus Colonus regressit: Deus tibi solidam remuneretur benevolentiam,
tu vir es sapiens, sed ubi quæso hæc herba, tantis viribus prædita, crescit? Sgar
respondit: Hæc herba Bergis supra tuas ades, & quorumvis aliorum, crescit. Dag-
finnus regressit: Nullum medicamen aut antidotum hæc adhibebimus, præter ea quæ Je-
sus Christus sua clementia conferre dignatus fuerit, tu autem iactator apæge, & si
talio sapius locutus fueris, male mul'taberis. Die (præstituto) Mater regia ferrum
post primam (horam canonicam) portavit, quæa felicissime succedebat; Rex, Archi-
episcopus,

episcopus, & alii Magnates adfuere, ibi etiam Comes de Orcadibus aderat. Et
Grettla cap. 41. pag. 117. 118. "Kóngur mælti: Unna vilioni ver þer at bera járn
 "fyre illmæli þessu, ef þer verdr þess audid. Gretti likadi þetta vel, oc tók nú at
 "fista til járn. Þá kom sá dagr, at skírflan átti at ske. Geck kóngur, biskup og
 "Grettir oc höldi tóks-til kyrkio, því mörgum var forvitne at síá-Grettir, so mikil
 "sem af hönum var sagt. Var Grettir leidr fram; litu margir til hanns oc sögdu
 "hann ólikann ódrum mönnum edr flestum lakir afs oc vaxtar. Geck nu Grettir
 "innar efsir gölfinu. I því kom þilltr fram hlauþandi, framvaxta, óvísifgr oc
 "mælti til Grettis: Undanlegr hátt er í landi þessu, at illvirkiar, þiófar oc ráns-
 "meun skuli sá skírflu, því vitid at þessum verdr títid fyrir at forða lífi sínu.
 "Þessi er ódadamadr oc lannreindr at hann hefer nrennina iumi brendt, oc er þetta
 "ógudligt af hönum skírflu at taka. Fór þessi framan ad Gretti, skók höfudid oc
 "retti ad hönum fingurnar, kalladi hann moudingialon oc mörgum skemmilegum
 "nósinum. Gretti vard skapbrádt vid þetta oc stódt það ei: Sló þilltinn undir
 "rángann, so hann lá í óviti, sumir segia hann-hafi dait, oc lást ei meir; xissi engi
 "hvadan hann kom eða hvad af hönum vard. Meintu margir þat hefsi verid
 "ótreinn andi, fendr til óheilla vid Grettir. Vard nú hark mikil, var sio fngt
 "kóngi at sá berdist nú sem fastast, sem járnid átti at bera. Kóngur mælti: mikill
 "ógafumadr ertu Grettir! oc mun hana ei hægt at skapa. — Grettir mælti,
 "eg vil faraft undan breannumálinu. Þat mun likligt segir Kóngur, at þú munir
 "þá ei viliandi brent hafa, eum skum þolleysis þíns vard þer það ei audid. "
Rex respondit: Ut criminis hujus te, si contigerit, ordalio purges, concedimus.
Gretter hanc (conditionem) lubenter acceptans, jejunio se ad ordalium (subeundum)
preparare capit. Die, quo purgatio peragenda erat, adventans, Rex, Episcopus,
Gretter, & multa hominum frequentia, templum adire; plurimi enim Gretterem, de
quo tanta fama emanaverat, videndi erant avidi. Gretterem productum multi intu-
entes, cæteris hominibus, aut plurimis (saltem), robore & statura dissimilem depra-
dicabant. Gretter per pavimentum introrsum ambulabat, eodem momento puerulus
procax & procax, procurrens advenit, & Gretterem allocutus est: Mira est hujus
terre consuetudo, sceleratos, fures, & latrones purgari concessum esse, certum enim
est, tales vitam haud serpulose conservare conari. Hicce atrocissimi criminis reus,
& quod homines istos unquam dono combusserit, plane est convictus, adeoque impium
est purgationem ei concedere. Faciem isse Gretteris petens, capitis motu, & digitis
exporcedis, illum irritans, filium scitari; & multis famosis nominibus (Gretterem) com-
pellabat. Gretterem excandescens patientia deseruit, qui puerulo colaphum impexit,
ita ut animo linqeretur, quidam eum exspirasse asserunt; is etiam disparuit, nec
ullus scivis unde venisset, aut quid de illo factum fuerit. Multi illum spirituum im-
purum in prœnicium Gretteris missum esse reputabant. Strepitus hinc magnus exortus
est, Regique relatum, eum qui ordalium subire debuerat, jam acerrime conflatum.
Rex autem, o! inquit, se Gretterem expe tem fortuna, quam & (tibi) creare curvis
difficilimum est — Gretter vegeffit: Incendii ego purgari cupio. Verosimile est,
Rex inquit, se illos consulto non concremasse, sed ob tuam impatientiam tibi (purga-
tionem) non successisse.

festulic; sed quo anno in Islandia abrogatum fuerit, incertum est (a). Præterea etiam mentio fit jurisjurandi per lignum vitæ (b), item per Sanctorum reliquias, ut crines Sancti Thorlaci, quod omnium gravissimum & certissimum habebatur. (c). Perjurii pœna fuit duodecim marcarum solutio (d).

§. 53.

Licet statim a religionis christianæ in Islandia annunciatæ exordio liliolum Papismi, una cum verbi semine ecclesiæ agro insertum fuerit, simplicior tamen Dei cultus & doctrina, & pro modo cognitionis, pia & inculcata vita usque ad dimidium hujus Periodi, prævaluisse videtur: Exinde autem antiqua simplicitas sordescere & quod purum in se habuit, recepta doctrina suffocari cœpit, præcipue autem post Annum 1160. omnigena supersticio, eandemque a latere concomitans morum perveritas, magna cepit incrementa; quo quis enim superstitioni magis deditus, eo magis pius & Deo acceptus, imo pro perfectè sancto & immaculato habebatur, adeo ut quidam, vivi adhuc, tantum non adorarentur (e), sed post

- (a) Quod ad Annum 1249. aut forte diutius in usu fuerit ordalium verisimile est. Ultima vice exercitum legitur *Sturlunga* Lib. 6. cap. 5. Factum autem hoc est Anno 1278. sub ipsam festum Natalitiorum. In Norvegia sublatum fuit 1248. sed in Danis a Valdemaro Secundo, & in Svecia a Magno Smeck.
- (b) *Sturlunga* Lib. 6. cap. 33. " Síðan var Gissuri færðr kross' er í var lignum vite, oc fór hann þar við at hallda þessa lístr. " : *Gissuro þessia crux allata, cui inerat lignum vite, & hano transactionem se obseruatum juravit.* Quod tamen subdole fecit, ut eventus docuit.
- (c) Vid. infr. Sect. 3. cap. 6. §. 16.
- (d) *Kristin R.* cap. 39. " Ean ef hann sver fiórdungi minna, þá verðr hann sekt of þot " tófi mörkum. " : *Sí minus, quam pars quarta est, esse juramento asseruit, duodecim marcis multatur.* Qui de Islandorum ordalio plura cupit, adeat *ARNSEN'S* *Islandské Rettergang* cap. 8.
- (e) *Sturlunga* Lib. 3. cap. 2. Dicitur Thorlaco Episcopus, adhuc in vivis, " Heilgr " madr " vír *Sauðus.* Et in ejusdem *Vita:* " Gissur Haltsfón mælti: Vilium ver " bidia, þer seud vor andlegr fader, áruandi oss miskunnar hía gudi, því íer trú " um, þer munud ei minna valld hafa í andlegu lífi hía gudi, enn nú hefir þú. " Þá þagdi biskup, oc svaraði engo. " : *Gissurus filius Halli dixit: rogare volu-*

post mortem exhumati publicæ adorationi profiterentur; quique illis divinum habere honorem recusabant, aut reliquias negligentius tractabant, pro impiis & blasphemis habebantur (a). Apparitionibus, somniis, aliisque ejusdem farris deliramentis, major quam sanctissimo Dei verbo fides habebatur, ita ut vetularum somniis moniti, demortuis divinum honorem decernere non sunt veriti (b). De infallibilitate Papæ licet in jure

Z 3

Eccle-

mus, ut vos noster pater spiritualis esse velitis, clementiam a Deo nobis expetens, credimus enim, in spirituali apud Deum vita, non minori potestate vos fore gavissimos, quam tu jam habes. Episcopus tacuit, & nihil respondit. De Gudmundo Episcopo ibidem cap. 15. " Kolbeinn lagdi so mikla virðing á hann, at hann kalladi " hann sannheilagan mann, oc quadt þess margar rauvir hafa. " 3: Kolbeinn tanta cum veneratione prosequeretur, ut cum virum vere sanctum vocaverit, cujus rei se multa documenta habere asseruit.

- (a) *Starunga Lib. 3. cap. 33. " Þad var venia Gudmundar um hátídir, at hann let upp " helgra manna bein, oc let menn kyssa á þau, enn Þórsteinn quadt ei vita, hveit " þad væri helgra manna bein edr hrossabein, oc gjörðist af þessu óþocki mikill " þeirra á mill. Enn um vorid stefndi Gudmundr Þórsteini tveimr stefnum, ann- " eri fyre gudlalt, er hann kalladi helgra manna bein hrossa bein. " 3: Mos erat Gudmundo, cum festis ossa Sanctorum monstraret, illa etiam osculanda offerre. Thorsteinnus vero dixit, nescire se, utrum hæc equina essent ossa, an humana, unde magna inter illos oborta est simulatio. Vere autem, Gudmundus duplici dica Thorsteinnus in jus vocavit, altera ob blasphemiam, quod ossa Sanctorum equina appelleraret. Vita Job. Augmundini: " Brandr biskup var so veikr, at hann vard ei leiddr í " kyrkio; enn fyre áeggjan manna, let hann taka hvolfid af leidi Jóns biskups, oc " sára ser nokud af beinum hanns. Þeir fundu þar gran grös mönnum ókunn- " ig, oc þókti öllum undarligr lier grafanna í þad mund missra. — Þeir " töku grösín oc letu í dryck biskops, oc vard hönum strax lettara. " 3: Brandus Episcopus tam erat infirmus, ut in templum non posset deduci. Alorum tunc exor- tatione adluctus, operculum de Jona Episcopi sepulchro auferri, & ossium ejus quædam sibi adferri curavit. Illi verbas virides ignotas invenere, & herbarum color eis anni tempore omnibus admirandus videbatur — Herbas ponit Episcopi incidere, ille autem levamen statim expertus est. Conf. infra not. ad §. 56.*

- (b) *Vita Job. Augmundini: " Anno 1200. var hardinda vetr meiti. Þá dreymdi sátka " konu mikin mann oc virduligann, hann taladi til hestnar: Taki menn úr jörðu " kistu heilags Jóns biskups, oc dýrki hann sem menn hafa fremst faung á, oc síðr " hvad í gjörift. " 3: Anno 1200. hyems erat acerrima. Tunc mulier pauperculus virum grandem & venerandum per quietem vidit, qui illam his allocutus est: Capulum Sancti Jona Episcopi exhibetur, & quantum possibile est, is adoretur, & quid tunc evanias, expectetur. Vita Thorlaci Episcopi: " Vitradist Þórdi pretri Þorlák biskup " ikup*

Ecclesiastico nihil expresse habeatur, de ea tamen, purgatorii existentia, inferiorum necessitate (a), aliisque Romanæ Ecclesiæ placitis nemo dubitavit.

§. 54.

Miraculorum feracissima hæc ætas fuisse fertur, quæ vero temere magis efficta & evulgata, quam credita fuerint, non facile dixerit; nostro enim seculo si visui proponuntur, derisui simul propinantur; otiosorum namque monachorum lucernam pleraque olent, qui aut nimia credulitate & superstitione occæcati, omnia quæ audiverunt, crediderunt; aut data opera & spe lucri, omnia hyperbolice enarrate, & fabulis incrustare læcerunt (b).

§ 55.

" Skup oc fagðj: Sú hardinda vedrátt sem nú gengi, mundi batna ef líkami sinn " væri tekinn úr jörðu, oc ráðlagdi at þad væri giörðt, oc þókti mörögum þessi " draumr miög merkiligr. " : *Thorlacus Episcopus Thordus sacerdoti apparuit. Et dixit, acrem illam tempestatem, quæ invaluerat, mitiorem fore, si suum corpus exumarctur, consuetumque dedit, ut hoc fieret. Hoc somnium multis magni esse momenti videbatur.*

- (a) *Sturlunga Lib. 7. cap. 47.* " Deir funduðt Sigurdr Biskop oc Þórdr oc fell í fyrstu " lítt á med þeim, enn greiddist þó vel, því Þórdr gaf þá Skógtiörn til stadans " á Skálholti fyre sál födur síns oc móður. " : *Sigurdus Episcopus Et Thordus convenerunt, sed illi initio parum concordabant, qui tamen (nodus) bene extricabatur, eo quod Thordus tunc Skogtiornam pro animabus patris sui Et matris cathedra Skálholtensí dedit. Ibidem Lib. 10. cap. 4.* " Sigurdr quadvst þá skuld gíalds mundi, " so sál Þörgíls hefði ei hardt gíalds vegna. " : *Hoc debitum Sigurdus soluturum se promisit, ne anima Þorgílsis pecunia ergo cruciaretur.*
- (b) *Primos Episcopos, aliosque nostratum, egregios quidem fuisse viros, ingenii & corporis dotibus ornatos, ecclesiæque utilem navale operam certum est. Interim tamen vereor, ne monachis eorundem vitarum & historiarum auctoribus aut interpolatoribus, idem in mentem venerit, ac Alexandro Magno, qui in posteriore Hyphasis ripa, monumentum expeditionis suæ relinqvens, aras, castra, fossas, cubilia, arma, equorum frena, duplo vel triplo majora fieri iussit, scilicet ut speciem omnium augetet, posteritati fallax miraculum, ut PLUTARCHUS & CURTIUS docent. Quod autem nos attinet, cum eodem Curtio Lib. 9. cap. 1. lubenter fatemur: plura transferimus quam credimus, nam nec affirmare sustinemus, de quibus dubitamus, neque subducere quæ accepimus. Ut autem de cæteris iudicium ferri queat, unum tantum aut alterum exemplum adscribam: Sturlunga Lib. 3. cap. 9.* " Sá atbrædr fæði, " at

§. 55.

Funerum & sepulturæ maxima cura gerebatur: Hinc si is, qui ex legum præscripto funus alicui facere tenebatur, officium neglexerit, quinque imperialium pretio multabatur; similiter & ille qui profana seu prohibita funera in cæmeteriis deposuit, aut ad templa deferri curavit. Triplicis

" at Steinn prestur bad Gudmund gefa sér helgidóma, oc svo gjörði hann. oc er hann
 " gaf hönum af heini Jóns biskups, sagði Steinn prestur, at sér þækti ei vellit bein-
 " id oc óheilagt: Enn Gudmundur prestur spurð miðkliga, hveit hann nýli ei?
 " Steinn prestur svarar, oc vœðir Jón biskop ei taka Þórláki biskopi meir enn í mid-
 " iar tíður. Gudmundur mælti: Þá biðjum ver allir gud oc hinn heilaga Jón bi-
 " skop at hann lýti sitt jarteikn oc heilagleik í nokkru teikni. Þá fellu allir menn
 " á knæ med Gudmundi prestli; enn eftir það lét hann alla menn kyssa á heinid.
 " Þeir kœndu allir so létann ylm af beininn, sem reyklest, nema Steinn prestur,
 " hann kændi engann ylm: Þá skammalíft hann sín, oc stá þá reidi guds og hins
 " heilaga Jóns biskups vid sig, er hann var nú gjör fráskili í þessari dyrd, oc bad
 " þá gud og hinn heilaga Jón biskop fyrefegningar; Þá baud Gudmundur gefa Stei-
 " ni prestli af heini Jóns biskups, ef hann vildi af öllu hiarta dyfka hann. Hann
 " kvæðst vilia segginn. oc var raðt um, hvert Jón biskop vildi þiggja dyfkan hans?
 " Þá sagði Gudmundur prestur at allir ókyldu biðia fyre hönum, oc so var gjört. Þá
 " kændi hann so setann ylm sem aðrir. Þá þöckudu allir gudi oc hinum heilaga
 " Jóni biskupi. Var þá hríngt öllum kluckum og lúngid *Te Deum laudamus* oc
 " lýft so þessu jarteikni. " *o: Factum est quod sacerdos Steinus Gudmundum roga-
 " ret, vellet sibi reliquias dare, quod & iste fecit. Cui autem illi de ossi Jonæ Episcopi
 " dedit, Steinus sacerdos, os hocce sibi non pulchri coloris & profanum videri,
 " dixit. Sacerdos vero Gudmundus comiter interrogavit, numne crederet? Steinus sa-
 " cerdos respondit, & asseruit Jonam Episcopum, non plus quam ad medium Thorslaci
 " Episcopi latus, pertinere. Gudmundus respondit: Nos ideo omnes Deum & Sanctum
 " Jonam Episcopum rogamus, ut sanctitatem suam & miraculom signo quodam demon-
 " stre. Omnes tunc una cum Gudmundo sacerdote in genua procumbebant, postea os
 " illis deosculandum obtulit, qui tam fragrantem ossis odorem, ac si thus fisset, omnes
 " percipiebant, Steino sacerdote excepto, qui nihil fragrantia percipit. Tunc pndefac-
 " tus, irans in se Dei & Sancti Jonæ Episcopi, quod de glorioso isto miraculo segre-
 " gatus erat, perspexit. & Deum ac Sanctum Jonam Episcopum remissionem rogavit.
 " Gudmundus drinde se Steino partem ossis Jonæ Episcopi daturum promissit, si hinc
 " Steinus de toto corde colere vellet. Ille hoc lubentissime annuit; disjungebatur tamen,
 " num Jonas Episcopus ejus cultum acceptaturus esset. Tum sacerdos Gudmundus omnes
 " pro illo orare iussit, quod & factum est. Ille tunc tantam, quantum ceteri, fra-
 " grantiam percipit; omnes autem Deo & Sancto Jonæ Episcopo gratias retulere. Tum
 " omnibus pulsabatur campanis; & Te Deum intonabatur; usque ita hoc miraculum
 " promul-*

plicis autem generis mortuos in cæmeteriis sepelire non licuit, quales fuerunt, qui se ipsos occiderant, proscripti aut exules, nisi id speciali Episcopi dispensatione permitteretur, & tandem infantes, qui sine baptismo decesserant. Illi autem infantes, qui vivi in lucem editi fuerant, & signum crucis, non vero baptismum acceperant, sub ipsis cæmeterii sepimentis condendi erant. Funus autem mulieris quæ in puerperio obierat, signum

promulgabatur. Et ibidem Lib. 5. cap. 46. " Lögdur þeir þá hendur á Urækia " oc bad Sturla Þórstein Lång meida hann. Þeir skorudu af Ipióts skapti, oc giör- " du þar af hæl, oc bad Sturla hann þar með útlíösta augun, enn Þórsteininn graðft " þad ei kunna. Var þá tekinn knúfr, oc vafur, oc ætíad meir enn þvefingur. " Urækia kalladi á Þórlák biskop fer til hiálpar. Hann saung í meidslunum bæn- " na *Sancta Maria mater Domini nostri Jesu Christi* &c. Þórsteininn stækk í augun " knúfnum upp ad vatninu. Enn er þá var lokid, bad Sturla hann minnst Arn- " biargar oc gelda hann. Tók hann þá burt annat eistad. Eftir þad skipadi " Sturla menn til ad geyma hanns, enn Svertingr var hiá Urækio, enn þeir Sturla " ridu þá í brott og ofan í Reykholt. — Fóru þeir þá til Stadar, oc var þar " komin Arnbiörg oc Játvardr oc sagdi hann þá tilindi í hliódi, at Urækia hefö " sýn sína og var heill: Hann bad þau ríða í móti fer ef þau mættu med nokru " móti, þviad Sturla var þá ridinn norðr um land. Þau Sturla Þórdarson oc Arn- " biörg ridu þá suðr, oc hórir menn adrir. Enn er þau komu í Borgarfjörð, var " Urækia burt úr hellinum. hafdi hann ridid um land með þriá menn. ridu þau " þá í Skálhollt, oc kom Urækia þá til móts við þau austan úr Klofa oc var hinn " hressfalli. " *Urækiam tum ceperunt, quem ut Thorsteinus Longus munitaret. Sturla iussit: basile in conum acuebant, quo illi oculos excuti iussit, Thorsteinus vero hoc se dextre peragere nescire asseruit. Culter deinde (fili) obligabatur, (enspid) ultra pollicem transversum (undo relicto). Urækia Thorlaci Episcopi auxilium implo- ravit, & dum laderetur, precationem sancta Maria mater Domini nostri Jesu Chri- sti &c. recitavit. Thorsteinus cultrum usque ad (fila) obvoluta oculis impegit. Quo perato Sturla cum Arnbiörga meminisse, & Urækiam castrare iussit. Tum ille (Thor- steinus) huic (Urækia) alterum exemit testiculum. Sturla deinde viros ad eum custodi- endos constituit, Svertingus vero apud Urækiam remanserat, sed Sturla cum suis inde Reykholtum egritabat — Postea Stadum tendebant, quo Arnbiörga & Ját- vardus advenerant, ubi occulte saltem retulit, Urækiam visum & incolunitatem recepisse, ac istos rogare; si modo possibile esset, in occursum suum egritarent; Sturla enim in septentrionalium terræ quartam egritaverat. Tum Sturla Thordi filius & Arnbiörga una cum quatuor comitibus in meridionalium quartam egritabant; sed ubi in Borgarfjordum venerat, Urækia de antro meridiiem versus cum tribus comitibus egritaverat, illi ergo Skalholtum equis iter fecere, quo Urækia ab oriente in illorum oc- cursum Klofo pervenit, eratque quam maxime alacris.*

in cœmeterii quidem exteriori parte sepeliri, sed templo inferri haud erat licitum (a).

§. 56.

In *exhumatione mortuorum*, qui miraculis inclarescere crediti sunt, (b) varii ritus & ceremoniæ usurpatæ fuerunt. Primo totum templum splendidissime ornabatur, luminaria quot ibidem collocari potuerunt, accendebantur, omnes campanæ strenuissime pulsabantur. Deinde Episcopus mitram, universonque pontificalem vestitum indutus, altera manu baculum, altera vero thuribulum gestans, subsequente Clero aliæque hominum frequentia, sepulcrum adibat intonans: *Veni creator Spiritus*. Hinc cum locus e sepulcro elevaretur: *Te Deum laudamus*. Quem dum Clerus persequitur, locus ingenti gravitate & pomposo incessu, templum & cœmeterium circumferebatur, tandemque choro templi illatus, in loco preparato collocabatur. Hic dum antiphonæ & sacræ modulationes, itemque Litania in laudem Sancti composita canuntur, publicæ adorationi & osculationi proponitur. Ultimo missæ summa festivitate celebratur, qua finita, hospites sumptuoso convivio excipiuntur, quorum nemo numerum Sanctum indonatum reliquit. Eadem fere aut simili solemnitate eorum anniversaria celebrare consuetum fuit.

§. 57.

Persecutiones doctrinæ, seu ob solam religionem, hoc tempore nullæ exstiterunt; nam quæ nonnullis episcoporum cum quibusdam aliis inter-

- (a) Hinc si templa necessario loco movenda essent, ossa & reliquiæ defunctorum scrupulose conquisita, Presbytero aquam consecratam adhibente, & cantilenas quasdam modulante, una transvehi debebant. *Jus Ecclæs.* cap. 2. 3. 4. *Conf. Greta* cap. 76. & *Eyrbyggie* cap. ultimum.
- (b) Hi fuerunt *Jonas Ögmundi* Episcopus Hølenensis, & *Thorlacus Torballi*, Episcopus Skalhøtenensis, quibus tandem adscitus est *Gudmundus Arii filius*, Episcopus Hølenensis. Collegiam in Anniversariis Thorlacii usurpari solitam, ex antiquo codice membræneo, qui quondam templi cathedralis Skalhølt. fuerat, nunc autem in Bibliotheca Univers. Havn. asservatur, exhibet perillustris & summe venerab. Sælandiæ Episcopus *LUD. HARBOE* in *Hist. Reform. Relig. in Islandia*. Vide Acta Societ. Havn. Tom. V.

intercesserunt controversiæ, non ex hoc fonte, sed causis politicis & secularibus promanarunt. Cum enim illi omnibus se intermiscerent, minimum quæque callum acutissimo statim anathematis gladio secare & eradicare vellent, cujus tamen in antiquo Jure Ecclesiastico, quod tunc temporis apud nos vim legis obtinuit, nec vola nec vestigium occurrit; cum secundum illud, leviora delicta multa pecuniaria, graviora autem proscrizione civili majori vel minori luenda essent; Hi tam acrem & insolitam medicinam non ferentes, recalcitrare, & suum contra gladium stringere solebant. Hæc pleraque ita sunt comparata, ut a sanioris religionis fundamento non parum aberrarent; ab ecclesiæ tamen Romanæ, cujus tum temporis ubique viguit doctrina, ne latum quidem unguem discedunt. Hæreses enim in Islandia, præter eas, quæ universæ ecclesiæ communes fuerunt, nunquam auditæ sunt.

§. 58.

Quales maximæ hominum partis mores aut vita fuerint, ex Magnatum exemplis quædamtenus colligi posse videtur, qui non tantum vagis & immodicis libidinibus plus nimio dediti fuerunt (a), sed & internecinis odiis (b), mutuis rapinis, fraudibus, homicidiis, integrarum villarum incendiis

- (a) Testantur id historiæ, extantque exempla Jonæ Lopti, Sæmundi Jonæ, Gissurii Halli filii, Gudmundi Dýce, Sventonis & Snorronis Sturlæorum, Thordi Kakali, aliorumque magno numero, qui, præter legitimas uxores, duas, tres aut quatuor habuerunt concubinas. Sic de Thorvaldo Vatnsfjordenfi refert *Sturlunga* Lib. 4. cap. 33. "Hann" "lä i lokhvílu oc tvær frídlur hanns hiá hönum." : *In lecto clauso una cum duabus ejus concubinis cubabat.* Et de aliis quibusdam minoris notæ Lib. 5. cap. 28. "Þeir láu i lokhvílu i innanverðum skála bádir i einni hvílu, enn Jóreidar Con-
" álfs dóttir, frídla Björns, i milli þeirra." : *In intima cubiculi parte uterque in uno jacobæus lecto, sed inter illos (cubabat) foreida filia Konalfr, concubina Björni.* Lib. 2. cap. 25. "Sigurdr Gríckr quæst leytá mundi fetta vandræði oc rega ad
" Hákonii. Það mundi ec oc hellst til kíóla, segir Hácon, því fyre þer em eg alba
" manna ómáktigastfr, því eg tók þig felaulann þá er þú komst út, oc sann eg þig
" þrífvar i teng hiá konu minni." : *Sigurdus Grickus hunc se nodum solatarum.*
" *Et Haquinum interfecturam, obtulit. Hanc ego, Haquinus inquit, optionem mihi optari-
" tarius, a te enim (me occidi) indignissimum est, te enim peregre adveniens inoptem
" xcepi, & ter te in lecto apud uxorem meam deprehendi.*

- (b) *Sturlunga* Lib. 2. cap. 28. Odiâ Sturlæ Hvattmenis & Thorleifi Beiskalds plusquam
Vatniana,

cendiis (a), & apertis conflictibus, grassabantur (b), quæ aut aliquæ pecuniæ solutione, aut ad limina Apostolorum, aliave sacra loca suscepta peregrinatione, expiari posse credebant. Tales enim peregrinationes nunc majoris sanctitatis adquirendæ causâ, nunc ad satisfaciendum, non tantum

A a 2

tum

Vatiniana, indicans, refert eorum cum errone quodam colloquium, hoc modo: " Hverfu mátti Þorleifr, sagði Sturla: Vel mátti hann, sagði ferdamadr. Þá mæll. " ti Sturla: Allar kvæfir eru hönnun geymdar til annars heims. — Enn er ferdamadr kom til Þorleifs, spurdi hann: Hverfu mátti Sturla Bóndi? ferdamadr svarar: Vel mátti hann, þá er eg fór vestur, enn nú lá hann, þá eg fór vestan, oc var miög tekinn. Sva ná vera sagði Þorleifr. hann mun nú hafa illt, enn hálfu verra síðan. " : *Quomodo, Sturla inquit, Þorleifus valebat? egregie valebat, vegeffis viator. Sturla respondit: omnes cruciatus cum in altera vita manent. — Ubi autem viator ad Thorleifum venit, cum hic interrogavit: Quomodo Sturla Colonus (Bóndi) valebat? Viator respondit: Cum occidentem versus iter feci, bene, nunc autem ubi ab occidente revertebar, decumbebat, & id quidem morbo admodum gravi. Crete quidem, Thorleifus ait; Nunc siquidem cruciatur, dyslo autem magis in posterum. Confer exemplum Gisluri Comitis, qui inimicis, Sturlæ Sighvati & Kolbeino Gíðm, ne tantillum vitæ concedere voluit, ut absolutionem & sacram synaxim adipisci possent. Pari modo etiam hæc salutis media Oddo Thorarini morientem denegata fuerunt. Sturlunga Lib. 9. cap. 20. Et Lib. 10. cap. 8. " Þóðr mælti, þess vil eg " biðja þig, Gislur Jarl, at þú fyregefir mer. Gislur svarar: þad skal eg giúra þeg. " at þú ert dauðr. " : *Hoc ego, Thordus ait, te Giffure Comes rogatum volo, mihi condones. Giffurus respondit: Faciam te mortuo.**

- (c) Quæta fuerunt: *Hvannsbrenna, Önundarbrenna, Þorvaldsbrenna, Eyraurbrenna, Flugmyrabrenna.* De quibus vid. *Sturlunga* Lib. 3. cap. 21. Lib. 4. cap. 17. & 50. Lib. 9. cap. 3. & seqq.
- (b) Famofissimi conflictus, qui in hæc tempora inciderunt, fuere: Vidensensis, inter Gudmundum Episcopum & Kolbeinum Tunnærum; Holensis, inter eundem Episcopum & ultores necis Kolbeiniane; Grimsdönsensis inter Episcopum & Sighvatum Sturlærum; Helgastadensis, inter Episcopum & Sighvatum; Bajensis, inter Sturlam Sighvati & Thorleifum Bodvari; Örfigstadsensis, inter Sighvatum & Kolbeinum Arnori; Consuetus navalis, inter Kolbeinum & Thordum Kakali; Grundensis, inter Thordum & Brandum Kolbeini; Thverkenfis, inter Thorvardum Thorarini & Eijolfum Thorsteini; Skalholtensis, inter Gislurum & Urækiam. In omnibus hisce justis concursum est aciebus, non paucis plerumque ex utraque parte desideratis, de quibus *Sturlunga* suis locis consuli potest. Invasiones autem & improvisas excursions, in quibus decem vel pauciores perierunt, ut & manuum pedumque mutilationes, & subinde exercita homicidia, longum est enumerare. Ætas, quæ hæc facta sunt, ab Anno 1160. ad 1260. communiter vocatur " *Sturlunga-tid* " : *Sturla filiorum ætas*, quod nobis idem est ac Romanorum *Syllana & Mariana tempora*, aut Danis *Grævens tiid* : tempora pessima & turbulentissima.

tum pro propriis, sed etiam alienis peccatis (a) crebro infituebantur; ex quibus plurimi revertentes multo atrociora commiserunt facinora, adeo ut peccandi licentiam Romæ nacli fuisse videantur (b). Interim tamen pessimis etiam temporibus pietatis & caritatis egregia quædam signa & exempla non defuerunt (c).

§. 59.

- (a) *Sturlunga* Lib. 4. cap. 17. inquit Rafnus Sveinbiörnsonis: " Eg vil bióða þer slíka " sætt, sem þú vilt gjörðt hafa. Eg mun handfala þer at fara af landi þert, oc " gánga til Róm til hjalpar báðum ockr." : *In quancunqve tu volueris pactionem, " consensiam. Me peregre abiturum, & Romam, in utriusqve nostrorum salutem, pere-* " *grinaturum, stipulata manu spondebo.* Ibidem Lib. 5. cap. 23. " Sturla feck latin " allra sinna mála í Róm oc ivo födur síns, oc tók þar fyre skriftir, var hann leiddr " herfætt í milli allra kyrkna í Rómaborg, og ráddid fyre flestum höfud kyrkium. þar " þad drengilega, seu vonlegt var, enn flest sölk stóð úti oc undradit, báði á " bríót oc haruadi, er so gjörviligr, frídr oc sönguligr madr var so hardt leikinn, oc " mátti ei vatni hallða, báði konnr oc karlar. " : *Sturla Romæ omnium suorum " & patris sui delictorum absolutionem & pænas condignas consequabatur. Nudis pedi-* " *buis inter omnes ados sacras Romæ ducebatur, & apud plerasqve primarias flogeba-* " *batur. Id ille viriliter, ut sperandum erat, tulit, maxima usque bonitum pars* " *foris consistens, admiratione capta pectus pulsabat, & tam virilis & auguste forme* " *ac pulchritudinis virum tantopere cruciari merebat, neque etiam viri, nec muliere,* " *lacrymas continere potuerunt.*
- (b) Exempla sunt: Gisturus Thorvaldi filius, Sturla Sighvati; Thorvaldus Vatnsfordensis, Urzekia Snorrónis, Kolbeinus Arnori, Islandorum Primates, qui omnes, ad exone-randum peccatis conscientians, Romam petierunt, sed reduces mox similibus, aut forte gravioribus eam onerarunt.
- (c) Infr. Sect. 4. cap. 2. semet offeret Ketilli Thorsteinidæ exemplum, qui hosti infensissi-mo condonavit & beneficia præstitit: & paulo supra retulimus de Rafno Sveinbiörn-sonis, qui pro hoste capitali Romanum iter, & pæne, ejus sceleribus condigna, ex-cultationem obtulit. De Gudmundo Grís, Pastore Thingvallensí & Prætoro Universitatis refert *Sturlunga* Lib. 2. cap. 23. post alias viri laudes: " Hann gjördi flayra fyre " guds lakir enn adrir. " : *Plura quam alii Dei causa fecit.* Thorvaldus Giffi-ri, qui etiam Prætor & Pastor fuit, þallim ob mansuetudinem laudatur. Lib. 3. cap. 1. de Thorvaldo Thorgeirí refertur: " Þörkell Flöfason, sem fekr var gjör um sumant, " ferdi Þörvardi höfud sit á skirdagsaptan, enn hann let hann fara í frídi, oc gaf " hönum heft eftir Páska viku, oc bad hann fara hvort er hann vildi, oc quad hann " nióta skyldi þess, er á þeim tíma gjörðit hafði. " : *Þorkelus filius Flöfons, qui* " *estate præcedenti proscriptiois reus erat peractus, pridie Viridum Thorvaldo captus* " *sum commisit. Hic vero illi, exacto paschato septiduo, veniens in pace abeundi &* " *æquum, simulqve, quocunqve vellet, proficiscendi libertatem. dedit; asserens, hoc se in* " *gratiam*

§. 59.

Quam indignam & plane rudem *de vita aeterna* & statu beatorum plurimi animo foverint *sententiam*, vel inde patet, quod quibus in hac vita adhuc constitutis perfectam sanctitatem, illis in aeternam transvectis criminosos affectus, ut ambitionem, iram, ultionis cupiditatem & mundanorum amorem tribuerunt (a), unde non mirum, quod ipsi talia perpetraverint & pro nullis aut parvis habuerint peccatis.

gratiam eorum, quae illa tempestate acta fuerant, facere. Thorkillus hic Thorvardum in Comitibus prioris anni intolerantem tantum non lethaliter stuciverat, ideoque proscriptus fuit. Quibus similia plura quidem exstant, sed omnia enumerare superfluum videtur.

- (a) Quod Thorkaem pro Sancto in hac vita habuerint, ex supra dictis patet; De mortuo autem dixerunt: "Hinn er hefndargjarn." v: *Vindicta est cupidus.* Vid. infra Sect. 3. cap. 6 §. 16. *Sturlunga* Lib. 9. cap. 23. "Þórgils haud mönnum sínum" þar at vers, oc líta helta lína gánga í tání. Enn Sturla mælti: ei skal það, því "Sánði Petr á töðuna oc hefer hann eeki gjört þer til." v: *Thorgils suos ibi manere, & equos campo stercoarato immittere iussit.* Sed Sturla *regeffit: Haudquaquam; Sanctus enim Petrus gramen ibidem possidet, qui in se nihil deliquit.* *Sturlunga* Lib. 9. cap. 53. "Þórdr bad kóng láta Gíffur burt frá fer, því vera kynni, at vandræði" aukist, ef þeir eru báðir samt. Kóngur svarar: Muntu geta verid med hönum í "himnaríki. Þórdr svarar: Vera gjarnan herra, enn þó ío at langt bil sé milli." v: *Thordus Rex ut rogavit, vellet a se Giffum amittere, alias enim, si uterque in uno eodemque loco degeret, mala esse timenda.* Rex respondit: An tu una cum illo in regno caelorum esse poteris? Thordus *regeffit: Esse equidem, Domine! ita tamen ut magnam insecedat spatium.*



CAP. II.

De statu rei literaria & litteratis.

§. 1.

Ante Isleifi, primi Islandorum Episcopi episcopatum, nostratum plerique illiterati fuerunt; hoc autem paulatim piorum episcoporum vigilantia ad meliorem frugem pervenit. Nam ex aliquali *Isleifiana* schola, brevialix, ut *Haukadalenfis*, *Oddenfis* & *Holenfis*, egerminarunt, unde non pauci literarum usum & cognitionem popularibus inculcare studentes prodierunt. Præterea, cum tempore, ad quodvis monasterium litterarum quædam seminaria instituta fuerunt; tandemque ditiores seu latifundiorum domini, propriis sumptibus, juvenes quosdam educari & erudiri curaverunt, usque dum tantam acquisiverant peritiam, ut sacris operari, & cætus curam gerere posse viderentur (a).

§. 2.

In talibus scholis præter legendi, scribendi & canendi usum & maturitatem, artium & lingvarum qualemcunque gustum, pietas & Theologiæ cognitio pro seculi conditione & discentium captu inculcabatur. Harum

-
- (a) Qvæli in scholis hoc tempore usi fuerint docendi methodo non liquet, id tantum constat; quod Classicos Auctores legerint & prælegerint. Conf. inf. Sect. 3. cap. 5. §. 2. Quod severam satis verbis & verberibus exercuerint disciplinam non egvidem dubitandum putamus, sed si ea non suffecerunt, gravissimis laboribus fatigabant, ut eorum tædio literarum amor inculcicaretur. *Jus Eccles.* cap. 8. "Hann skal fá hönum kennt" lo oc föstr, oc svo láta ráða hönum, at sveinum se óveglaust oc svo frændam, "oc svo víðgiöra, sem hanns barn väre. Nú vill sveinninn ei nema, þá skal fara" hann til annara verka, oc ráða hönum at hvarki verdi örkumsl ne slit, oc halda "til sem ríkast at öllu annars. Nú vill hann hverfa aprt til námsins, oc skal þar "halda hönum þá til." 3: *Institutionem & educationem illi suppedito, & ita cædi curato, ut absque pueri vel ejus cognatorum dedecore fiat; ita & illum tanquam propriam suam filium habeto. Si vero puer discere noluerit, tum ad alia adhibetur opera, & ita flagellator, ut nec mutilatio inde oriatur, nec forma mutetur, in omnibus etiam aliis quam strictissime (ad labores) adigitor. Quod si ad studia reverti voluerit, ita adhibetur.*

rum non pauci deinceps uberiozem in studiis profectum comparaturi, in Angliam, Germaniam & Galliam transibant (a), acquisitaque quam appetiverant eruditione, in patriam, utilissimam ecclesiæ operam navaturi reversi sunt. Et quamvis scholæ, quales hodie habemus, jam tum domi institutæ non essent; nam qui id sibi pervadent, firmas suæ sententiæ adferre rationes nequeunt; multi tamen, qui domestica doctrina contenti, peregre, ad meliorem informationem nunquam abierunt, reliquis haud inferiores aut indoctiores evaserunt (b). Et ne hæc, ut nostram gentem adulaturi, aut citra veritatem asserere videamur, idem nobis, abunde stabilium tot præstantissimorum ingeniorum monumenta, hoc temporis tractu elaborata, quæ aut adhuc apud nos supersunt, aut quorum fama vel nomina saltem ad nos pervenerunt, licet auctores quorundam incerti sint (c); accedunt doctissimorum virorum testimonia idem affirmantia (d).

§. 3.

- (a) Plurimi horum Parisiis Musis operam dabant, unde *Parisklerkar* vocabantur, id est Studiosi Parisienses, nam vox *klerkar* antiquis Studiosus, non vero ut nunc Sacerdotem, significavit. Hinc Knutus Haconis filius, Norvegiæ Comes, & Petrus Skulonius, Ducis filius, vocantur *klerkar*, id est viri docti. Vid. *Vitam Haconis Haconis filii*.
- (b) Exemplo sint *Avins Polybistor*, *Snorro Sturlaus*, aliique, qui studiorum gratia nunquam peregrinati sunt. De quibus infra.
- (c) Horum plus minus ducenta enumerat Celeberr. *TORFÆUS Ser. Reg. Dan. Lib. I. cap. I.* Quorum quadruplex discrimen vir doctus observat. *Primum genus* aliud verbis profectur, aliud sensu recondit, unde tandem, si nulla historię series, ac præsertim ritus ac religio cognoscuntur, quædam etiam vera deprehenduntur; Cautum ergo requirunt lectorem, ut recte monet *BARTHOLINUS Ant. Dan. Lib. I. cap. II. Secundum genus* confictas tantum narrationes continet, sine ullo recondito sensu, estque vel artificiosum vel rude & insulsum. *Tertium* historis ex veris principis deductas, fabulosas insperis obscurat, estque iterum duplex; unum quando per universum contextum fabulæ ita sparguntur, ut verum a falso ægre discerni queat; alterum ubi figmenta a vero facile separari possunt. *Quorum genus* authenticas historias exhibet, sed duplici discrimine; quædam enim res dudum ante gestas commemorant, quædam res Auctori suo æquales complectuntur. Ceterum nostram hanc divisionem, quasi secundum subtilitates Logicæ coninnatam nemo accipiat, cum multa hic pluribus communia sint, inquit ibidem *TORFÆUS*.
- (d) Testimonia illa dudum produxit *TORFÆUS* in Præfat. ad *Histol. Orcadensium, & Ser. Reg. Dan. Lib. I. cap. 6. pag. 58.* quibus addimus illustr. *HOLBERGIUM* in *Descr. Dan. & Norv. pag. 50. 155* seqq.

§. 3.

De episcopis alienigenis, qui partim ante Isleifi episcopatum, partim ipso sedente in Islandiam venerunt, supra dictum est, sed de indigenis, seu qui fixam sedem habentes ecclesiæ Islandicæ præfuerunt, cum ad eorundem personalem ventum fuerit historiam, tractabimus. Jam vero alii quidam viri eruditione & in ecclesiam meritis conspicui, sese offerentes, haudquaquam silentio prætereundi videntur, quorum primum locum dare constituimus illis, qui e schola Haukdalenſi prodierunt.

§. 4.

Horum antesignanus & coryphæus fuit *Hallus Haukdalenſis*, Thorarini filius, cognomento *Milli* id est liberalis, natus Anno 996., triennis a Thangbrando Anno 999. baptizatus, sed trigésimum agens annum, domicilium in Haukdalo fixit, ibique annos 64 vixit. Hic *Teitum* Isleifi Episcopi filium & *Arium Polyhistorem* educavit; & ex ejus ore, viri non minus veracis quam felicitis memoriæ, Arius quæ scripsit, percepisse se confitetur. Eum ut beneficentissimum, ita cunctorum hujus insulæ laicorum celeberrimum omnes prædicant. Anno ætatis 94. ipso Martini Episcopi festo, ætæ vero christianæ 1090. mortuus est (a).

§. 5.

Teitus Sacerdos, Isleifi Episcopi filius ab Hallo educatus, post nutricium colonus Haukdalenſis exstitit, dictus communiter *Hinn Mikellati*, id est Magnus; vir doctus, qui multos egregios viros informavit, quorum duo Thorlacus Runolfi & Biörnus Gilfi ad episcopalem dignitatem pervenerunt. Hunc etiam *ARIUS POLYHISTOR* nutricium suum vocat. Filium habuit Hallum, itidem Haukdalenſium sacerdotem, qui Anno 1149. Skalholtensium Episcopus designatus, sequenti Anno Ultrajecti obiit, ipse autem Teirus Anno 1110. ad plures abiit (b).

§. 6.

(a) Vide *ARIJ Schedas* cap. 9. conf. supra Per. I. cap. 7. §. 1.

(b) De Teito legendæ sunt *ARIJ POLYHISTORIS Schedæ*. Sed de Hallo, confer infra Sect. 3. cap. 4. §. 4.

§. 6.

Arius Sacerdos Thorgilsi filius, a profunda, qua pollebat, eruditione *Polyhistor* dictus, natus Anno 1068; nam 1080., quo decessit Isleifus Episcopus, duodecennis fuit. Septennis, mortuo avo Gellero, id est 1075. ad Hallum Haukdalensem venit, ibidemque in contubernio Teiti annis 14. usque ad obitum Halli, literis & bonis artibus operam navans substitit, quo autem & quando inde abierit, non liquet (a). In Germaniam studiorum gratia concessisse probatu valde difficile est; id autem una cum Sæmundo Sigfuffonio fecisse verum non est (b). Tempore Gisluri, secundi Islandiæ Episcopi, una cum aliis præcellentibus viris presbyterio iniciatum fuisse, uxorem deinde duxisse, prolemque suscepisse, constat (c).

§. 7.

- (a) *Conf. Sebedarum* cap. 9. Nunquam negat Arius, se post mortem Halli, aliquantisper cum Teito visisse, quem etiam nutricium suum vocat. Fateor saltem vocem Islandicam *föstre*, præsertim degene ante lingvæ puritate, significare sodalem seu contubernalem; sed *ARIUS* cap. 3. de sodale lovens, utitur voce *fjöfbræder*, quæ indubie significat sodalem seu contubernalem. Quo etiam Arius Haukdalo abiens concesserit, æque incertum est. Probabile tamen, eum in occidentali quarta fedem fixisse, ibi enim forte prædia habuit, illic etiam ipsius majores & posteri habitant, quorum quidam divites & Prætorii viri fuerunt.
- (b) Arium una cum Sæmundo Sigfuffonio studiorum gratia peregre abiisse, & Coloniam per triennium substitisse, viri Doctissimi *RESENIUS*, in Præfatione ad *Lexicon Gudm. Andree*, & *BUSÆUS* in vita Arii, sed minus recte affirmant. Nam Arius natus fuit Anno 1068; Sæmundus vero ex peregrinatione in patriam reversus est circa aut ante annum 1077. teste ipso *ARIO Sebed.* cap. 9. *Huc*, inquit, *sempestate e Francia reversus est Sæmundus Sigfuffonius, et in presbyterium postea ordinatus est*; id est Nomophylacem agente Sighvato Surtio; cui consentiunt *Vita Jonæ Ögmundini*, aliique annales. Et dabimus reditum Sæmundi in ultimum Sighvati Nomophylacis annum, ut vult *TORFÆUS Ser. Reg. Dan.* cap. 5. qui est 1033. sed ætatis Arii decimus quintus incidisse, nihil tamen evincit. Nam Arius Haukdali ad minimum usque ad annum 1090. degit.
- (c) Filium habuit nomine Thorgils, qui Arium virum robustissimum, & Hallfridam, uxorem Magni Presbyteri Helgafellentis, progeniit. Vid. *Sturlunga* lib. 2. cap. 38. lib. 3. cap. 37. Corrigendus itaque *BUSÆUS* in vita Arii, aliter de liberis ejus scribens.

S. 7.

Libros historicos non paucos lingua vernacula conscripsit, quorum præcipuus fuit *Historia Regum Norvegiæ ab Odino usque ad Magnum Olai filium* (a), quæ cum reliquis ejus operibus, præter *Landnamam* & *Sche-las*, deperdita est. *Landnamam* primus omnium conscribere aggressus est, sed opus ab ipso ceptum, primo Kolskeggus, deinde Stirnerus & Sturla Theodori, omnes *Multiscii* seu *Polybistores* a posteris appellati, continuaverunt, aut adauxerunt; ex quorum demum omnium scriptis, *Landnamam*, qualem nunc habemus, Haukus concinnavit (b). *Schedarum* opusculi, decem capita continentis authorem cum esse apud omnes in confesso est (c). Obiit Arius octogenarius Anno 1148. (d).

S. 8.

- (a) STURLÆUS in Præfat. *chron. Norv.* ita: Arius Polybistor primus omnium Islandorum Historias antiquas & novas conscripsit. Multas etiam alias Historias, Regum Norvegiæ, Danicæ, & Angliæ vitas adscit, quin & res majoris momenti in Islandia gefiat. Et in vita Olai Sancti: Hanc regiminis ejus seriem Arius presbyter Thorgilsi filius primus scripsit, qui non erat minus verax quam felix memoria, eoque sero commovit, a quibus historias desumpsit. Confer ipsius ARII Prof. in Schedas.
- (b) *Landnama* Part. 5. cap. 15. pag. 173. De Islandiæ occupatione primus Arius presbyter Thorgilsi filius Polybistor scripsit: Deinde Kollkeggus Sapiens; hoc autem vulgare Dominus Haukus Erlandi, ex libris Sturlæ Kunophylaci & Stirneri Sipientis compilavit, hujus defectum illius ubertate complevit, idæque hæc *Landnama* reliquis uberior est. Quibus verbis Auctor non obscure innuere videtur, STURLAM & STIRNERUM sua ex ARIO & KOLSKEGGO hausisse, eorumque scripta locupletasse: HAUKUM autem ex omnium eorum scriptis unum, idque perfectissimum consecisse. BUSSÆUS *Landnamam* nostro abjudicans audiri non meretur. BIORNUS de SKARDSA Ario *Landnamam*, quatenus de occidentalis & borealis quartarum occupationibus egit, ut & initium *Annalium Flateyensium* tribuit, quam ejus assertionem in medio reliquimus.
- (c) Hocce Arii opusculum primum Skalholti Anno 1688. opera M. THEODORI THORLACHI ejusdem dioceseos episcopi meritissimi; & deinde Oxonii Anno 1695. & ibidem recusum 1716. sed mutilum a Celeberr. D. CHRIST. WORMIO; Ultima autem vice Havnæ 1733. cum versione Latina, indice & notis doctissimis studio & opera Consultissimi ANDRÆE BUSSÆI in lucem prodit. Sunt qui putant ipsius Arii autographum fuisse præantiquum illud *Schedarum* exemplar, in membrana exaratum; quod Skalholtenfis Episcopus longe Celeberr. Mag. BRENJOLFUS SPENONIUS investigavit, & a Jona Erlandino presbytero Villingaholtenfi 1657. exscribi curavit, ad quod Skalholtenfis editio exacte impressa esse dicitur. Sed rem ita se habere vix adduci

§. 8.

Gissurus Halli filius, Teiti nepos, a Thorlaco Runolfi filio educatus, & filii loco habitus, Sigurdi Norvegiæ Regis, Sverri patris, aliamquam-

adduci possum ut credam, his potissimum obstaculis & rationibus impeditas: (a) Ipsa inscriptio a recentiore manu adjecta esse videtur; Arius enim *Multiseii* cognomen fibrius haudquaquam indidit, sed procul dubio recentiores id ei addiderunt, qui ad eruditissima ipsius scripta tanquam ad locupletissimum antiquitatis thesaurum recurrere, eaque compilare solebant. Antiqui enim alienarum quam propriarum laudum buccinatores esse maluerunt. Ut taceam omnium fere veterum Islandorum scripta Authorum nominibus in fronte destituta. Noster autem in fine suum nomen posuit scribens: *Ego nominor Arius*. Et sane nimis impudenter verecundie limites transisset, si id sibi cognominis dedisset, quod Sæmundo non tribuit. Illam enim aut nudo Sæmundi, aut Sæmundi Presbyteri nomine, nunquam vero *hinn fróða* seu Polyhistorum salutat. Sunt & qui ipsum *Schedarum* nomen ab aliena manu adjectum esse volunt, eo quod liberum a se conscriptum, *ARIUS*; non *Schedas* sed *Islandingabó* inscripserit, id est Islandorum liberum, in Islandoram gratiam, aut de Islandis conscriptum, quem Episcopus Thorlaco & Ketillo, ut & Sæmundo Presbytero confensum exhibuit. Sed quicquid sit de nomine libri, id tamen pro certo habemus, nostrum multo plus, seu vastius quoddam opus historicum conscripserit, quam hunc libellum, de quo jam sermo est. Id enim non tantum *SNORRO STURLEUS* in *Præf. Chron. Norv.* sed etiam alibi clare innuere videtur. (b) In ipso textu quædam ita obscura; mutilata, & depravata occurrunt, ut ex eis nullus omnino sensus elici queat, ex. gr. pag. 2. *Enn þá vas DCCCLXX. efrir* &c. Deest vox *vetra*, monente *RUSSÆO*, & pag. 8. desunt verba: *At eige offá á midle*, quæ ex aliis apographis restitui posse & debere idem vir doctus nos docet. Pag. 4. *At alir menn mynde þegn vard meþum hann melle*. Locus omnino non intelligibilis, nisi restitatur hoc modo: *Mynde þegjande verþa* id est omnes recituros, dum verba faceret. Pag. 10. dicit Isletium ad episcopatum ascendisse, sedente Leone Septimo, quod verum non est. Propriam ad veritatem accedunt *Sturlunga* lib. 3. cap. 47. & *Hungurvaka* dicentes, id factum sub Leone Nonno, vide Sect. 3. c. 1. Ibidem: *Enn þá vas hann hant vetri, at hann het Gissvör*, ex quibus nullus sanus sensus elici potest. Corrigenda itaque ad ductum *Hungurvaka* ut sensus sit: *Gothi enim vocabant Gissvörum, cum revera nominandus esset Gissurus*. Pag. 13. de Jona Ögmundino: *Þá vas hann vetri mör enn þálfertogr*, id est fuit annorum 34. Hic pro *þálfertogr*, scribendum *þálfextogr*, id est agebat annum 54. Ibidem: *Gizor biskop andadisc XXX. nóttom sifpar á ennu* {ripia dege i viko Kalend. Junii. Restituendum ex *Hungurvaka* 5. calend. Junii; nam Thoriænus ordinatus fuit 4. calend. Maji, 30. noctibus ante obitum Gissuri. Linea ultima: *Gellir sáþir þeirra Þórkels F. Brianus oc Þórgils sáþer mins*. Hic prave Thorkillus statuitur pater Thorgilli, cum esset ipsius frater; Expungendum itaque superfluum illud *F.* quod textum depravat. Hæc & alia plura; qualis est ille seculorum concursus seu

alltannót,

quamdiu aule Magistrum egit, deinde etiam circa Annum 1181. Islandorum Nomophylax fuit, vir prudens & doctus. In studio Philologico tantum profecerat, ut Romam proficiscens, nec ibi, nec alibi interprete opus haberet, cujusvis enim regionis linguam exacte calluisse fertur; ex qua peregrinatione redux librum conscripsit, cui nomen fuit *Flos peregrinationis* (c). Historiarum etiam peritissimus habebatur, ideoque monachi Gunn-

aldamót, qui ad annum 1120. statuitur (cujus loco Consultissimus *BUSSEUS* substituit *auddungannós* sine concilium, in quo nostrum calculum impetrare non potest, licet in aliis doctissimo viro facile assentiamur) non *angustinus* Acii, sed exscriptoris aut correctoris oscitantibus sapiunt. Cum itaque tam Erlaudini, quam Venerandi Editoris manibus summopere parcitum cupiamus, non ipsius Acii autographo, sed apographo quodam, magnam præ se antiquitatis speciem ferente, Erlaudinum usum fuisse ratius statuimus. Argumenta enim, quibus contraria nititur sententia, magis ponderis esse non videntur. Nam putavit Erlaudinus, sed non indubie dixit, membranum illud exemplar esse Acii autographum. Deinde antiqua illa orthographia, abbreviations seu notæ tachygraphice, talisque nihil faciunt ad probandum rei veritatem; pluribus si non omnibus antiquis Islandis ea scribendi ratio familiaris fuit. Exstat inter documenta templi Reykholtensis perantiquum schedium membranæum, a blattis & tinea valde perforatum, sed eodem plane modo scriptum & pictum, quod tamen Ario 80. circiter annis recentius esse ex ipso dicitur. Nam conscriptum est, (ni nimium fallor) Anno 1224, quo Snorro Sturlaus filiam suam Ingeborgam Gissuro Thorvaldi filio in matrimonium collocavit, eodemque anno ipse Snorro Hallveigam duxit, quorum nuptiis Magnus Skallholtenfis Episcopus, Thordus Sturlaus, aliique magnates interfuere, ut ex *Sturlunga* lib. 4. cap. 40. patet. Loquitur id de Magno Presbytero & Hallfrida ejus uxore, qui Snorroii prædium Reykholtense venderant, conf. *Sturlunga* lib. 3. cap. 65, tanquam presentibus, varioque templi ornamentis & utensiliis Snorroii tradentibus; Similiter de Snorrone & Hallveiga ut presentibus & templo aliquid de suo attribuentibus; De Thordo & Gissuro tanquam rerum æstimatoribus, aliisque, quorum nomina cum illorum temporum historia apprimè conveniunt. Et memini, me a viro Celeberrimo (*per se aysoni*) antiquitatum regnum borealium longe peritissimo audivisse, hoc (ut conjecit) documentum, in Islandia vetustissimum, aut ipsius Snorrois Sturlæi aut alicujus supra nominatorum autographum esse. Vid. infra §. 17.

(d) Non vero Anno 1147. multo minus natus 1264. ut habent marginalia *Londana* pag. 174, nec 1266. ut vult *Pref. in Chronicon Norv. Snorr.* plura de eo *TORFEUS* Proleg. ad *Hist. Norv. & Ser. Reg. Dan.* pag. 38. 39.

(e) *Sturlunga* lib. 3. c. 50. " Gissur laugfangumadr bió í Haukadal estir faundur sinn. hann var bædi vitr oc málfríallr. Hann var stallari Sigurdar kóngs faundr Sværris kóngs. " Hann var oc hinn bestri klerkr þeirra er her á landi hafa verit. Opt fór hann af landi " í brott

Gunnlogus & Oddus suorum operum censuram ei commiserunt (a). *Hungurvakam*, id est vitas quinque Episcoporum Skalholtensium, non quidem ipse scripsit, sed ex ejus ore & relationibus concinnatam esse, ejusdem Auctor in proæmio fatetur (b). Senior factus Skalholti cum Episcopis Thorlaco Sancto & Paulo vixit, ibique Anno 1206. senex obiit (c).

§. 9.

Filios reliquit tres, *Magnum* postea Episcopum, *Hallum* Abbatem Helgfellensem. & *Thorvaldum*, qui primum Joram Klangi, Episcopi filiam duxit, ex qua etiam prolem suscepit. Sed procedente tempore, clerus, nescio quam cognationem aut affinitatem causans, eorum conjugium illicitum & incestuosum pronuntiavit. Gutthormum itaque Nidarosensem Archiepiscopum accedens Thorvaldus, ab eo decennii cum conjugevivendi dispensationem adipiscitur, eo vero exacto, omni seposita excusatione aut procrastinatione, sub excommunicationis pœna, divortium injungitur. Jora autem, quæ a dilectissimo marito divelli noluit, supremum

B b 3

mum

" í brott oc var metinn í Rómaborg meir enn nokkur Íslendískr madr af ment sinni.
 " Honum var víða kunnigt um súdrlöndin oc þar af gjordi hann bók þá er heitir
 " *Flos Peregrinationis*. " : Gissurus. *Nomophylax Haekudali* post suum patrem villi-
 cationem continuavit, & tam sapiens erat quæm eloquens. Ille Sigurdi Regis, patris
 Sverris Regis, erat supremus aula magister. Ille etiam omnium, qui in hac terra
 fuere, doctissimus existit. Sepe peregrinationes suscepit, & Roma, sua doctrina
 ergo, plus quam ullus alius Islandorum erat honoratus. Multæ regiones meridionales
 ei erant notæ, de quibus librum composuit sub titulo *FLOS PEREGRINATIONIS*.
 De hoc etiam *Hungurvaka* in vita Klangi ita: " Var þá kominn frá Róm sunnan
 " oc allt utan frá Bár Gissur Hallsson, fór hann út med honum, oc áttu menn at
 " sagna tveim hinum mestu monnum oc mestu gerskemum á Íslandi. " : *Tam Ro-*
 ma a meridie, & inde a Barbaria venerat, Gissurus filius Halli, qui peregre cum
 illo adfuit; duo tunc viri summi & Islandia maxima cimelia gaudium excitabant
 publicum.

(a) Vide infra §. 23.

(b) *Hungurvaka*: " Hefi ek af því þenna bækling samansett, at ei felli mer úr minni
 " þat ek heydda af þessu insli legi þann fróma manni Gissur Hallsson. " : *Hinc*
libellum hunc conscripsi, ne memoria mihi exciderent ea, quæ virum probum Gissurum
Halli filium hac de re referre audivi.

(c) De Gissuro Halli lege *Starlungam* lib. 3. cap. 50. aliosque, ut & *Histor. Thorlaci Sancti*.

mum numen, ne tali modo ab eo separaretur, intensissimis quotidie precibus fatigabat, cujus voti compos sub constituti termini finem placide obdormivit. Thorvaldus vero circa annum 1226. pecunia, quam Kolffeggs quidam monasteriis legaverat, Videyam emit, ibique erectum monasterium a fratre Magno Episcopo confirmari & inaugurari curavit, in quo demum ipse suscepto cucullo anno 1263. vitam cum morte commutavit.

§. 10.

Ex secundis nuptiis Thorvaldus Gissurum suscepit, qui quamdiu pater in vivis fuit, quietum civem egit. Illo autem mortuo, bellorum civilium, quæ deinde flagnarunt, totamque fere patriam perverterunt, si non semper fax & tuba, magna tamen sæpe pars fuit. Hic ab Hacone Rege, quem quarto cognationis gradu attingebat, solenniter Comes creatus, tandem rædio seculi & nausea volubilis fortunæ, cujus varietatem, si quis unquam, magnam expertus fuerat, Vidöense monasterium ingressus, ibidem anno 1266. ætatis 59. vitæ finem fecit (a).

§. 11.

Sæmundus Sigfussonius litterarum seminarium, quod Oddæ diu deinde fuit, primus fundavit (b), natus Anno 1056. Exemplo Episcoporum Isleifi & Gissuri inductus, ex patria primum in Germaniam, deindeque in Galliam discendi gratia profectus est, & Parisiis pluribus annis scholam frequentans, profectum ipse magistri uberiolem fecit, qui nostrum in patriam reverti velle subolens, propositum diffvasit, modisque omnibus inhibuit; usque dum Jonas Ogmundinus, Sæmundi consanguineus, iter per Galliam faciens, soluto, si non redemptionis, certe informationis non exigu

(a) De Thorvaldo & Gissuro Comite, Jona Lopti, ut & Sturlungis Thordo, Snorrone, & Sturla agit *Sturlungorum Historia* passim, quorum vitæ satis prolixa & lectu non indignæ conscribi possent, sed nostræ paginæ angustia, & instituti ratio id non permitit. Summa saltem capita tetigisse hac vice satis erat, imprimis cum pleniora suppediet *TORFÆUS Hist. Norv.* Tom. IV. Lib. 5.

(b) Ejus genealogiam exhibent *Landnæma* pag. 159. & *Sturlunga* lib. 2. cap. 1.

pro pretio, ipsum inde ductum circa Annum 1076. patriæ restitueret (a). Redux hæreditarium suum latifundium Oddam in australi Islandia situm occupavit, ibidemque sacro munere fungens & scholam aperiens libros conscribere cepit.

§. 12.

Pleraque Sæmundi scripta tempus rerum edax nobis invidit, ex-
cepta tantum *Edda* seu Mythologia, quæ ab ipso *Sæmundiana* vocatur,
(nam ab ipso eam collectam esse, & in unum congestam fuisse majores cre-
diderunt) cujus tamen exigua saltem pars superesse creditur, sedecim
enim tantum capita ad nos pervenerunt (b). Exstant etiam *Annales* (c) a mundi initio ad ipsius usque tempora, res sacras & profanas con-
tinentes,

(a) Nam hic *Annales* & *vitam Jone Sæmundini*, quatenus eum *Schedis* consentiant, secuti sumus. Celeberr. *TORFÆUS* junior adhuc scripserat, eum novennem ex patriâ excessisse; senior factus & restiora forte edoctus, in *Ser. Reg. Dan.* lib. I. cap. 5. pag. 40. tradit, eum ætate viciesimo ex patriâ dimissum, in variis Germaniæ locis, & tandem in Gallia, studiis usque ad annum 1083. operatum esse. Quicquid sit, infra hunc annum reditus ejus in patriam detrudi non potest, nisi *ARI* verbis manifesta vis fiat. Fabula perquam anilis de magistro arte necromantica eluso, atque ejusdem fati, quæ de Sæmundo circumferuntur, dudum explosæ sunt. Interim imperitium vulgus Sæmundo magis usum tribuisse non diffitemur, quod rudibus illis & superstitiosis temporibus eruditorum commune erat fatum.

(b) De significatione vocis *Eddæ* vide *GUDMUNDI ANDRÆE Lexicon* pag. 57. *Edda* vero Sæmundianam ita describit *RESENIUS*: *Constat*, inquit, *meris rhyssimis obscuris, adeo fabulis involutis, ut jam vix intelligatur* &c. Sed *ROBERTUS SHERINGHAMUS*, quem adducit *BARTHOLINUS* lib. I. cap. 11. vocat *Eddam monumentum antiquissimum, religionem plebibusque antiquitates Gothorum & Anglorum exhibens* &c. Mag. *BRYNJOLFUS SVENONIUS* in Epistola ad Stephanium Anno 1642. scripta, de *Edda Sæmundiana* ita loquitur: *Ubi ingentes thesauri votis humane sapientia conscriptæ a Sæmundo sapiente, & imprimis nobilissima illa Edda, cujus vix nullam partem reliquam nunc præter nomen habemus, atque id ipsum, quod habemus, omnino fuisse deperditum, nisi Snorronis Sturlasonii epitome umbram potius & vestigia quam verum corpus Eddæ illius antiquæ, reliqua fecisset.* Nostra ætat. de hac doctissimi viri assertionem dubitare ceptum est; Nam Celeberr. *A. MAGNÆUS* eandem Sæmundo, si non plane abjudicare conatus est, saltem quod ipsius Auctor aut Collector unicus non sit, hæc continentis argumentis probabile fecit. *Vid. Noz. Lit. Dan.* 1756. Mense Majo.

(c) Hos *Annales* genuinum Sæmundiani ingenii factum non esse, per multa svident. Ex.

gr.

continentes, qui ei vulgo adscribuntur, ideoque Oddenses vocantur (a). Eo adstipulante, in leges relatum fuit, ut universi Islandiæ incolæ numerum possessionum inirent, decimasque inde solverent. Ejus etiam doctrina & habili-

gr. dictio, multo sequiora sapiens secula: Habet enim voces & loquendi modos Sæmundi ætate omnino ignotos, ut sunt: *Relationer*, pro *frásögum*, Italianè, nunc vocat *Italiam* nunc *Valland*, quod Sæmundi ætate inuitatum fuit. Gallia enim, & in specie Neustria, tunc temporis *Valland* vocabatur, ut sat superque patet ex Append. *Laudname*, *Vitis Olai Trygg.* & *Olai Crassi*, aliisque in monumentis. Unde etiam *Vitis Olai Crassi* de ipsius copiis, in Norvegiam ex Gallia redeuntibus, dicitur habuisse *Valska hiðina*, id est galeas Gallicanas. Conf. ejusd. cap. 40. Et *Speculum Regale* nominat *Valska stungu*, id est linguam Gallicam, cujus usum non lecus ac Latine commendat. Tandem vero post Annum 1400. præcipue vero circa & post annum 1500. Italia a nostratibus *Valland* vocari cæpit, cum Sæmundi ætate, *fyre sunnan fall* & *á Páli*, vocata fuerit. Deinde hi Annales, multa Sæmundi eruditione indigna & a vero aliena tradunt: Quælia sunt: Odinnus anno mundi 3449. regnum in septentrione capessivisse & octo tantum annis regnasse, hisque peractis, occisum fuisse & Othlinæ in Fionia tumulatum. Bellum Punicum primum cum secundo confundit, unde Reguli mortem & Annibalis in Italiam irruptionem ad annum mundi 3700. referunt, eodemque tempore Frodum Vegetum Denis imperasse perhibent, quem annis post Christum natum 340. floruisse constat. Thevdam & Judam Galileum hereticos vocant, quos ad annum Christi 50. referunt & ab Apostolis occisos fuisse tradunt, & ut verbo dicam: est opus novitium ex *SAXONE GRAMMATICO* aliisque recentioribus compilatum, aut interpolatum post annum 1500. quod Auctor manifeste prodit sub finem operis ad annum Christi 67, in quo desinit, oblegando Lectorem ad *Chronicum Joh. Carionis*.

- (a) Præter hocce *Annales* alia opera historica Sæmundo tribuit *TORFÆUS* *Ser. Reg. Dan.* lib. I. cap. 5. (locum enim, quem *BARTHOLINUS* ex *TORFÆI* Serie adhuc manuscripta allegat, lib. I. cap. II. & ex eo *HOLBERGIUS* *Descr. Dan. & Norv.* pag. 156. non moror, cum ipse *TORFÆUS* eum ex iplo opere in lucem emittendo exhiberit, & pro suo haberi veterit;) sequens ut videtur auctoritatem *ODDI* Monachi, & Anonymi ejusdam, qui Jonæ Lopti, Sæmundi nepoti carmen honorificum inscripserit, quem tamen, cum ejus computatio, in Regum Norvegiæ annis, a calculo *ARI* non semel dissideat, scripta Sæmundi non satis accurate excussisse suspicatur. Hæc, inquit, abunde stabiliunt, *Historias Regum Norvegorum* & *Annales Sæmundum* scripsisse. At quælo, quomodo hæc cum manifestis *SNORRONIS* verbis: *Ariam primum omnium Historias & vitas Regum Norvegiæ* conscripsisse, dicentis conciliari possunt? Hujus autem fides tanquam docti & veracis Historici, nobis incuriosi illius anonymi, ut & *ODDI* Monachi, quem ipse *TORFÆUS* intempestivæ credulitatis tam sepe incusat, multo potior est (quod pace magni *TORFÆI* dictum esto). Interim tamen Sæmundo Annalium conscriptionem haudquavquam abjudicare volumus, quibus subinde aliquid de Regum Norvegorum successione immiscuerit.

habilitate Episcopi Thorlacus & Ketillus in conscribendo jure Canonico usi sunt (a). Obiit anno ætatis 77. restauratæ vero salutis 1133.

§. 13.

Filios habuit Sæmundus *Ejulfum* & *Ioptum*. *Ejulfus* vir pius & doctus aliqualem etiam docendi ludum aperuit, ex quo prodiit *Thorlacus Thorhalla filius*, Skalholtensis postea Episcopus, qui quotiescunqve de pietate aut bonis moribus aliquid aut loquebatur, aut præcipiebat, dicere consuevit: *Tales fuerunt consuetudines seu mores Ejulfi nutritii mei* (b). *Ioptus* in Norvegia, Magni Regis Nudipedis filiam naturalem Thoram connubio sibi junxit, ex qua Jonam, celeberrimum Islandiæ civem suscepit.

§. 14.

Post patris & patruj obitum *Jonas Lapsi* prædium Oddense inhabitavit, scholæqve Oddensi præfuit. A Scriptoribus, qui ipsi cœvi fuerunt, ut doctus, sapiens, locuples, magnificus, & in conciliandis dissentientium popularium animis, utpote magna auctoritate & benevolentia præditus, fortunatissimus prædicatur, graviore enim sæpe lites ipsius judicio commissa fuerunt (c). . . More sæculi, quo vixit, simul ecclesiæ diaconum, & provinciæ Prætozem egit, templa non pauca condidit, eaqve splendide ornavit. Monasterium Keldense exstruxit quidem, sed inorte præventus non dedicavit, quod ideo ipso mortuo dirutum fuit. Nimis mulierositatis vitio laboravit, & ex concubinis, quas plures habuit, filios non paucos suscepit; quorum nominatissimi fuerunt, *Paulus Episcopus* & *Ormus Breidabolftadenis*. Legitimorum autem celeberrimus fuit *Sæmundus*,

(a) Confer *ARII Sched.* cap. 10. & *Jus Eccles. Antiqu.* cap. 26. Plura dabit *TORFÆUS* in *Proleg. Hist. Iorv.* & *Ser.* pag. 40. 43.

(b) Sancto Thorlaco Ejulfi præcepta & consuetudines tam pretiosa videbantur, ut quondam Pythagoræ discipulis ipsius verba.

(c) Vide *Sturlungam* Lib. 2. cap. 33. 36. 37. Lib. 3. cap. 22.

dux, Islandorum sua ætate ditissimus, cui Haraldus Orcadum Comes filia sue Langlifæ nuptias obtulit (a). Obiit Jonas Lopti senex Anno 1197.

§. 15.

Snorro Sturlaus patrem habuit Sturlam Thordi, dictum Hvammenfem, natus Anno 1178. triennis in familiam Jonæ Lopti, litteris & bonis artibus operam daturus concessit, ibidemque annis 16 usque ad Jonæ obitum, eoque mortuo apud Sæmundum Jonæ filium aliquantisper subsistit. Is ab initio Seculi 13. usque ad 1241. quo occisus est, divitiis, prudentia & eruditione percelebris, post Sæmundum Jonæ omnium locupletissimus & potentissimus, existimabatur. Magnam enim Islandiæ partem in sua habuit potestate, ita ut quandoque 800. armatis stipatus forum generale adiret; quamque dives pecoris fuerit, vel inde constare potest, quod femel centum boum jacturam fecerit, quam nihili æstimavit: nam hæc minima armentorum ejus portio fuit. Circa Annum 1218. Norvegiam petiit, ibique biennium subsistens, magnam Regis Haconis, majorem vero Comitis Skulonis gratiam adeptus est; cumque ipsius potissimum consilio & persuasionibus, expeditio in Islandiam, quæ tum temporis a Norvegis parabatur, omitteretur, Regi insulae dominium sua se auctoritate acquisiturum, promississe suspectus habebatur. Nam non tantum potestate de transactione inter eum & Islandos facienda, sed etiam donis & privilegiis Nobilium ornatus, ad suos reversus est; coram quibus non modo omnia dissimulavit, sed & pernegavit, versutioris enim ingenii semper habitus fuit. Hinc nec diu odii indulgit, licet controversias de præturis, latifundiis & hæreditatibus, cum variis, sæpe etiam propinquis & cognatis haberet (b); erat enim tam honorum quam opum valde appetens; nec amicitias constanter coluit, sed pro re nata versabilis fuit.

§. 16.

(a) Vid. *Sturlaugam* Lib. 3. cap. 66. & *Hist. Com. Orcadensum.*

(b) Lites ei cum Sighvato fratre, Sturla sobrino, Gissuro, Kolbeino & Thorvaldo præter suis generis, Urakkia filio, Klango & Orino, quorum viticis fuit, Sæmundo suo quondam nutricio, Magno Gudmundi, aliisque; de quibus consulenda *Sturlaugæ* suis locis.

§. 16.

Nomophylacis officio inter populares sæpius functus fuisse fertur

(a). Poëta & Historicus excellens fuit, lingvas etiam Latinam & Græcam probe calluisse videtur (b). Operum ejus, quæ non pauca reliquit, quædam perierunt, quædam supersunt, inter quæ eminent *Chronica Regum Norvigiæ*, quod scriptum a verbis initialibus *Kringlu beimsens*, id est orbem terrarum appellavit (c); *Edda* illa recentior ab ipso *Snorroniana* vocatur, (d); *Scaldia*, ei etiam a quibusdam tribuitur (e). His accedunt

Cc 2

dunt

(a) Ejus supremam jurisdictionem ad sequentes annos collocant Historici, *ARNGRIMUS*, *WORMIUS*, *RESENIUS* ad 1215. & 1212, *Annals* ad 1213. & 1222. *Sturlunga Lib.* 5. cap. 21. ad 1233.

(b) Romanata & carmina de Dynastia plura composuit, de *Comite Hacone Galin* circa annum 1212, quod ei per internuntios misit, speciosa dona ea propter recipiens, *Sturlunga Lib.* 4. cap. 21. De *Christina Comitissæ uxore*, quæ ei vexillum, quo usus fuerat Ericus Sveciæ Rex, dono dedit l. c. cap. 22. De *Comite Skulone lina*, qui cum non tantum orata & instructa navi, sed etiam 15. aliis magni pretii muneribus, tandemque una cum Rege Hacone, nobilitium privilegiis beavit. *Sturlunga Lib.* 4. cap. 25. Rhythmi autem, quos circa annum 1239. de *Gauto Jone*, Regis Haconis amico, in gratiam Ducis Skulonis fecit, majorem ipsi invidiam quam honorem conciliantur, vid. *Hist. Reg. Haconis Haconidis*. Latinæ & Græcæ lingvæ peritum fuisse scripta ejus clarè testantur.

(c) Opus perelegans ab Odino incipiens, ad Sværum Norvigiæ Regem produxit. Hoc præter alios laudibus effert Nobiliss. *HOLBERGIUS Hist. Dan.* Tom. I. pag. 341. & 729. ubi tamen inter Snorronem & Sturlan Thordi, auctorem *Historiæ Regis Haconis*, non satis distinguitur, illisque *vita Sværi*, quæ Carolum Abbatem auctorem agnoscit, adscribi videtur.

(d) *Edda Snorroniana* creditur esse Jacintha quædam, seu reliquæ *Eddæ Samundianæ*. Fabulas autem, quas *Eddæ* continent, Samundus aut Starla sonius de suo ingenio non finxerunt, sed ab antiquioribus acceptas, posteritati transmisserunt, ut patrias antiquitates ab interitu conservarent; In ipsis vero fabulis nihil aut parum inest, quod variatum aut mutatum videretur: Multa etiam ut in fabulis Homeri, Hesiodi & Græcorum vera esse creduntur, ut legitur *SHERINGHAMUS* apud *Bartholinum* in *Antiq. Dan.* lib. 1. cap. 2. & *TORFAUS* Ser. Reg. Dan. lib. 1. cap. 2. Hanc autem *Eddam* hoc modo definit ipse Author cap. 1. *Edda est ars ex antiquis ingeniosorum hominum fabellis, varisque adinventis verborum appellationibus, docens Norvegicam poësin, vulgo obscuram, sapientibus audiam juvenum & artificiosam, exercere & exhibere, quæ ut sunt jugis veteres suggerit, & novas semper gignit voces, ad rem rhythmicam facientes, omnibus insignibus poëtis, qui illam dextre velunt scrutari, commendanda,*

dunt ejusdem *Háttalykill* five Clavis Metrica, & *Bragarþót*, quorum fragmenta hinc inde in *Edda* Codicis Wormiani occurrunt. Senior factus fortunam magis adversam experiri cœpit. Nam Anno 1236. ipsius frater Sighvatus, ejusque filius Sturla, quos ipse Snorro & filius ejus Urækia, variis modis irritaverant, in eum infurrexerunt, omnibusque propemodum

danda unde Edda ab edo, compono, meditor, nomen accepisse videtur. Hanc Eddam Snorronis esse opus, primam in dubium vocavit, aut tantum non pernegavit Celeberr. A. MAGNEUS, cujus argumenta magnam habent probabilitatem; Sed bonæ fidei, nobis læpius citati *Annales Breviores*, conscripti, ut videtur, ante annum 1400. confidenter adierunt, SNORRONEM Eddam aliasque Historias Islandicæ scripsisse, dicentes: " Anno 1241. Andlát Snorra Sturlusoniar í Reykholtri. Hann var " maþr vitr oc margfóðr, höfðingi mikill oc flægviðr. Hann kom fyrst manna " eiginum undir kóng her á landi, sem var Bessafstadir oc Eyvindarstadir. Hann sam- " setti Eddu oc margar adrar fræðibækur oc líkandskar saugur. hann var veginni í " Reykholtri af mönnum Gíffurar Jæls. " 2: Anno 1241 Mors Snorronis Starci de Reykholsto. Ille vir erat sapiens & multa scientia gaudens, Magnas potens & astutus. Il primus prædia in hac terra sisco attulit regio, qua sacre Bessafstada & Eyvindarstada. Ille Eddam & multos alios libros doctrinales ac historias Islandicæ composuit. Ille Reykholti a Gíffuri Comitæ hominibus interfectus est. Doctissimus ARNGRIMUS JONAS in *Epistola ad Wormium*. Vide WORMII *Epist.* Tom. I. pag. 329. de hac re semet ita exprimit: *De Autore Eddæ objectam scrupulum illo eximendum sentio, quod in nostris monumentis manifeste legatur in hæc verba:* " Snorri " Sturluson var á dögum Gunnlaugs múncks. hann (Snorri) jók við þá Eddu sem " Samundr prestur hann fróði hafði áður samfett. " 3: Snorro Sturluson dicitur Gunn- laugi monachi vixit. Ille (Snorro) Eddam antea a Semundo Sacerdote Polyhistoro compositam adauxit. Ubi notandum, quod Islandicæ verba non sunt ipsius Angrimi, sed antiqui cujusdam Auctoris, quem quidem non nominat, sed vocibus: *nostris monumentis*, indigitat. Et hinc concludimus fieri posse, quod Snorro operi primus manus adinverit, sed imperfectum reliquerit, idque deinde in manus Olai Hvítskálld, aut alius ejusmodi viri docti incidit, qui id eadem, qua initio ortus est Snorro, forma, continavit, & præter plura alia, ea addidit, quæ a Snorrone scripta esse nequeunt. Sed nihilominus opus Snorroni, ut viro docto, ejusque inceptoris & Auctoris primario, attribui potest. Edda hæc Snorronis cum versione latina & danica, opera & studio RESENII Havniæ 1665. prodiit. Postea vero in Suecia opera GÖRANSONII & lingua Gallica opera MALLETHII Havniæ & Genevæ edita est.

- (e) De *Scaldia* ita loquitur ARNGRIMUS in *Epistola ad Celeberr. WORMIUM*: *Liber de arte poetica Islandorum Scaldæ dicitur esse, quasi praxis alterius Eddæ. ut Edda inventionem, Scaldæ usum vel artem juvet.* Scaldam quidam Olao Thordi filio, Snorronis sobrino tribuunt, dicto communiter Hvitaskáld. Sed si liber hic, ut innere videtur ARNGRIMUS *Cynog.* lib. 1. circa annum 1216. conscriptus est, alium quam Olao,

dum possessionibus spoliarunt, quorum furori cedens, altera vice Norvegiam petiit, ibique in periculosissimam Skulonis Ducis a Rege Hacone incidens defectionem, relicto Rege, Ducis partes secutus est. Ab hoc tandem, ut quidam volunt, Comes creatus, naveni, quam a Duce dono acceperat, ipsius permittu descendens, Rege contra abitum severe prohibente, in Islandiam trajecit. Cujus temeritatis postea pœnam capite luit. Nam Gissurus Thorvaldi filius, Snorronis quondam gener, ipsum ea propter ut Majestatis reum Reykholti Anno 1241. ætatis Snorronis 63. decollari fecit (a).

§. 17.

Licet pretiosissima Snorronis Sturlæi scripta, qua contextum & dictionem attingit, invariata ad nos pervenisse non negem, orthographiam tamen, & forte plura, valde esse mutatam, & ab exscriptoribus ad sui temporis scribendi modum formatam esse, valde faciunt verisimile antiqui Codicilli templi Reykholtensis. blattis & tineis ita exesi & perforati, ut vix aut non legi queant, quod sine dubio est antiquissimum, quod nostro tempore in Islandia existit documentum, scriptum enim videtur Anno 1224. (b), in nuptiis ipsius Snorronis & Hallveigæ Ormi, ut & Gissuri postea Comitibus titulo insigniti & Ingebiorgæ Snorronis filiæ, quæ simul Reykholti magna pompa celebratæ fuerunt, præfente, præter multos alios, Magno Episcopo & Thordo Snorronis fratre, qui, Thordus scil., Gissurus, Ketillus Hermundi, & Hugo Pastor, ut testes & rerum æstimatores

C c 3

in

Olaum, qui tunc temporis junior fuit, quam tali libro concinnando, par esset, auctorem agnoscit. Runarum pariter ac reliquæ literaturæ peritum fuisse Snorronem pullus dubito. Interim tamen runarum genûs, quod vocatur *Stafkarlsletr*, quo scriptum fuit epistolum ipsi ab Oddo Sveinbjornonis missam, aliquid de conjuratione contra eum facta continens, legere aut intelligere non potuit; ideoque in insidias sibi structas incidit. *Sturlunga* lib. 6. cap. 30.

(a) A Rege Hacone Gissurus in mandatâ habuit, ut Snorronem captum ad se transmitteret; Id autem si nequiret, occidendum curaret; minime enim Rex Snorronis sanguinem sitiebat, ut ipse postea confessus est; Sed Gissurus opibus ejus inhians, nullam ipsi, ex insidiis capto, prolixæque mortem deprecanti, optionem concepit. *Sturlunga* lib. 6. cap. 31. & *Hist. Hacon. Haconidis*. Te Snorrone ceteris, videndi *TORÆUS* in cit. Prolegomenis & *Serie* pag. 46 & *PERINGSCHOLDIUS* in Praefat. suæ editionis, cujus haud pauci ex dictis emendari possunt.

(b) Conf. supra §. 8. pag. 196.

in documento nominantur, nam eodem tempore Snorro Reykholtum a Magno Thordi filio, partim emtione, partim, ut videri voluit, hæreditate sibi debitum accepit, præeunte itaqve Episcopi autoritate & in ejus præsentia, ad quem ex præscripto legis suprema talium rerum inspectio pertinuit, sibi prædium, templum, & omnia eorum bona, quæ hic sollicitè satis enumerantur, tradi curavit (a).

§. 18.

- (a) Antiquissimum hocce documentum ipsius Snorronis manu, ut quidam putant, exaratum, ut ab interitu conservetur, & ut curiosus lector, qualis eorum temporum orthographia & genuinus scribendi modus fuerit, cognosceat, hic adjicere placeat, cujus tenor talis est: " Til kirkio ligr i raúkiahólte heimaland með öllum landf-
 " nytion þar fylgia kyr tottogo. griþangr tvevtr XXX. a. oc kundrþ þar ligr
 " til hluter areinar en þrír huerfa undan. nema þat ef mun nu telia þet
 " ef hlauþagarþr alr. oc þrír hluter areinar fyr nordan miþberg. en fíorgangren
 " huerfr fra. þar fylger oc þorþongor haorgf hvílar síþan ef settungr ef af teken oc
 " ofteinnra at ranþa vatsofe. þar fylgia heitar þrír enge verre an XIII. aur. þar
 " huerfr oc til fellor i kior með oveþe þeirre ef þar fylger at hefsingr oc afret a
 " hrutafarþarþeþe. oc itoc þau ef han a i fíasadal. oc geitland með feoge. Skegr i
 " sandale niþr fra selakagile umb skalatofft. gengr mark fyr neþan or steinom þein
 " ef heita klotningar þeir standa við sandalso. oc þar up a falli brun. þar fylger oc
 " skogr i þuerarþiþ at víða til fels. torfseuþr i steinþorftada land. Salds seþe
 " niþr fort. Her liggja til tíu hundroþ sex alna aur i bokom oc i meslo forom oc
 " i kirkio skruþe. z gvdvafiar hankvill viridr. ar ormr. b. Gil. f. gaf fir stan
 " klukkor II. þeir ero ovidrar. Magnus oc hallsiþr gefa til kirkio roþo króll oc
 " likneske þau ef standa ufer altara. oc þuneng a þenarío. þat ef kirkio fe umb
 " fram of þat ef aþr ef talt. kirkio fe fylgia tuer meir vax. oc tottogo. þau liggja
 " lond til kirkio breiþabollstaþr. oc raúkialand. oc hogende. her fylgia en kirkio-
 " fe siav kugilde i metse. Sa ef þvr i raúkiahólte skal annaz hafiland oc tuu
 " kvigilde þuafar með. þui fe skal fylgia kueNgildir omage huer misere. oc skal si
 " han tiltaka ef i raúkiahólte þvr. þesse kirkio fe ef ero i bokom oc i meslo forom
 " oc i kirkio skruþe virido til sextogo hundraþa veþmala i hendr Snorra. Þeir Gíorð
 " oc Þorþr. oc ketill hermundar i. oc hogne prestfr. Skín þat ef stendr a altara
 " með helgom domom gefa þeir Magnus oc Snorre at hefsingr hvær þeirra. oc ef
 " þat kirkio fe umb fram of þat ef aþr ef talt. kirkia a en um fram klukur þet
 " er þau SnoRi oc hallveig leGía til itadar saunngmeyiar II. oc II. arnarautar. en
 " Vta. saulmundarnautr en Vta. petrísnautr. oc þar með so saut en heita
 " sinelta croSar. II. script. Þessa reka a kirkia i reykiáholtri. Vndir fell þau
 " þridvngr hvalreka ok halfr vidreki 7 (oc) land half. Vndir idra fell þridvngr
 " hvalreka 7 (oc) likt i agoda. sem vndir. ytra. þridvngr hvartveggja i agoda. A
 " mvnadaRnefi þordvngr hvalreka. Ad kambí þordvngr i hvalreka. I byrgilok
 " þordvngr i hvalreka. "

" Kirkia "

§. 18.

Plures quidem Snorro fratres habuit, quorum apud Historicos non incelebre nomen. Sed reliquis pietate & prudentia *Thorudus Sturlaus* antecelluit, Gudmundo Arii semper amicissimus, inque id omnes semper inten-

" Kirkia su er stendr i reykiafjolti er helgud með gudi MaRiv mddvr drottins. " oc hinum helga petro postola. oc enim halga diosilio biskopi oc hanni helgy " Barbare mevio. " Ita est: Ad templum Reykholtense pertinet ipsius praelii fundus, una cum omnibus fundi enolumentis; accedens viginti vacca, taurus binulus, & centum ac quinquaginta oves (iactatis). Pertinent ad illud quinque partes totius annis Grimas, tres reliquae absunt, exceptis illis, quas mox recensibo: Totus scilicet Hlaupgardus, & tres annis, a septentrione Mlabergi, partes, quarta autem pars adest. Accedit & quarta pars vortels Haugensis, sextante prius denis, & Oslenna usque ad ostium Randavatnensis. Pertinent (ad dictum templum) tres equi, quorum unus quatuordecim unciis sit vilior. Pertinet quoque illic servitus magaliorum affitorum in Kibra, cum dimidia piscaturae in anne isto parte, & pasca montana in viscipis Hraustafordenkibus, praeter servitutum pascuorum, quam in Faxadalo tenet, & Gestlandiam cum sylvae. Sylva (etiam pertinet ad hoc templum) in Sandulo infra (profundum & declivem rivum) Selakkagil, ultra Scalat:fflas. Limites ab inferiore parte de lapidibus, qui apud Smidhalses conspiciuntur, & Klofningi vacantur, usque in supremum montis jugum deducuntur. Accedit & sylvae in Thverarblida, si in osium magaliorum lignandum foret; jus turfium in fundo Steindostadensi effodiendi, & satum frumentum terre mandatum. Huc pertinent decem hundredae unciae, quarum quavis sex ulnas continet, in libris, vestibus sacris & ornata templi consistentes, us & bumerale sacerdotale de bolorico, nondum taxatum, quod Gronus Colonus filius Gils dederat, praeter duas campanas, quae (etiam) nondum sunt taxatae. Magnus & Hallfrida templo crucifixum, & imagines supra altare dispositas donans, & ornatum plenarium, haec sunt, praeter recensitas, templi possessiones. Accedunt ad templi bona viginti & duae semillibae cere. Praedia haec ad templum pertinent: Bricidavollstadus, territorium Reyken'se & Hogenuda. In bovis templum adhuc septem vaccis aequivalentia cimelia habet. Qui Reykholti habitant, quovis tempore territorii H-fonsis, & davarum vaccarum aequivalentes in pecoribus (consistens) curam gerere tenent, ad quod femina inops sustentanda accedit, quam tamen, qui Reykholti habitat, (ipse) eliget. Hias templi possessiones in libris & vestibus sacris & ornata templi consistentes, Gissurinus, Thorudus, Ketillus filius Hevnuundi, & Hugo sacerdos, Snorroni tradendas, sexaginta hundredis (ulnarum) panni inq:ibni taxabant. Servitutum in altari constitutum & reliquias continens, Magnus & Snorro, singuli ex dimidia parte, donans, quod igitur, praeter allatas, templi est possessio. Templum praeterea adhuc possidet campanas duas, ad cantum convocatorias, quas Snorro & Hallreign illi donant, ut & duas ab Arna, quinque a Sanlmundo, & sextam a Petro (donatum), nec non vestes missaticas

intendens vires, ut concordia inter Procere diffidentes stabiliretur aut redintegraretur. Quantum una cum fratribus Magno Episcopo, & Thorvaldo Gilluri filiis eo in negotio præstitit, inde liquet, quod in Islandia, licet ipsis viventibus sæpe fumaret, non tamen priusquam ipis exstinctis, apertum seditionum & civilium bellorum incendium erumperet. Thordus Anno 1237. mortuus est (a).

§. 19.

Filios quidem Thordus plures habuit, sed doctrinæ laude præcluerunt Olaus & Sturla. *Olaus*, a comarum albedine & insigni poetandi peritia, distinctionis ergo ab Olao Svartaskálld (Niger poeta), qui eodem tempore floruit, vocatus *Hvítaskáll* (Albus poeta), a patre suo, Snorrone Sturlæo, una cum fratre Sturla, si non educatus fuit, saltem apud eum sæpius mansit, & ex eo bonas artes literasque inibit, ita ut poeta optimus, &, post ipsum patrem, sui sæculi doctissimus haberetur. Hinc Snorrone constanter adhæsit, & pro eo pericula obire non dubitavit. Anno 1236. in Norvegiam, & inde in Daniam ad Waldemarum Victoriosum transit, sub quo aliquamdiu meruit, & ab eo magni fuit æstimatus. Sed Anno 1240, in Norvegia prælio Osloënsi, Haconis Regis signa sequens, interfuit. In Islandiam redux, Nomophylacis officium gessit Anno 1248, & 1252. obiit Anno 1259. Poëmata ejus celebriora fuerunt Panegyrici, Haconi Norvegiæ, & Waldemaro Daniæ, Regibus, Skulio Norvegiæ Comiti, & Sancto Thorlaco, dicti (b). Quæ omnia intercederunt, præter

missaticas optimas, duas crucea encusso pictas, (§) sextam. Horum littorū jui in templi Reykholtensis dominio est: Sub Fello exteriori triens balenarum, & triens lignorum ejectionum, & dimidium summi. Sub Fello interiore triens balenarum ejectionum, & runderem, ac sub exteriori, accessionum, triens pita utrobique accessionum. In Munadarneso quadrans balenarum ejectionum. Apud Kambum quadrans balenarum ejectionum. In Byrgisvika quadrans balenarum ejectionum.

Templum quod Reykholtsi est, dedicatum est cum Deo Mariae Dreipars, & Sancto Petro Apostolo, & Sancto Dionysio Episcopo, & Sanctæ Barbaræ Virgini.

(a) Conf. *Sturlunga* libr. 5. cap. 50.

(b) " Olafur Þórðarson hafði orðt drápu um Þórlák biskup um veturinn eftir andlát Megn-
" úlfar biskups. Hann fór um föstuna í Skálholt, og gjörði sér þat til eyrnar,
" at

fragmenta quædam, quæ in *Vita Haconis Regis* allegata occurrunt. Quidam & *Eddam*, quæ Snorroniana vocatur, ut & *Skaldam* ei tribuunt, quidam vero utramque ei adjudicant (a).

§. 20.

" at fara hönnun dráþuna, enn hann vildi þú hitta Snorra Sturluson, hvad hann oc
" giörði. " *Sturlunga* libr. 6. cap. 1. id est: *Olaus Tbordi filius byeme post obi-*
tum Magni Episcopi elogium poeticum de Tbordaco Episcopo concinnaverat. Ille tem-
porè quadragesimali Skalbaltum tetendit, causam itineris prætexens, se ibi elogium
presentaturum, (reverta) tamen Snórrohem Sturlannu concinere voluit, quod & fecit.

¶ Majores nostri *Eddarum* collectionem Samundo & Snorroni, *Skalda* autem concinna-
tionem quidam Snorroni, quidam autem Olao Hvítaskalld tribuunt. Bönus vero
Skardfanænsis *Skaldum* Gunnlaugo monacho, (sed ut puto perperam) attribuit. Sed
omnia hæc in dubium vocavit, imo *Eddam* & *Skaldam* eisdem pæne adjudicavit. Bore-
alium Antiquarium coryphæus Celebert. A. MAGNEUS, cujus palmaria argu-
menta sunt, quod *Edda* Author promittit se *Skaldam*, seu librum ejusdem argumenti,
conscripturum, adeo, ut si non certum, saltem probabile sit, unum eundemque utri-
usque libri esse Authorem; cum vero *Skalda* Author vocet Waldemarum, Danicæ Re-
gem, suam *Domnum*, quod Snorroni non potest competere, utpote qui nunquam in
Daniam venit, ideo eum libri Authorem non esse. Præterea *Skalda* Authorem in
Snorronis laudes erumpere; Sed antiquos propriarum laudum parcissimos fuisse. De-
inde quod hæc sententia destitatur omni antiquitatis testimonio, nec aliud habeat
fundamentum, quam B. SVENONI & ARNGRIMI conjecturas. *Skaldum* vero
Olai opus non posse haberi, cum eos nominet, qui post ejus fata vixerunt. Quæ etsi
omnia speciosa sunt, & magnam præ se ferant verisimilitudinem, nos tamen, ut
nobis videtur, rem omnino canficiunt, aut antiquam penitus evertunt traditionem,
cui, ut & *Annalium* fidei, SVENONIUS & ARNGRIMUS, viri doctissimi, & suo uter-
que tempore Antiquitatum Islandicarum peritissimi, suam superstruxerunt sententiam.
Fieri autem potuit, quod Snorro operi Eddico, & forte utriusque primus minus ad-
moverit, sed imperfectum necessario suo & carissimo discipulo perficiendum reliquerit,
ut supra §. 15. monuimus. Quod autem *Skalda* Olauum si non unice, saltem magna
ex parte, Authorem agnoscat, verisimile faciunt: 1) Laudes Snorronis, ibidem obvia.
2) Author vocat Waldemarum, Danicæ Regem, *Dominum suum*, quod apprime in
Olauum quadrat. 3) Magna illa eruditio in *Skalda* occurrens, ostendit Authorem
fuisse & Græcæ & Latine doctum, satisque bene in aliis artibus & scientiis versatum.
Sed tales viros post Olai mortem vixerunt, potest ab aliena manu adjectum esse;
nam tales interpolationes in plurimis libris non raro occurrunt. Ex quibus patet,
allata a summo viro argumenta non tanti esse valoris, ut *Annalium* fidem & antiquam
traditionem penitus evertant, licet illud tantum probent, quod neuter sit unicus ex
esse hujus vel illius libri Author. Quod doctissimi viri pæne, cujus manibus magnum
debeo, habeoque honorem, dictum esse volo.

Sturla Thordi filius, vulgo Multifidius seu *Polyhistor* cognominatus, Poëta, Historicus, & Juris Consultus perceleber; qui fortunæ fallaciam sapius expertus est, præcipue vero Anno 1263; tunc enim invitus & tantum non compedibus ligatus, ut rebellis & Majestatis læsæ reus in Norvegiam missus fuit: sed contra inimicorum spem brevi summum Regis favorem & totius aule tantam æstimationem adeptus, ut Dapifer, Historiographus, & Consiliarius Regis constitutus fuerit, deinde etiam pluribus annis in patria Nomophylacem egerit. Præter *Panegyricos* Haconi & Magno Norvegiæ Regibus, ut & Byrgero Sveciæ Comiti dicatos, plurima fecit carmina. Utriusque etiam Regum *Historias* scripsit, quarum *Magni* maxima ex parte perit, *Haconis* vero superest. Multæ præterea aliæ ei tribuuntur *Historiæ* & *Athletarum vitæ*, quarum agmen ducit ipsa *Sturlunga*. Nam plurimis, quæ in ea narrantur, rebus, ipse aut oculatus testis interfuit, aut præfuit (a). *Landnámæ* etiam manus admovisse cer-

tum

- (a) Quam felix & præstans poëta fuerit, inde inter alia hæquet, quod cum Regi Magno carmen de ipso a se compositum recitasset, Rex tum temporis illi alioquin inimicus, vinum propinavit, subridensque dixit: *Meliora carmina facis quam ipse Papa*: Justus Magni Regis, ipsius patrisque *Historias* cum conscripisse testatur *Sturlunga* lib. 10. cap. 22. & 23. Ipsam etiam *Sturlungam* post Brandum Samundinum, aliasque Islandicas *Historias* litteris mandasse docet eadem *Sturlunga* lib. 2. cap. 38. his verbis: *Plurimæ Islandorum Historiæ ante mortem Brandi Samundini conscriptæ fuerunt; quæ autem postea factæ sunt, per paucæ litteris mutilatæ fuerunt, antiquam Sturla Poëta Thordi filius Islandorum Historiam didicit, ad quod perficiendum satis doctrina possedit, quam tam ex sapientibus, quibus cum versatus fuerat, quam ex documentis, conscriptis ab eorum contantibus, de quibus Historiæ agunt, hauserat. Quibusdam autem, quæ ipsius ætate gestæ sunt, præsens interfuerat. Ipsa enim vir nobilis, benignus, bene doctus & modestus, sed simul confidens & audax fuit. Cui jam deus fructum laudatione præstantiorem det.* Per Islandorum Historiam ipsissima *Sturlunga* intelligenda est, quæ *nar* *af* *Islandorum Historia* a quibusdam vocatur. Hunc autem locum, ut & ultimum, qui de morte *Sturlæ* agit, ab aliena manu adjectum esse, ultimi ejus verba certum faciunt. Eatenus autem hæc *Sturla* ad Oddenses pertinet, quod sæpe cum patre suo Snorrone discendi gratia conversatus fuit. De eo vide *TORÆUM Ser.* pag. 47. Prolegom ad *Hist. Norv.* & *historiæ ipsius* Tom. IV. Lib. 5. & Lib. 6. cap. 2. Ex Schola Oddensi alii plures viri docti prodierunt, qui tamen, quantum nobis constat, nullos ingenii fœtus reliquerunt. Talis fuit *Oddus Thorgilsi*, qui aliis doctior fuisse perhibetur, eoquod *Oddæ* a *Samundo Sigfussonio* educatus fuerit. *Sturlunga* lib. 2. cap. 8.

rum est; reliqua autem ipsius opera aut sine Authoris nomine circumferuntur, aut perierunt. Filium habuit nomine *Thorðum*, qui studio Theologico se totum consecravit, in quo tantum profecit, ut Regis Norvegici aulicus concionator evaderet. Obiit *Sturla* septuagenarius Anno 1284. (a)

§. 21.

Holis docendi ludum primus aperuit ejusdem dioceseos primus Episcopus, *Jonas Ogmundinus*, cujus vestigia successores *Kotillus* & *Biörnus*, ut verisimile est, legerunt. Cogitavit id quidem *Gudmundus Arii*, sed fortuna destitutus, parum vel nihil efficere potuit. De *Brandis*, *Sæmundino* & *Jonæo* nullum esse dubium putamus, quin in tam utili negotio aliquid præstiterint; Ambo enim literis probe imbuti, litterarumque amantes fuerunt, & libris uterque conscribendis, ut suo loco memorabimus, operam navavit (b). Et si itaque non pauci viri docti inde prodierint, nobis tamen perpaucos eorum, qui hoc temporis tractu in quarta boreali ingenii & eruditionis aliqua monumenta reliquerunt, nominare licet. Neque instituti nostri ratio permittit, multo minus exigit, ut omnes & singulos, de quibus fando aliquid inaudivimus, scrupulose enumeremus. In hunc ergo censum tantum veniunt sequentes.

§. 22.

Carolus Abbas monasterii *Thingörens*, ordinatus Anno 1179., qui Anno 1200. *Gudmundum Arii* Thingöris appropinquantem magnifice excepit; inter sui seculi doctissimos numeratus. Huic *Sverri Regis* vita enucleatissime scripta tribuitur. Obiit Anno 1213. (c)

D d 2

§. 23.

-
- (a) Hunc Annum *Sturlæ* emortualem statuunt *TORFÆUS Ser. Reg. Dan.* lib. 1. cap. 5. *RESEN.* Proleg. in *Eddam*, conf. & *Sturlungæ* cap. ultimum. Nos sub hac periodo de eo egimus, quia plurima ejus gesta huc spectant.
- (b) De *Sæmundino* conferatur infra Sect. 4. cap. 4. de *Jonæo* cap. 8. diversus ab his est *Brandus* Prior Sapiens dictus, Author *Genealogiarum Breidsfordensium*, cujus Genealogiam texit *Landnæma* pag. 51.
- (c) Meminit ejus *Sturlunga* lib. 3. cap. 35. conf. *TORFÆUS Ser. Reg. Dan.* lib. 1. cap. 5. pag. 44. & *Hist. Norv.* Tom. 4. pag. 74.

Huic jungendum nobile par ejusdem monasterii alumnorum *Gunnlogus & Oddus*; ille, quem *Sturlunga* virum pium & doctum salutat, una cum Carolo Abbate, Gudmundo Aarii filio magna festivitate Anno 1200. occurrit. Deinde Anno 1210., nulla prorsus Abbatis aut Oddi mentione facta, cum Gudmundus totius fere dioceseos Holanæ Clerum intempestivo zelo inflammatus, anathemate percussisset, sacraque per totam diocesein administrari prohibuisset, eo svafore factum esse fertur, ut plurimi id quasi fulmen irutum concurrerent. Ex scriptis ejus sola *vita Olai Tryggvini* superest, quam Gissuro Halli censendam exhibuit, sed post biennium ab eo remissam ipse emendabat. Obiit Anno 1218. (a) Hic vero

- (b) Gunnlogi *TORFÆUS* in *Ser. Reg. Dan.* liter eruditus hujus ætatis mentionem nullam facit; at contra satis honorificam in *Proleg. Histor. Norv.* Meminit & ejus Mag. *BRYNJOLIVS SVENONIUS* in *Epistola* ad Stephanium Anno 1642. data scribens: *Ubi præstantissima Gunnlogi Monachi scripta?* Attamen quæ nos hic & alibi, auctoritatem *Vite Olai Trygg.* impressæ sequentes, Gunnlogo tribuimus; ea summi Viri, antiquitatum scrutatores & restauratores felicissimi, *TH. BARTHOLINUS* & *TORFÆUS* Oddo Monacho potius ascribunt, dacti auctoritate Manuscripti ejusdam nobis ignoti, ex quo locum adducit *BARTHOLINUS Ant. Dan. Lib. 8. cap. 11.* in hunc modum: *Et hæc conscripsit Oddus, Monachus in Thingeyrum, & ordinis sacerdos, in honorem omnipotentis dei & memoriam futurorum.* Hanc Historiam narraverunt mihi *Asgrimus Abbas Vestliæ filius, Biorno sacerdos Bergþori f. Geller Thorgilsi f. Herdis Davidis filia, Thorgerda Thorsleini f. Inguna Arnari filia. Hæ Historiam Olai Tryggonis ita me docuerunt, quemadmodum mecum jam tradidi, & librum hunc monstravi Gissuro Halli filio, atque, ad ejus monitiones revidebam, quæ pro certioribus deinde retinui. Sed Hist. Tryggonis Skalholti impressa Part. 2. cap. 108. ita habet: Fratres Gunnlogus & Oddus, plurima eorum, quæ de Olai Tryggonis proposuerunt, hæc homines sibi narravisse dicunt, Gellram Thorgilsi f., Arngunnam Vestliæ f. Biarnum Bergþori filium, Arngunnam Arnari filiam, Herdisam Davidis f. & Thorgerdam Thorsleini f. Deinde dicit Gunnlogus se Historiam de Olai actis monstravisse Gissuro Halli, quam dicit Gissurus biennium secum retinuit, sed eum illa ad fratrem Gunnlogum reveniret, ipse eam emendavit, ubi illi ea emendatione opus habere videbatur. Quod prior locus soli Oddo, id posterior, qui, nequid dissimulem, ab aliena manu adjectus esse potest, partim Gunnlogo, partim utriusque, tribuit; Oddus autem licet Gunnlogo ætate paulo prior fuerit, uterque tamen Gissuro synchronus esse potuit. Singula ita conciliari possunt, quod uterque vitam & res gestas Olai Tryggonis scripserit, ex quibus constat ut sit, quod hodie habemus faciat, non paucis forte additis monastici cerebri delitiis. Errant itaque qui Oddum faciunt monachum*

vero, id est *Oddus*, Gunnlogo ætate & eruditione suppar, *Historiam Tryggvini* etiam scripsisse fertur. Præterea ipsi *Calendarium* seu computus ecclesiasticus tribuitur (a). Ab utroque etiam quidam libri latine conscripti, ut innuit *Historia Tryggvini* interpolator, ambobus ætate & eruditione ut videtur, multo inferior (b). Posterioris tandem nomen præ se fert *Ingvars Viasörta saga* a Celeb. *BROCMANNO* Holmiæ 1762. edita.

§. 24.

Laudantur præterea ut alicujus Landnamæ partis authores *Kolskeggus* & *Styrmerus*, Multiscii etiam dicti. *Kolskeggus* Ario ætate parum inferior fuisse videtur (c). *Styrmerus* vero Presbyter, fuit *Snorronis* *Sturlei* amicus, & cœtaneus, sæpiusque *Nomophylacem* egit. Decessit Anno 1265. (d) Nec omnino silendus est *Oddus Erii*, qui circa annum

D d 3

1162.

monachum Norvegicum, similiter etiam qui voluit *Hist. Olai Trygg.* quemadmodum *Skalholti* Anno 1689. impressa est, ejusdem esse genitium fatum; Multa enim eam continere puto, quæ nec *Oddum* nec *Gunnlogum* Audotrem agnoscunt, ut supra *Per. 1.* cap. 10. §. 2. pag. 80. innuimus. Interim non distitit, videri *Oddum* fuisse virum doctum, sed majoris industriæ quam iudicii. Genealogiam *Oddi* exhibent *Landnama* part. 2. cap. 32. part. 3. cap. 1. ut & *Gretla* cap. 76.

- (a) Doctus. *ARNGRIMUS* Oddo tribuit *Computum Ecclesiasticum*, qui non potest esse antiquus ille dictus *Blanda*, si vera est conjectura viri Doctissimi, Episcopi quondam nostri dilectissimi, nunc desideratissimi, Mag. *JONÆ ARNÆI* in Præfat. ad summi *Dactylisnum Ecclesiasticum*, autumantis hunc post 1300. seu circa medium seculi 14. conscriptum esse. Sed de hujus conjecturæ veritate non immerito dubitatur.
- (b) Conf. *Vit. Trygg.* cap. 108. Si quis etiam his monachis aut eorum fratribus *Historiam Olai Cræsti*, aliasque Sanctorum vitas adscribere vellet, me non resigantem haberet, nam genium monasticum valde resolent. Fabulas autem purapura continentes figmentosa, certum est monachos in lingua Islandicam transtulisse, aut conscripsisse, ne dicam effinxisse, quæ indigna sunt, quarum ulla ratio habeatur. De *Oddo* autem & *Gamlaugo* plura habet *TORFÆUS* *Ser.* pag. 45. & in *Proleg. Hist. Norv.*
- (c) *Kolskeggi* genealogiam texit *Landnama* pag. 131. fuitque frater avie Finni *Nomophylacis*, qui officio admorus fuit Anno 1139. ut vult *TORFÆUS*, sed *Annales Islandici* 1140. *ARNGRIMUS* autem in *Crymog.* 1159. Marginalia *Landnæme* pag. 131. indicant *Kolskeggum* floruisse circa Annum 1139. Quodnam horum veritati proximum sit, dicta facile non est. Interim *Kolskeggum* Ario antiquiorem non esse certum est.
- (d) *Styrmerus* in conventu *Biarnadalsensi* Anno 1228. *Snorronis* vices egit. Anno 1210 & deinde 1232. *Nomophylacem* gessit. *Antiqui Annales* ipsi etiam *Prioris* honorem tribuunt. Laudatur in fine *vite Haurdi & Holmenþium* ut ipsius primus Autor.

1162. aut paulo post, *vitas filiorum Havaldis Gilli*, sat eleganter scriptas, composuit; quod suum opus ipse vocat *Hryggjar-Stycke*, seu dorsi partem. Islandum fuisse, sed non Norvægum, verisimile facit, quod ipse indicat se non oculatam eorum fuisse testem, quæ scribit & ejus ætate in Norvegia gesta sunt, sed eadem sibi ab Hallo Thorgeyri filio, natione Islando, qui Regis Ingi erat satelles, relata fuisse, aperte fateatur. Utri autem illum, Skalholtino an Oddensi, seminario adscribam, dubius hæreo. Plures enumerare, ne Historiæ literariæ scriptoribus otium faciamus, hæc vice superfedemus.

§. 25.

Non tamen omnino silendi sunt quidam Nomophylaces, qui non tantum reipubl. administrationi diligenter invigilarunt, sed etiam rem literariam aut ornarunt, aut non parvam adjuvarunt. Talis fuit *Marcus Skeggonis*, qui postquam in juventute peregrinatus, & in aulis Norvegiæ Daniæ & Sveciæ Regum versatus fuerat, quibus ob morum civilitatem & insigne poëseos donum in deliciis erat, in patriam reversus Nomophylacis accepit officium, idque annis 24. ab anno scilicet 1084. ad annum 1108. summa justitia, gravitate & vigilantia, gessit. Illi præter multas alias peritiles & reipublicæ salutare constitutiones, accepta ferenda est æquissima & universalis decimarum introductio, quod arduum valde opus ipsius sapientia & autoritas sine cæde & seditione perfecit, secus quam alibi, etiam sub imperiis monarchicis fieri consuevit; Ipsum enim talis honoris una cum Gisluro Episcopo & Sæmundo Polyhistoro participem facit horum cœtaneus *ARIUS POLYHISTOR*. Poëmata Marci ex laciniis & fragmentis, quæ hinc inde ab Historicis citantur & adferuntur, plurima & summa fide concinnata fuisse constat, quæ non sine insigni rei literariæ dispendio dudum interciderunt. Præter insigne poëma de Olao Tryggonis filio, ex quo multa in *Olai Vita*, ad probandum Auctoris relationem allegata & exhibita sunt, exstat etiam carmen quoddam scriptum de vita & passione Domini.

§. 26.

Marco ætate, & forte etiam auctoritate paulo inferior, sed justitia & sapientia suppar fuit *Bergthorus Rafni*, qui sexennio, ab anno 1116. ad annum

annum 1122. Nomophylacem egit. Hujus ductu & consilio, sed impensas suppeditante & totum opus dirigente Haslido Mauri filio, Berghthori, ut quidam volunt, fratre uterino, viro suæ ætatis ditissimo & celeberrimo, leges antiquæ correctæ, novæ additæ (a), omnesque tandem literis consignatæ, & Anno 1118. publice promulgatæ fuerunt. Berghthorum autem in officio secutus est Gudmundus Thorgeyri filius, vir itidem celebris & publicæ utilitatis studiosissimus, qui eidem muneri ab Anno 1123. ad Annum 1135. præfuit. Huic tribuitur, quod leges Islandicas denuo recognoverit, & ad formam Codicis legum Norvegici, dicti *Grágás*, aliquatenus reformaverit, novellas seu recentiores, antiquis legibus Ulflotianis suis locis inferens, unde nomen libro legibusque hæsit, ita ut a posteris *Grágás* dictæ fuerint. Nam qui Islandos Codicem Olai Cralli, a filio Magno revisum, & *Grágás* insignitum accepisse, sed Ulflotianas leges penitus abrogasse dicunt, suam assertionem facilius proferre quam probare posse autumamus. Leges autem illæ, quas Berghthorus & post eum Gudmundus scribi curarunt, ad Annum circiter 1260. vim & autoritatem habuerunt (b).

§. 27.

Pœtarum hæc ætas feracissima fuit, quorum multi intra patriæ limites consenuerunt, quidam autem inter externos, in aulis europæorum Regum & Dynastarum flourerunt, sub Regibus autem Norvegiæ Haraldo Sigurdi filio ejusque successoribus flourere: *Thorarinus Skeggonis*, *Steno Herdse*

- (a) Per leges recentiores, quas Berghthorus correxit & literis mandari curavit, haudquaquam intelligimus famosam illam *Constitutionem Berghthorianam*, quam commentum esse multo recentius alibi evicimus. Sed hic indigitari putamus leges Ulflotianas & constitutiones quasdam post ejus tempora sancitas, quales fortè fuerunt constitutio de Islandia in quartas dividenda, leges de quinto judicio (*Fimtarðónslög*), lex de duellis in judiciis abrogandis, ut & illa constitutio quæ Anno 1097. facta fuit de decimis introducendis, præsertim vero *Vefsloðe*, quem hic expresse nominat *ARIUS* in *Schedis*, & aliæ, quas hic enumerare superfedemus; Ex his Gudmundus, ejus in officio successor, Corpus quoddam juris consecisse videtur.
- (b) Vide eruditam *JONÆ MAGNÆ*, viri in omni litterarum genere probe versati, sed juris antiqui & historiarum peritissimi *diatribæ de Codice Norvegico Grágás*, an unquam Islandis lex fuerit, ubi hanc quæstionem, negativam tuens sententiam, more suo sobrie & solide tractat.

Herdise filius, Ivarus Ingemundi, Bardus Niger, Gislauus Illugi, Haldarus Skvaldri, Thorarinus Stutfellus, Einarus Skuli filius, Jatgeir Toft filius, aliiqve. Sed doctrinæ pariter ac poëseos laude inclaruerunt: *Ingemundus Einari*, Pastor Hiardarholtensis & *Hallus* Monachus, ut & *Aridus* ille, qui Waldimaro Magno, Daniæ Regi & Absaloni Daniæ Archiepiscopo, ob historiarum & poëseos, ut & oneirocritices peritiam, in deliciis fuit (a). Omnes tamen longo post se intervallo reliquerunt nobiles illi triumviri, *Snorro Sturlaus*, ejusqve sobrini, celeberrimum fratrum par, *Olaus Hvítaskállid* & *Sturla* Theodoridæ, de quibus paulo ante plura retulimus. Cæteros omittimus, sed ad Indicem Poëtarum, dictum *Skáldatal* (b) curiosum lectorem remittimus, præsertim cum nec historiam literariam, multo minus poëtarum vitas ex professo scribere nobis sit propositum.

§. 28.

Ex his, quantulacunqve sunt, jam manifestum est, licet præsens ætas a quibusdam, ob undiqvaqve ingruentem barbariem & literarum neglectum, obscura vocetur, Islandis tamen haud quaquam talem fuisse, sed apud eos literarum lucem omni spe & probabilitate clarius splenduisse, quod nemo facile negabit, qui tantam Auctorum multitudinem, tantamqve scriptorum, hoc temporis tractu editorum, diversitatem observare velit, quantam vix ulla alia, & ne cultissima quidem, natio producere potest; idque non in unico tantum, sed vario eruditionis & scientiarum genere. *Sacram scripturam* & *Patrum monumenta* Theologiæ cultores legisse, & libros Theologicos elucubrasse negari non potest, cum id histo-

rie

(a) Conf. SAXO GRAMMATICUS *Hist. Dan.* Lib. 14.

(b) Quisnam hujus Indicis genuinus Author sit, nobis non constat. Eandem vero non semel tantum graviter erasse satis liquet; In eo autem potissimum, quod Eilseinum Sveciæ Regem *Sanctum* vocat, qui ab antiquioribus Historicis non tantum ut gentilis, sed etiam scelerosus describitur. Deinde quod Knutum Haconis faciat Regem Danicæ, ipsumqve ante Svenum Furcatæ Barbæ collocet, Poëtis ejus annumerans *Olaus Theodori*, aliosqve, cum liquido constet; Hunc Knutum Haconis fuisse Contem Norvegiæ sub Hacone Haconis filio, & mortem opetiisse Anno 1261. in illius autem aula & satellitio versatum fuisse Olauum Theodori Islandum, virum doctum, dictum Hvítaskállid, Poëtam celeberrimum, Sturlæ Theodori filii fratrem, non minus indicat.

ria clare testentur, quanquam eorum opera ad nos non pervenerint (a). *Linguarum & Philologiae*, tam veteris quam recentioris, gnaros fuisse, eorum scripta & aliorum testimonia probant (b). Quod *Classicos Romanorum Auctores* sibi habuerint familiares, alibi a nobis est memoratum. Quantum *Historiis* operæ & temporis impenderit, plurima ab illis ad nos transmissa volumina loquuntur (c). *Poëticæ*, utpote multis in Regum & Principum aulis haud raro versantibus, non minus lucrosam quam honorificam, inprimis coluisse non mirum. Hinc etiam hæc ætas optimos, qui unquam existerunt, poëtas protulit; nam plerique Regum Daniæ, Norvigiæ, Sveciæ, Angliæ, ut & Orcadensium Comitum, aliorumque arctoi orbis Principum, qui hoc tempore floruerunt, Poëta, natione erant Islandr (d). *Geographiæ*, & variarum gentium, morum ac consuetudinum callentissimos fuisse, ex frequentissimis, non tantum per universam Europam, sed quandoque etiam per Asiam, Americam & Africam susceptis peregrinationibus, liquido constat (e). *Mathematicis prætereâ scientiis*

(a) Id de episcopis ex eorum Historia personali patebit. De Thorsæo Runolfi testatur *Hungarvaka* quod *Sacrorum Scripturam perlegerit* vel etiam exposuerit, "Hann las yfir H. ritningu."

(b) Testantur *Edda & Skáldia*, in quibus accurata satis vocum Græcarum occurrit explicatio. Quosdam plenasque linguas Europæas calluisse, ut Hallum Teiti & Gissurum Halli, histopæ prodant.

(c) Conf. *TORÆL Ser. Reg. Dan.* ubi plus minus 200. opera historica enumerantur, quorum major & melior pars hæc ætate composita est.

(d) Conf. Catalogum Poëtarum, communiter dictum *Skáldatal*, quem exhibet *WORMIUS* ad calcem *Chron. Norv.* ab *UNDALINO* translato, ut & *PERINGSKIOLD*, ad Edit. *Snoor. Sauriai*, quorum plerique natione erant Islandi. Vid. supra §. 27.

(e) *Hungarvaka* in Klangi vita. "Var þá kominn frá Róma sunnan oc allt utan frá Bár, Gissur Hallion." Vide supra §. 8. p. 197. Pro *Bár* potius intelligo *Barbaricum* seu Africam, aut *Bavariam* Germaniæ, quam *Bari* vel *Barium* urbem & provinciam in regno Neapolitano sitam. Nam antiqui totum Regnum Neapolitanum nunc vocabant *Póll*, id est Apuliam, nunc etiam universam Italianam eadem voce designarant. Apuliam tantum indicare videtur in *Hævusis Hæconidis Vita* ad Annum 1251: "Kömo þeir at Prétánda degi Jóh 1 Fenedig oc spurdu þar þau ríðendi at Keytarinn hafði andað fyre Jóh'n út á Pále." 3: *Decima tertio usque tertium feria Vegetias advenientes, Imperatorem ante natalitia in Apulia obiisse certiores fiunt.* Totam Italianam apud eundem Authorem ad annum 1203. denotat:

E e

scientiis haud poenitentiam navasse operam, præter monumenta ad nos transmissa, evincunt navigationes & varia opera mechanica, valde artificiose facta, quæ subinde non sine causa laudantur (a). *Jurisprudentiam* quantum coluerint, leges & constitutiones, vel hodieum in usu manentes, testatum faciunt (b). Tandem etiam *artis medicæ* haudquaquam fuerunt ignari (c). Et ut verbo dicam: Si religio a Papismi sermone pura & vita inculpata adfuisset, vix unquam melior, clarior & doctior Islandia fuisset.

denotat: " På vóru Keyfarar yfir Rómaborgir ríki Philippus af Svafa út á Páli, " enn Otto son Henríks Keyfara af Bránsvík fyrir nordan fjall. " 3: *Tunc in imperio Romano Imperatores erant, Philippus de Suesia in Pulí (Apuglio), sed Otto filius Henrici Imperatoris de Bransvico a septentrione montium.* Nam Philippus non solum Apuliam, sed universam Italiam subiectam habuit. Plerumque autem vocabant Italiani *fyrir sunnan fjall*, vel etiam sequioribus seculis, *Italiani*. Sed Germaniam, nunc *Saxland*, nunc *fyrir nordau fjall*. Galliam autem *Frans, Frackland*; sed Neustriam in specie *Valland*, Britanniam vocabant *England*. Belgium boreale, *Frisland*, australe autem, *Flemingialand*; Poloniam & australem Russiæ partem, *Gardaríke*; regiones cis Hellespontum, *Grickland*, Universam Africam, *Serkland*, vel etiam quandoque Hispaniam, seu illam ejus partem, quæ a Sarracenis tenebatur. Magnopere itaque errat Doctissimus *TORFÆUS* in *Ser. Reg. Dan.* pag. 463. quando Serklandiam, cui Hedinus impunitat, Moscoviam aut Tartariam fuisse putat. Cujus erroris causæ videtur fuisse nimia credulitas, quod fragmentum illud fabulosum, Hediní & Högini res gestas continens, pro vera habuerit historia, cum ne micam quidem veritatis continere videatur. Omnes has regiones quosdam nostratium, discendi gratia, peragrasse non contentos, quandoque in Asiam & Africam, imo etiam in Americam septentrionalem transivisse, negari non potest; tanta enim sciendi cupidine flagrabant.

- (a) Studium Mathematicos hoc tempore hic floruisse, omni exceptione major testis est liber *Blinda*, ut taceam, quod haud paucorum ingenia, ad mechanicas & mathematicas artes inclinantia, laudantur; quales fuerunt Paulus Episcopus, Snorro Starleus, alique.
- (b) Leges hoc tempore conscriptæ & constitutæ fuerunt: *Constitutio Gissuriana de decimis. Jus Ecclesiasticum Thorlaco-Kettillanum, Vigfódi & Grágás* seu Reformatio legum Ulstiotiarum.
- (c) Medicinæ multos fuisse peritos testantur Historia. *Sturlunga*, præter alios, laudat Helgonem Skelungi, Snorronem Arngriani, Dalkum quendam sacerdotem, Alfridam quendam, aliosque.



SECTIO II.

■ De Archiepiscopis Bremensibus, Lundensibus & Nidarosiensibus, ut & Cardinalibus quibusdam Romanis, qui Ecclesiæ Islandicæ commoda hoc tempore promoverunt.

CAP. I.

De Archiepiscopis Bremensibus.

§. 1.

Cum Archiepiscoporum, qui aut a Pontifice Romano habuerunt, aut ipsi sibi in ecclesiam Islandicam aliquid juris & imperii arrogarunt, subinde in hoc opere mentio occurrat; pauca, seu tria tantum, verba de quovis facere, non omnino inconveniens esse videtur; ut inde, in quorum manibus, ecclesiæ regimen fuerit, eo melius cognosci queat.

§. 2.

Diploma Ludovici Pii Germanorum Imperatoris, datum idibus Maji Anno 834., qui Deo pro conversione Færöæ, Islandiæ & Grönlandiæ gratias agit, eademque posthac jurisdictioni Hamburgensis Archiepiscopi subjicit; similiter etiam Bullam Gregorii Quarti Romanorum Pontificis datam Anno 835. qua Imperatoris diploma confirmatur, cum supposititia sint aut depravata, nihil omnino moramur; eorum enim falsitas aut depravatio, vel inde probari potest, quod Islandia & Grönlandia, tum temporis, a Norvegis ignoratæ prorsus & incultæ fuerint. Taceo, quod in quibusdam horum diplomatum apographis Islandiæ & Grönlandiæ nomen non inveniatur, quod nostram non parum confirmat sententiam. Islandia enim ante Annum 870. a Norvegis, Grönlandia vero ab

Islandis ante Annum 982. nec inventæ sunt, nec id nominis fortitæ, neque prius quam Anno Christi millesimo, imperante Germanis Ottone secundo, & sedente Romæ Sylvestro secundo, christianæ religioni nomen dederunt.

§. 3.

Primus itaque nobis nominandus venit *Albertus Bremenfis & Hamburgensis* Archiepiscopus. sedisque Romanæ in regionibus boream spectantibus Legatus, Henrici Terti Germaniæ Imperatoris nepos, a quo, Anno 1043. huic officio præfectus fuit. Vir multis, magnisque animi & corporis dotibus ornatus, qui cum Romæ esset Anno 1046. parum abfuit, quin Papale solium ascenderet, nisi ipse Svidgerum Episcopum Bambergensem. postea Clementem Secundum vocatum, suo voto ad id dignitatis elevallet. Anno 1051. Concilii Moguntini magna pars fuisse dicitur. Mortuo Henrico Tertio, ejusdem filio & successori Henrico Quarto constanter adhæsit, cujus primarium Consiliarium & Ministrum egit, sed magna Germaniæ Principum querimonia & invidia.

§. 4.

Quod Islandi ad eum legatos miserint, petatum ut episcopum sibi constitueret; quodque illis, circa annum 1055. Johannem quendam natione Scotum (a), Grönlandis vero Albertum, episcopos constituerit, gratis adferit. Id tantum verum, quod Isleifum, primum Islandiæ Episcopum ordinaverit, posteaque illi, de huc illuc dispalantibus episcopis, qui tandem in Islandiam venerunt, & Isleifo non parum creantur molestiæ, per literas significaverit, omnes illos se inscio in Islandiam irrepisse, quosdam etiam excommunicatos, quocirca eorum ministerio uti prohibuit (b). Albertum præterea salutaria, de moderanda Ecclesia Isleifo suppeditasse

(a) Johannem hunc Scotum eundem esse ac Johannem natione Hibernum statuis, de quo Period. I. cap. II. §. 3. egimus. Grönlandi autem proprium acceperunt Episcopum Anno 1124. nomine Arnaldum, qui deinde, ad episcopatum Hamrensem in Norvegia transiit, quod factum est circa annum 1152. Qui de Alberto Archiepiscopo plura cupit, adest *ALBERT. STADENS.* ad Annum 1072. *CRANZII Metrop. & PONTANI Hist. Dan.* lib. 5.

(b) Teste *Hungurvaka.* Conf. Per. I. cap. II. pag. 86.

peditaſſe conſilia non imus inficias. An ex ſenſcentis fortunæ tædio, an vero ex deſiderio animas lucrandi optaverit, ut in miniſterio legationis ſuæ, aut in Sclavonia aut in Svecia, aut denique in ultima Islandia obire mereretur, noſtrum non eſt judicare. Id autem pro certo habemus, quod aliquando per regiones boreales & in Islandiam uſque, generalem viſitationem inſtituere ſibi propoſuerit, a quo propoſito, hortatu Daniæ Regis, deſtitit (a). Neque dubitamus, quod cum omnibus ſuis ſuffraganeis, qui ad boream habitant, generalem Synodum, circa annum 1070. Slesvicæ habere propoſuerit, adque eandem Islandiæ etiam Episcopum, cum Cleri primatibus, vocaverit, cum conſtet Episcopum Færoenſium citatum fuiſſe: Sed hoc propoſitum, ob tranſmarinorum (puta Islandiæ, Orcadum & Færoenſium Episcoporum, nam hæc omnes inſulæ tum temporis ſuos habuerunt Antiftites) abſentiam, res primo dilata eſt, & tandem evanuit: Quod Pontifici Romano magnopere diſplicuiſſe, ejus epiſtola objurgatoria, univerſo Clero ſeptemtrionali ſcripta, fatiſ docet. Tandem cum multis tricis & negotiis per omnem vitam ſe implicuiſſet, variamque expertus eſſet fortunam, in melancholiam primo & animi angores, deinde autem in morbum, qui eum diu maceravit, incidit, ex quo Goſlaræ Anno 1072. obiit.

§. 5.

Alberti in archiepiſcopatu ſucceſſores, quantum nobis innotuit, res Islandorum eccleſiaſticas parum aut nihil attigerunt. Proximus itaque huic, ſe offert *Hardeicus*, Comes Spanheimenſis & Altenburgenſis, natus Magdeburgenſium Episcopum, ab Anticæſare Rudolpho Sabaudo, huic muneri præpoſitus; qui licet in ſtatu eccleſiæ turbulentiffimum incidiffet, dignitatem uſque ad mortem retinuit, quæ eum ex improviſo obruit,

E e 3

nam

(c) Conf. ADAM BREMENS. ex quo hæc mutuati ſumus, ſed ſi quis iſta conſerat cum illis, quæ Sect. ſeq. c. 1. §. 4. dicenda ſunt, cito videbit, quod ab arrogantia labe non omnino purus fuerit bonus hincæ vir; forte etiam Islandos, pro vere ad Chriſtum converſos non agnovit, priusquam illi ipſum, ut Romani Pontificis Legatum, pro vero ſue eccleſiæ capite agnoverunt. Sed quicquid ſit, hæc ejus arrogantia & inepta gloriatio ALBERTO CRANZIO & HVITFELDIO impoſuiſſe videtur, ita ut ſcriberet CRANZIIUS: Anno Domini 1070. vidit ad Chriſtum converſos Islandos, quod ARNGRIMUS in *Comment. de Islandia* fol. 55. ſeqq. haud perfunctorie excuſit.

nam in lecto mortuus inventus est. Huic autem ab Henrico Quarto, *Harvicus* Abbas Fuldenfis oppositus fuit. Cum prior a Papæ, posterior vero Cæsaris staret partibus, illi non huic, Giffuri episcopi Skalholtini, ordinationem adscribendam putamus (a). Cum enim Pontifice infcio & inconsulto, a Leimaro Bremenfi Archiepiscopo id temporis excommunicato, consecrationem petere non auderet Giffurus; multo minus eodem, hac de re jam convento, Hardevicum illum, quem ipsi sciebat exotum, contra expressum Papæ mandatum adire sultinisset.

CAP. II.

De Archiepiscopis Lundensibus.

§. I.

Adzerus vel *Afcerus* Archiepiscopus Lundensis, ex nobili Danorum stemmate oriundus, ante quam Lundensis archiepiscopatus institutus fuit, ejusdem loci Episcopum egit, quam dignitatem circa annum 1092 adeptus esse videtur. Abhinc circiter decennio, seu Anno 1104. Romane Ecclesiæ Cardinalis & Pontificis Legatus Albericus, archiepiscopatum in Dania fundare, & unum ex totius regni Antistitibus Archiepiscopum creare in mandatis habens, ex sententia Regis & Magnatum, Londinum Sca-norum archiepiscopalem sedem constituit, sed ad Archiepiscopi dignitatem *Adzerum* evexit. Mores viri laudantur ab his, culpantur ab illis, plures tamen laudant. Ecclesiæ Islandicæ, ut virum bonum, & haud pernitendum Inspectorem decet, semper se præstitit; cujus Episcopos. *Jonnam* *Ogmundi* Anno 1106. *Thorlacum* *Runolfi* Anno 1118. *Ketilum* *Thorkeini* Anno 1122., & *Magnum* *Einaris* Anno 1134. ordinavit. Eius consilio inducti & auctoritate muniti (ut ipsi fatentur) *Thorlacus* & *Ketilus* Episcopi, ad stipulante *Sæmundo* *Polyhistore*, Jus Ecclesiasticum, circa annum 1123. conscripserunt, quod annis 150. apud Islandos vim legis obtinuit. Cum in utroque officio 45. annos ministrasset, tandem die-rum sator Anno 1138. 3. Non. Maji ad plures abiit.

§. 2.

(a) Quod & *Annales Floreyenses* discrete testantur.

§. 2.

Eskillus, Adzeri ex fratre nepos, Ecclesiæ Lundensis primo Canonikus, deinde Præpositus, & circa annum 1134. Episcopus Roschildensis, tandemque invito licet Daniæ Rege Erico, nec sine cæde & sanguine. Anno 1138 Lundensis Archiepiscopus factus. Unde, ut ex seditionibus & controversiis cum Regibus Svenoë Grathe & Waldemaro I., quibus aut aliquam causam dedit, aut omnino suscitavit, fuisse eum factiosum & elati animi virum facile concludi potest. Sancti Bernhardi intimus fuit amicus, ideoque multa Cisterciensium seu Bernardini ordinis monasteria in Dania fundavit, ipsamque Sanctum Bernhardum invisit, cui ejus devotio & sanctitatis studium apprime placuit. Peregrinationem in Terram Sanctam semel suscepit, ex qua domum revertens, in Germania, si non captus, tamen spoliatus est. Togæ an chlamydi aptior fuerit non facile discernitur, nam senex etiam factus, equum dexterrime ascendere potuit, hostemque inter primos adoriri ausus est.

§. 3.

Quantum res ecclesiæ Islandicæ attinet, nihil utile aut memorabile gessit, præterquam quod Episcopos, Biornum Holfensem Anno 1146, & Klangum Skalholfensem Anno 1152. ordinavit. Senior factus, & ex pedibus laborans, dimissionem petiit, quam tandem Anno 1178. adeptus, archiepiscopatu se abdicat, inque monasterium Clarevallense semet abdens cucullum suscipit, ubi Anno 1182. die 8. Idus Aprilis vitam cum morte commutavit.

CAP. III.

De Archiepiscopis Nidarosensibus.

§. I.

Norvegorum, qui proprium Archiepiscopum desiderabant, aut fatigatus precibus, aut turbis & intestinis regni Norvegiæ seditionibus excitatus, Eugenius III. Romanorum Pontifex Nicolaum Cardinalem post,

post, sub Adriani IV. nomine, Papam factum) in Norvegiam ablegavit. Qui Anno 1152. postquam discordias Regum sedasset, aliaque regno, reique publicæ non inutilia ordinasset, archiepiscopatum Nidarosensem fundavit (a). eique *Fonam* Birgeri filium, Stafangrensis diocesis tum temporis Antistitem, primum constituit Archiepiscopum. Quid hic in officio gesserit nos latet. Islandis ab illo utilem navatim operam Annales nullam memorant. Subit tamen suspicio, ipsi forte tribuendum esse, quod Anno 1154. armorum gestatio in foro generali, seu Comitii publicis prohibita fuerit, eandem enim Cardinalis laudatus ante biennium in oppidis Norvegicis interdixerat. Mortuus est ut videtur Anno 1160.

§. 2.

Secundus Nidarosensem Archiepiscopus *Fyfeinus*, sive *Augustinus* Erlandi filius, ex nobilissimis Norvegorum & Islandorum prolapsus oriundus, Anno 1161. Cathedram ascendit: cujus statura & pulcherrima lineamentorum conformatio laudantur, fuisse autem honoris & opum appetentem facta ejus ostendunt. Quam primum Ecclesiæ moderamen acceperit, subditis (quod ei utpote viro nobili, opulento & præpotenti, turbulentissimo reipublicæ statu, & bello civili ingruente perfacile fuit) ut loco communis uncix, argenteam sibi penderent unciam persvasit. Hoc ut & alia ejusdem generis, quæ Jure Canonico incrustaverat, Comes Erlingus Skacke id temporis regni usurpator, qui partim neglectis partim occisis

- (a) Ab institutione Nidarosensis archiepiscopatus Islandorum Episcopi ex Papalis constitutionis præscripto, ejusdem auctoritate, venerati sunt. Verba constitutionis, (quam PONTOPPIDANUS integram exhibuit *Anu. Tom. I. p. 379.*) hæc sunt. Et ne de cetero provincie Norvegia metropolitana possit cura desse, commissam gubernationis tue urbem Trundensem, ejusdem provincie perpetuam Metropolim ordinavit, (sc. Cardinalis,) & ei Asloensem, Hamarköpiensem, Bergenensem, Stafangrensem, Insulas Orcaides, Suthracæ, insulas Islandensium, Grönelandie episcopatum, tanquam suæ metropoli perpetuis temporibus constituit subiacere, & eorum Episcopos sicut Metropolitanis suis tibi suisque successoribus obedire. Ne igitur ad violationem constitutionis, ulli unquam liceat asperrare; Nos eam auctoritate Apostolica confirmamus, & præfati privilegio communimus, statuentes, ut Trundensis civitas perpetuis temporibus, supradictarum cubium Metropolis habeatur, & eorum Episcopi, tam tibi, quam tuis successoribus, sicut suis Metropolitanis obediant. & de manu vestra consecrationis gratiam sortiantur. Datum 2. Cal. Decembris Indict. 3. Incarnat. Domini Anno 1154. Pontificatus Anastasii Papæ 4. anno secundo.

occisis regii sanguinis Principibus, filio suo Magno per fas & nefas coronam acquirere satagens, ea conditione concessit, si eidem convetis cæremoniis coronam imponeret, legitimumque Regem solenniter proclamaret. Quod Archiepiscopus, præsentem & annuente Stephano Pontifice Romani Legato, Bergæ Anno 1163 lubens perfecit. Sed Sverro, qui Erlingi crudelitatem evaserat, sibi que ad paternum regnum ense viam aperuerat, in thronum elevato, Archiepiscopi auctoritas evanescere cœpit, quam non ferens fortunæ mutationem, voluntarium in Angliam aliquantisper elegit exilium, tandem vero Cathedralis restitutus, cum sedisset annos 27. Anno seculi 88. feria secunda Natalitiorum Domini, vitam cum morte commutavit, in templi cathedralis Nidrosiensis sacrario sepultus, unde Anno 1229. scrinio includendus & adorandus exhumatur (a).

§. 3.

Islandiæ Episcopus Brandum Sæmundi filium Anno 1162. (b) & Thorlacum Thorhalli filium Anno 1178. consecravit Jus Ecclesiasticum ab Eisteino conditum & Norvegis, connivente Erlingo Sacke, ejusque filio Magno, qui tum temporis sceptris Norvegica tenebant, obtrusum, communiter vocatum *Gullfödur*, ab Islandis etiam acceptum fuisse facilius dicitur quam probatur. Sed ejus nutu & instinctu Thorlacus Thorhalli filius, quædam in veteri Islandorum Jure Ecclesiastico mutare cœpit, qualia fuerunt: Excommunicationis tam minoris quam majoris usus & exercitium; Conjugium sacerdotibus prohibitum; Jus & administratio præbendarum a Laicis in Clericos translatum; Mulctæ ob adulteria, incestus & alia hujusmodi delicta, Episcopis addictæ. Quæ Thorlacus instigante Eisteino in Islandiam primus introduxit.

§. 4.

(a) Vid. *TORFÆI Hist. Norv.* Tom. 4. pag. 8. Cæterum vid. *Korffog til Forbedring i den Danste og Norske Historie*, ubi hujus vita per Celeberr. *SCHÖNNING* exhibetur.

(b) Concilium Bergense autumnno Anni 1163. inceptum est, tunc enim Comes Erlingus e Vika Bergas venit, ubi id temporis Pontificis Legatus, Archiepiscopus, omnesque indigenæ Episcopi, item Brandus, Islandiæ Episcopus nuperrime ordinatus, comparuerant. Magnus autem coronatus fuit hyeme aut vere Anni 1164. diu enim hoc Concilium duravit.

§. 4.

Tres e'ius ad Islandos datæ existunt Epistolæ, quarum *prima* Episcopis, omnibusque aliis Islandiæ incolis inscripta: (α) sacerdotes homicidii reos, officio deponendos censet; sacroque munere fungentes a litibus & causis forensibus, minorennium & pauperum tantum exceptis, penitus abstinere jubet. (β) In eos invehitur, qui viros sacri ordinis verberibus multant, sauciant aut occidunt. (γ) Qui legitimas uxores repudiant, scorta autem & adulteras earum loco, vel etiam utrasque indiscriminatim simul habent, tamque splendide & dissolute vivunt, ut Christianos minime deceat; eosdem si pœnitentia ducti, ad meliorem frugem se receperint, publice absolvi, refractarios vero, & in eodem peccatorum luto sine ulla vitæ emendatione hærentes, anathematis fulmine percuti jubet. In *altera* ad eosdem adversus intolerandam eorum temeritatem calammum acriter stringit, qui vel asyli jura templis sancte servanda violare, vel loca sacra invidentes, aliqua injuria & damno afficere, non erubuerint, quorum nefariis conatibus & impietati, terribile illud anathematis fulmen obijciendum pronunciat. *Tertia* denique ejusdem ad eosdem exarata epistola de iis potissimum agit, qui male feriat, vel ad furta & rapinas se converterint, vel mulieribus per vim stuprum intulerint, vel alio quovis modo impuditiæ frena laxaverint, omnibus hisce excommunicationis pœnam minitans (α). Ex his abunde patet, Eisteinum res Islandicas non neglexisse; sed multo magis pravos incolarum mores corrigere, variaque quorum illa ætas satis ferax fuit, scelera & ecclesiæ scandala extirpare, pro virili tentasse.

§. 5.

Erecus, qui ab Anno 1185. Stafangrensis Episcopus fuerat, Eisteino in Archiepiscopatu Anno 1188. succenturiatus, Romam ad redimendum pallium festinat, quo indutus & domum reversus, statim cum Sverro Rege, de jure & jurisdictione Archiepiscopali, controversiæ ferram reciprocate, inque ipsum acriter invehi cœpit. Hoc cum Rex ægre ferret, Archiepiscopi auctoritati & dominio certos ponere limites judicem, Bergas eum vocavit. Comparuit quidem Præful, sed forum & judicem,

non

(γ) Tres istæ epistolæ ad calcem hujus Sectionis exhibentur, sub Lit. A. B. & C.

non competentes caussatus, ad Pontificem Romanum appellavit. Rex autem Pontificem hujus litis judicem non agnoscens, a Senatu Regni ibidem congregato, sententiam ferri postulavit, quæ talis tandem promulgata est, licere Archiepiscopo triginta tantum satellitibus stipari, quorum duodecim scutati essent, plures si habere cuperet, in usum templi lapicidinis admoveret, non autem ad seditiones in patria excitandum iisdem uteretur. Quod ubi audivit Præful, extemplo surgens, collectisque sarcinis, regno excessit. Lundumque Scanorum petens, ibidem complures annos, seu quamdiu in vivis fuit Daniæ Archiepiscopus Absalon, hæsit; nunquam tamen in Norvegia per Episcopos, aliosque emissarios, seditiones excitare desistens, sed post mortem demum Absalonis Anno 1203. in Norvegiam rediit, pacateque deinde vixit. Dum Lundi se contineret, oculis captus est, qua de causa Absalon Daniæ Archiepiscopus, ejus vires gerens, Paulum Skalholtinum Episcopum Anno 1195. ordinavit, sed in patriam redux, Anno 1203, Gudmundum Holanum ipse consecravit. Ad Annum 1206. vitam protraxisse certum est, sed quando obierit in certum (a).

§. 6.

Exstant Erici ad Islandos scriptæ epistolæ, non parvum præ se ferentes pietatis zelum. *Prima* ad Episcopos Brandum & Thorlacum, varia continet monita, exhortationes, & instructiones, quomodo contra incestuosos, adulteros, & in causis connubialibus procedere & sese gerere debeant, item de moribus cleri, cui armorum usum & gestationem interdicit; excommunicationem immorigeris minitans. *Altera* Thorlaco Episcopo, Jonæ Lopti filio, omnibusque insulæ Magnatibus inscripta est, in qua postquam de adversa fortuna & controversiis, quæ ipsi cum laicis intercesserant, quarum causas non omnes in illos confert, conque- stus est; de jure asyli templis & cæmeteriis debito, raptu mulierum, vi- que illis illata, sacerdotum & monachorum modestia, causarumque foren- sum abstinentia, & tandem ne quis prætura & sacro officio simul funga-
Ff 2
tur,

(a) Hic est venerabilis ille Dominus Ericus, Nidarosensis Archipræful, propter justitiam exulans, cui Absalon Danorum Archiepiscopus testamento reliquit centum marcas argenti & equum blaccatum. Ericus autem Absaloni antea cistum argenteum mirabiliter fabricatum dederat, quem ille moriens Regi legavit. *Conf. Testam. Absalonis.*

tur, agit. *Tertio* ad Thorlacum Episcopum, Jonam Lopti filium, & Gislurum Halli, ubi vehementer contra libidines & mulierositatem declinat, non obscure Jonam & Gislurum hujus vitii insimulans. *Quarta* denique omnibus Islandiæ incolis indiscriminatio inscribitur, in qua eorum obedientiam & humanitatem laudat, quam sibi per Thorlaci Episcopi literas innotuisse ait, rogans ne sua monita nihili faciant, nec ut inutiles innovationes æstiment (a).

§. 7.

Adnitente Erico Archiepiscopo, Thorus, vel *Thorerus* Gudmundi filius, Canonicus Osloënsis, Anno 1206. Archiepiscopus eligitur, & more seculi Romam petiit, palliumque inde reportavit, quo facto Anno 1207. Ecclesiæ gubernacula suscepit. Eodem Anno Bergis præfens fuit, Regiisque, qui a Baglorum factione in arce Sverrisborg obsidebantur, ut arcem dederent, vsasit. Anno 1212 (b) factionem de regno Norvegico, inter Principes, Regis Ingi filium, & filium Comitis Haconis Galin, dividendo, una cum aliis quibusdam approbavit eiqve subscripsit. Eodem etiam Anno Gudmundum Holanum Episcopum, ejusque adversarios ad causam eorum dicendum, per literas evocavit (c). Quo Anno obiit non constat, quod tamen ante Annum 1214. factum esse certum est.

§. 8.

Anno 1214. *Thorerum Guthormus* excepit. Hic quod nullas in regno Norvegico turbas aut seditiones excitaret, vir non malus, sed mansuetus fuisse perhibetur. Regi tamen, dum minorennis esset, difficiliter semper senet præbuit, nec ullo regio honore eundem mactare voluit, priusquam ipsius mater Anno 1218. in totius regni Senatus, omniumque Episcoporum conventu, ipso inspiciente Archiepiscopo, esse ipsum Haconis

(a) Omnes istæ literæ huic Sectioni subrexiuntur sub Litr. D. E. F. & G.

(b) *UNDALINUS* vult Ericum Archiepiscopum his Comitibus etiam interfuisse, & proxime post *Thorerum* subscripsisse, cujus tamen in *vita Haconis Haconide*, unde sua sumuntur Undalinus, nec vola nec vestigium reperitur, quod nos idcirco in medio relinquimus.

(c) Epistola illa ad finem hujus Sectionis subjungetur sub Litr. H.

comis Regis filium, ordalio seu ferri candentis portatione, confirmasset (a). Inde autem eidem æquior factus, tandem in universalibus regni Comitibus Anno 1223. ex sententia Nomophylacum, regnum ei adjudicavit. Comiti autem Skulio, Regis æmulo, cui huc usque adhæserat, diceceseos Nidarosienfis, dominium & proventus, sua intercessione & autoritate acquisivit. Anno 1216. Magnum Gissuri filium Skalholtensem Episcopum ordinavit. Anno 1222. Gudmundum Holensem, ejusque adversarios ad causas coram dicendum per literas evocavit. Sed Anno 1224. in quadragesima, morte præventus, eisdem ad optatum finem perducere non potuit.

§. 9.

Mortuo Guthormo a Canonicis Nidarosienfibus assentiente Skulio Comite, Sigurdus Abbas Totrensis, id temporis peregre agens eligitur. Sed cum Regi minus acceptus esset, Pontifex Romanus *Petrus Husa/landensem*, a Rege sibi commendatum, ejusque literas perferentem, Archiepiscopum constituit. Hic sequente anno in patriam redux, Regis amicitiam amplecti velle, præ se quidem tulit; nam cum Comite & Canonicis Nidarosienfibus insens, Archidignitatem adeptus esset, eundem admittere noluerunt, causâti quod Divi Olai thesaurum ad eandem emendum sacrilege profudisset; Rege autem suam interponente autoritatem, non tantum ab iis acceptus est, sed brevi relicto Rege, totum se illis dedit; quod Regi non potuit non displicere, qui ipsum eapropter graviter redarguit (b). Gudmundo Holensi Episcopo, quem Guthormus ab officio

F f 3

remo-

(a) Conf. supra Sect. I. cap. I. §. 52. pag. 178.

(b) Exstat Regis ad eum epistola, in hunc modum verba facientis: " Þer ritudad til vor, oc herud off nockurum afarkostum ef ver vilioni cigi settazt vid Ribbunga oc iatra " Sigurdi varri saudrleyfð; enn off þykir þat hardr koltr at iatta þeim manni landa- " skipti er eigi er til noregs borinn fyrri burðafakir. Mun nú at þui koma sem " þer ritudad til vor í haufi, herra erkibiskup, er þer kvamot í land, at huarogir " váro annara vinir kórsbræðr oc þer allir samir, at líklast ser um líkir oc saman- " skrida niðingar. Þetta megit þer nú fjylla felagar, enn lva sem þat er, þá skal " gud skipta med oss, oc eigi biskupar. " Id est: *Nobis scripsistis. & mala mimari fuistis, ni cum Ribbungis reconciliari, & Sigurdo patrimonium nostrum redere velle- mus. Dum autem nobis hæc videtur conditio, regni partitionem tali homini spon- dere,*

removerat, humanum se præbuit, sed Magnum Skalholtensum removit, dicamque ei scripsit, ut præsens objecta dilueret, quod ille non imprudenter distulit, nam Anno 1227. 7. Idus Octobris Petrum mors oppressit.

§. IO.

Petro successit *Thoresus*, qui Anno 1229. concilium nationale Cleri Norvegici convocavit, in quo quid actum fuerit, nos latet. Hic Thorsteinum quendam in Islandiam misit, qui ipsius Archiepiscopi nomine, Magno Skalholtensium Episcopo diem dixit, cui ille parens, in Norvegiam transnavigavit, sed priusquam causa cognosceretur, Archiepiscopus Anno 1230. ipso Paschatis festo e vita migravit.

§. II.

In ejus locum subiectus est *Sigurdus* Indridi filius, cognomine *Sim*; vir probus & pacificus, nam in turbulentum valde incidens reipublicæ statum, semper inter Regem & Skulium, jam ad Ducis dignitatem evehutum, reconciliatorem egit; nec unquam ulli pepercit labori, ut pax & quies publica conservaretur. Anno 1232. Magnum Skalholtensum cathedræ restituit, Gudmundum autem Holanum ab officio suspendit, unaque cum aliis ut suo se tribunali sisteret, mandavit. Anno 1238. Sigurdum Thetmari cathedræ Skalholtinæ & Botolphum Holanæ imposuit. Posteaque Anno 1247. Henricum Holensem Episcopum consecravit. Cum sedisset annos 21. ad 2. Nonas Martii, Anno 1252. vitam cum morte commutavit.

§. 12.

Eodem quo Sigurdus obiit anno, *Saurlius* Canonicus Hamærensis Archi-

dere, qui genere nullum jus hereditatis ad Norvegiam habet. Hæcine sunt quæ vobis proximo autumno hæc in regnum venientes, Domine Archiepiscope! scripsisti, nullam scilicet vos, Canonicos, & omnes reliquos, mutua intercedere amicitiam! sed nullus nullum scabit, & corripuit fœd' fragi, quod vos socii jam impletis, quæque autem modo se res habeat, Deus intor nos (regni possessionem) disperdetur, nequam vero Episcopi. Eandem illi inconstantiam objecit ipsius cognatus Erlingus Liোধorn. Cont. Vita Haconis Haconide ad Annum 1226.

Archiepiscopatum adiit, qui antequam Romam relinqueret, duos Episcopos, Petrum Hamarensem, & Richardum Hæbudensem, ordinavit, mortuus Anno 1254. Cal. Maji.

§. 13.

Saurlio *Einarus Smiorbakus*, (qui tum temporis, inusis Parisiensibus militavit) Gunnari Grionbaki, celeberrimi quondam Thrudheimensium Nomophylacis, filius substituitur. Hic quoniam Rege infcio electus esset, & in patriam reversus, ejus conventum declinaret, prudentiores discordiam inter ipsos orituram, timuerunt. Sed brevi ea suspicio evanuit, nam Regi se nunquam opposuit, & tandem inter eum & Magnum Principem, summa coaluit amicitia: Hunc enim Anno 1257, jubente patre, Regem proclamavit. Eodem anno expeditioni Danicæ interfuit, & inter bellantes Danicæ & Norvegicæ Reges, pacem amicitiamque conciliavit. Anno 1261. Magnum Regem cum Principe Danica copulavit, & peractis nuptiis, assistente Rege patre, novos conjuges coronavit. Post mortem Henrici Episcopi Holani, Brandum Jonæ filium elegit, eundemque Anno 1263. una cum Gilberto Episcopo Hamarensi ordinavit. Obiit Anno 1264 (a).

CAP. IV.

*De duobus Cardinalibus Romanis, qui commoda
Ecclesie Islandicæ hoc tempore promoverunt.*

§. I.

Tandem hic sibi locum vindicant duo Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Nicolaus & Vilhelmus. *Nicolaus* fuit natione Anglus, pauperibus natus

(a) Plura de Archiepiscopis Nidarosensibus, qui hac tempestate floruerunt, huc pertinentia non occurrunt. Hæc etiam ad ostendendum qualem quisvis horum ecclesiæ Islandicæ Inspectorum gesserit, sufficere videntur.

er marg's vord ydr áfátt þat er kristnir menn adrir fylgia, oc hafa vittekit, þó at hófuor hafa þyki, oc faga med mikilli virding. Enn of engann hluc lýnist of meira áfátt helldr enn um óhreinlifi manna her, oc kvennafar, er ecki þarf fyri yckr at fkira um, hverfu stadfest bodord er, af guds siálfs munni bodit. Enn þer hafit þat med fvirving first ener ágættu menn, lifat bufiar lifi, rekit ei hífkap ne þat helga famband er ecki má flitna nema kona manns hóri undir hann, oc þó med þeim einum hætti, at hvörtveggia halldi fer frá faurlifi medan þau lifa bædi er famanbyggiaft. Enn med því at höfdingjar hafa flika óhæfu í famvitfku sinni, oc af því treystaft þeir ei hirtingar ord at hafa fyri alþýdu, þá er þar komit. at altra ráð hallaft í einn stad ens meira oc ens minna. So er of kennimanna mál um kappfemd þeirra oc vopnaburd, at þat er úr þeim hætti *sem amara manna mál*, eda þeirra *sem í góðum fidum ero*. Nú giorit þat fyri guds fakir, fyrimunit yckr ei þeirrar gæfku, at um yckar daga mætti nockur umbót leggiaft á ráð manna. Sæll er fá at svo lángra nyt fkyldi vita eftir fína lýflu, *sem þer vifit*, at þer leggit nú hug á, at þer ærlit eyllifiga ydvars starfs, ef um ydar daga fkyldi guds vili meir framgiör vera, eni her til hefer verit, þá væri fo *sem í hvers manns hiálp*, er framleidis væri hólpinn af ydar órádi, væri ydr nyt oc ávöxt. Og ef þer fkulut ydvar

mál

tia colunt, quamvis gravia reputentur. Nullis autem in rebus majores credo defectus istis obtinere, quam in libidinibus & mulierositate, quas, quam stricte ipsius Dei ore prohibita sint, non opus est vobis explanare. Vos autem summi optimates hæc (Dei præcepto) ignominiose neglexistis, vitam brutorum vivitis, nec conjugium, nec sanctum illud vinculum curantes, quod rescindi non potest, nisi uxor meretricata fuerit, & hoc tamen unico illo pacto, ut uterque, dum ambo superstites sunt, a libidinibus abstineant, qui cohabitavere. Cum igitur principes talium nefandorum libi conscii sint, & ideo vulgus castigare non audeant, eo est pervertum, ut unius cuiusque, tam magnatum quam vulgi mores eodem recidant. Eadem de sacerdotibus, quoad horum violentiam & amorum gestationem, ratio est, eorum mores ab aliorum, bene scilicet moratorum vita longe diversi sunt. Dei igitur causa illud vestrum bonum ne renuatis, ut vestris diebus (*incolarum*) morum emendatio fieri queat. Beatus est qui tantum operæ suæ fructum sciverit, (quanto vos in præsentia studio incumbitis, ac si labores illos vestros æternos esse reputetis) ut vestris diebus voluntas dei inagis quam hucusque factum est, perficiatur, salus tunc in plurimos redundabit, qui exin ad meliorem frugem pervenerint, & vestrum erit, ubi viam (deserueritis) perverfam, emolumentum & fructus. Si vestram aut aliorum causam ad meliorem, quam huc usque fuit, frugem redigere cupiatis, vos ipsos primum castigate, & Epi-

mál eda annara til betri hlutar flytia, enn her til hefr verit, þá munut þer fyrst verda at hirta síálfa ydr, oc styrk at veita biskupum ydrum til hegningar undir lýdni, oc giöra nockra skipan á, at sektir se settar til biskupa sóknar um kristnispell, þá hefer hann handfestning til hegningar. Enn þó at þer megut ei af ydr í fyrstu geta þann stirkleik athæfis ydvars, er þurft ydvari gegndi, þa egit þer minni ábyrgd at svara fyrri eina ydr, helldrenn bædi fyrri ydr oc alla adra þá er af ydvari vanrækt fyrirfarast, því at þer erut skylldugir til at draga menn frá órædi, þar sem ydr hefer gud forsiána gestu oc vellði. Nú stirkit þer ráð biskupa, oc setit so fyrnisku ydar, at ei takit þer vid hiálprædi er þer vitod siálfir, Gizor oc Jón, at engi er fyrri því at helldr nýmæli, er her þycki nýtt at heyra, er meir hefer ríkt siálfrædi enn sannindi. Nú giörit nockra þá skipan á móti siandans valldi, med því áliti sem gud mun tilsetia med yckr, oc biskupa áfýn, at gud skipi ydr til þeirra hluta, er bædi megi adrer ydvarra hiálpa niöta, oc so siálfir, á þeirri tíð er allt reynist at hegöma, nema þat eitt er gudi er þjónat. Valete.

Lit. F.

- (f) Eyrikr Erkbiskup sendir qvediu, Þórláki biskupi, lærdum mönnum oc ólærdum, oc allri alþýðu á Íslandi, guds oc sína. Rit Þórláks biskups

Ii 2

& Episcopis vestris ad castigationem in obedientiam opem ferre; atque statutum, de religionis christianæ lætæ actione Episcopis (competente) sancire oportebit, tum in manibus habet castigationem. Sed quamvis tantam initio morum firmitatem non monstretis, quanta opus esset, minori tamen periculo de vobis duntaxat reddi potest ratio, quam & de vobis, & de omnibus aliis, qui vestra ergo fœcordiæ preeunt, alios etenim a vita dissoluta deterrere debetis, cum (in eos) tutelam & potestatem Deus vobis concesserit. Festote igitur opem Episcopis, & ita antiqui temperate tenacitatem, ut salutare consilium recipiatis, quod, vos Jona & Giffure ipsi probe nostis, nullam ideo esse novitatem, quod istic auditu novum fuerit, ubi licentia veritati prevaluit. Jam ergo contra potentiam inimici, secundum rationem quam Deus vobis conferet, & Episcoporum consilium, statutum quoddam sancitote, ut Deus vobis iis adhibeat rebus, quibus & alii vestra fruuntur ope, & vos ipsi, illo tempore, quo omnia vana esse deprehendentur alia, quam quæ Deo præstita sunt. Valete.

- (f) *Id est*: Ericus Archiepiscopus Thorlæo episcopo, clericis & laicis, & toti Islandiæ universitati salutem Dei & suam mittit. Literæ Thorlæci Episcopi, gratis cum verbis, tam

biskups kom til min með þeckiligum ordum, bæði af guds álfu oc so ydvarri. Kvedst hann með voru ráði hafa stutt guds bodord fyrí ydr, oc qvedst ydr hafa vegliga undir tekit, oc fegir ávæni, at guds ord oc dýrd muni fremd taka af vorum tilmála, oc hans framburd, oc ydvarri hlýdni oc góðvilia, oc vili gud at so se, fyrí því at þat má alla ofs draga til eyllifra fagnada, oc unni gud ofs þeirrar giptu, at vor áhyggja oc embætti megi með ydr nockra nyt vinna, hvorumtveggja til saluburfta. Enn'ef nockrer varda vor bodord, edr hanns, fyrí því at heldr til nýmæl, at forn oc onýt sídvenia hvör er her til hefir þeim affkeidis hrundit, oc hafa menn ei þá vidtöku veitta, ne gæflu, sem verdugt væri, þá felli menn þat úr skapi ser, oc se hvat er lát er. og engi mundi vid kristni tekit hafa her ne í ödrum stad, ef engi skyldi vit þa ósidu skiliaft, er fyrnka hellt er foreldrar fagudu. Enn þó at ydr þycki nýmæli, þvát hugar herda oc ódiarft (*forte* ofdiarft) hálfraði hefer her móti gengit vidtöku þessara bodorda, þa mzlum ver þó oc so hann þat eitt vit ydr, er vorit landar hallda, oc láta ser vel líka, oc eigum ver undir einum lögum gudz at búa, oc þau ein bodord höfum ver hönum á hendr fölgit, fram at bera, í hlýdni vid gud, oc í ábyrgd vigflu sinnar vid ofs, gæti hann til ef hann vill, er jafnaldra eru vit kristina menn, oc sídan hafa gengit, at kristni höft

tam a Deo, quam vobis ad me pervenere, in quibus ille meo ex consilio præcepta divina vobis se promulgasse refert, quibus vos apprime respondisse, & verbum dei (ejusque) gloriam, nostris monitis, ejus elocutione, & vestra obtemperacione & benevolentia promotum iri, spem esse asserit, quod ut ita obtineat, favit Deus, cum id omnibus nobis æternum allaturum sit gaudium, quam vobis o! Deus concede felicitatem, ut nostra cura & officium vobiscum, in utriusque nostrum salutem fructum ferant. At si quis nostra vel illius præcepta ideo asperratus fuerit, quod nova sint, & antiqua ac noxia consuetudo huc usque seduxerit, ita ut hæc ex condigno non acceptarint, nec observarint, mente illud excidat, *quæso*, & veritas *firma* remaneat: nemo etenim, nec hic, nec ullibi alias religionem christianam amplexus fuisset, si nemo cacœthes quod antiquitas admirabatur & majores colebant, reliquisset. Quævis autem (*hæc nostra*), eo quod durities animi & temeraria licentia horum præceptorum acceptationi oblectate fuerunt, nova vobis videantur, nos tamen & ille nihil aliud vobis annunciamus, quam quod nosstrates observant & approbant, cum sub communibus Dei legibus (*utrisque*) nobis vivendum sit, & ista tantum præcepta illi (*Thorlaco Episcopo*) sub obedientia Deo debita, & ordinationis suæ dispendio a nobis infringendo, promulganda commendaverimus. Hæc ille (*præcepta*) si (*salutem suam*) discipulorū, observato, sunt enim christiano nomini æqualia, & inde ab illo tempore observata

höfst meðal allra bestu manna með öllum kristnum þjóðum. enda munu ei hiner bestu menn hellst hendi vitdrepa þeim bodordum og síálfra sinna þurftum. Því at því einu midlom ver með ydr, er pápinn hefr til af heilagra manna setningum tekir, enn ver af honum, og vildum ver at þau tæki með ydr eyllífa nyt og gæflu, enn ei þriggia vetra einnra, sem ek íþyr at sumir færi í ord og ætlan, og er betr fallit, at so sem þer vilir eyllífa hialp eftir taka, so setid þer og eyllífa gæflu bodordunum, og eyllífa fætt afbrigdunum, eftir þeirri midlan er biskup leggir til með ydr. Enn gud gefi honum þá áhlýdni og framkvæmd, at hvorum tveggja gegni best.

Lit. G.

(g) Eyríkr Erkebiskup sendir qvediu Brandi biskupi, og Þórláki biskupi, Jóni Lopstýni, og öllum öðrum höfðingjum, biendum og búþegnum, og allri alþýðu á Íslandi, guds og sína. Land vort hefer undir bardaga legit miklum um hridir, og vitum ver vor völd til þess vera, enn ei guds vilia, at hann mundi ofs naudsýnialauft beria, ef ei gengi sakir til. Enn þá er ver biskupar höfum fund vorn haft, og höfum eftir sökum fregit, þá höfum ver þat fundit í, at hvórrirtveggio ero ei með

Ii 3

öllu

observata fuere, a quo religio christiana inter omnium gentium christianarum viros optimos obtinuit; sed his certe præceptis, & propriæ suæ salutis, viri optimi haudquam oblitantur. Hoc enim duntaxat vobis tradimus, quod Papa e decretis sanctorum desumpsit, sed nos ab eo accepimus, quod ut æternam vobiscum observationem & fructum obtineat roremus, non autem trium tantummodo hyemum, ut quosdam præsumere & eloqui certior factus sum; Ast magis est consentaneum, ut cum æternam exinde salutem desideretis, æternam quoque præceptis obedientiam, & æternam, ex Episcopi præscripto, delictorum expiationem præstetis. Deus illi (Episcopo) dexteritatem & successum, utrisque maxime proficuos donet.

(g) *Id est:* Ericus Archiepiscopus Brando Episcopo, & Thoralaco Episcopo, Jonæ Lopstýni filio, & omnibus aliis magnatibus, incolis & colonis, & omni Islandiæ univertitati salutem Dei & suam mittit. Terra nostra aliquantisper admodum afflicta fuit, cujus rei nos maxime in causa esse novimus, non autem Dei voluntatem, cum absque necessitate & reatu nos minime afflixerit. Cum autem nos Episcopi synodum habebamus, & causam sciscitabamur, neutros, nec clericos, nec laicos penitus infontes reperimus, alios quidem temeraria in Deum audacia, alios vero silentio & negligentiâ curæ, quæ clericis caterorum est gerenda. Cum autem laicorum permulti magis ignorantia causarum excommunicationis in gravia prolapsi sint delicta, quam malo, si peri-

öllu saklausir, lærdir oc ólærdir, adrer med ónýtri djörfung á móti gudi, enn adrir med þögn oc órægd þeirrar gæflu, er lærdum mönnum hefer á fólki at hafa. Og med því at fiolldi ólærðra manna qvazst meir med óvitsku í stórmæli hafa fallit um banns mál, helldr enn med illvilia, ef þeir hefdu vitat á finom málum ábyrgd; þá fyre þat færðum ver þat í lýsingar, er ver fáum mesta misferð á, oc gudi er mestr ólömi í, oc letum bann eitir fara, V. biskupar saman, oc ábötur, oc fiolldi kennimanna; oc stendr þat bann so víða, sem vort er ríki, yfir öllum þeim sem til þess gera. Nú er þat eitt mál ef menn brióta kyrkio frid, hvört er þeir taka helgat edr óhelgat, oc grand veita manni innan kyrkio eda kyrkiugards med heiptugri hendi, edr konur taka naugar, edr vinna menn á líkama lærds manns, edr múnks, sem á skránni er, at ver höfum út hingat sendt, oc um allt vort land innan fyrir. Enn ofs minnir at ver höfum sendt út hingat skrá nockura um varnat lærðra manna, oc högværi þá, er þeim biriat at hafa vit fólk, oc vilium ver enn vora náð ábreida, oc þat látum ver fylgia, at þeir menn, er í guds þjónustu hafa bundit sig, oc subdiákn er at vigflu, edr harri, taki ei sóknar mál á hendr ser, þau er med kappi oc vopnum verdr fram at hallda. Enn ef vardar skyldumanni lærds manns, edr fátækum manni, þá giöri kauplaust at veita fullting til rettz, enn hvörgi um fram, oc siá þar til umbuna at gud er. Enn metord þat þer kallit lýflu út her, þá sýnist ofs ei fiarri vera, sem greinafkattr (*reclius greiuafkattr*) á út-

si periculum præcivissent, peccandi proposito, tum quinque simul Episcopi, & Abbates, & permulti sacerdotes, ea in quibus maximos defectus, & in Deum minime decentia, deprehendimus, promulgabamus, & excommunicationem infligebamus, qvæ excommunicatio, tam late ac nostrum patet imperium, omnes premit adversus scientes. Harum causarum una est violatio asyli templorum, sive inde res sacre, sive profane auferantur, sive quis in templo vel intra cæmeterium animo nocendi lædatur, aut etiam raptus feminarum, aut læsio corporis clerici vel monachi, ita ut scriptum habet, quod peregre istorum, & per totam nostram provinciam, missus. Meminimus & nos scriptum olim de observatione clericorum, & moderatione, qua illi cæteros prosequi debent, peregre istorum misisse, sed adhuc nostram adhibere volumus gratiam, cui addimus, viros officio divino obstrictos, & gradu ordinationis sublimiori, vel altiore præditos, actiones vi violenta vel armis persequendas suscipere non debere. Si autem actio fuerit necessarii cujusdam istius clerici, vel hominis inopis, auxilium ad justum, nec amplius, (clericus) ferat, & a Deo (solum) retributionem expectet. De dignitate vero, quam *sýsta* istic appellatis, qvæ nobis haud dissimilis videtur Comitavæ in exteris, & Præfecturæ hic apud nostrates. Cum igitur seculum

á útlöndum, eðr lends manns retrr med ofs. Og med því ei má bæti þjóna fenn veralldar ívasan, oc rettiliga kennimanns nafn bera, oc þá fkyldu inna, er kennimenn ega vit gud at hafa, þá er þat aftekit at hinn fami madr se yferföknarmadr oc kennimadr, oc fyribiódum ver biscopum at vigia þá menn er godord hafa, nema þeir seli upp þat nafn, þangat sem fallit þykir, oc ganga freltir frá ívasan til gudz embættis oc til vigflutoku.

Lit. H.

(h) Þórer Erkibiscop sendir hörmúgar ord oc heilrædi; Arnori Tummasyni, Sigurdi Ormsyni, Þórvaldi Gíllursyni, Jóni Sigmundarsyni, Halli Kleppjárnsyni, Þórvaldi Snorrasyni, Sighvati oc Snorra Sturlusonum. Sannliga þykir ofs at byria bref vort oc eyrindi af hörmúg oc heilrædum, því at so sem ver egom at fagna ydrum fagnadi, so eigum ver at ófagna ydrum ófagnadi: því at fýfla vor oc Petr Postuli fkipa ofs at fagna þeirra fagnadi er sógnud giöra gudi, enn grata hina er vid hann gremiast. Enn estir guds ordum stáls, þá gremst lá vid gud, er vid hans eyrindsreka gremiast, þat er biskupa oc presta. Hann legir sínum postulum: hvor ydr hlýdir hann hlýdir mer, enn hvor ydr er óhlýdinn, hann er mer óhlýdinn.

riam negotiorum cura & nominis sacerdotalis resta ac sacerdotum in Deum debiti officii observatio, simul esse nequeant, abrogatum est, eundem esse & prætorum & sacerdotum. Prohibemus quoque Episcopis, homines præturam habentes ordinare, nisi dignitatem illam, cui libitum foret, antea tradant, & ita a curis (*secularibus*) liberi officium & ministerium divinum adeant.

(h) *Id est:* Thorerus Archiepiscopus mittit tristitia verba & consilia Arnoro Tumæ filio, Sigurdo Ormi filio, Thorvaldo Gílfuri filio, Jónæ Sigmundi filio, Halli Kleppjárni filio, Thorvaldo Snorrónis filio, Sighvato & Snorróni Starke filiis. Contentancum nobis videtur, epistolam, mandataque nostra a tristitia & consiliis ordiri, nam sicut vestra lætitia nos exhilarat, ita etiam vestra tristitia nos contristat. Officium enim nostrum & Petrus Apostolus, ex eorum lætitia, qui Deo lætitiæ faciunt, lætitiæ cupere nobis injungunt, eos autem deplorant & his irasci, qui Deo irascuntur. Sed secundum ipsius Dei verba, is Deo irascitur, qui ipsius legatis, episcopis scilicet & pastoribus, irascitur. Ipse Apostolus dixit: qui vobis obedit, obedit mihi, qui vobis resistit, resistit mihi, qui vos contemnit, contemnit me. Hæc verba ad nos pertinent, nam nostri fuerunt patres, nos autem eorum sumus filii, ut ait Prophetæ. Eandem docemus doctrinam, quam illi docuerunt, certis subsequentiis præmissis, si fideliter insistamus,

óhlyðinn. hvor ydr fyrilítr, hann fyrilítr mig. Sömu ord taka til vor, af því þeir vóru vorir fedr, enn ver þeirra synir, sem próphetinn segir. Þá kenning kennum ver, er þeir letu ofs, með sönnum umbunum ef ver flytium vel, með sönnum gjöldum ef ver flytium illa. Háleitr er vor vandi ef ver þegium, edr heftum ei glæpa þeirra er giör vitum. Þá er týnd sala hins synduga, enn gud heimtur hana af ofs, oc er ólíkr kostur, at falla í nockra grimd við mennina, hve máttugir edr grimmir þeir eru, heldr enn hedan spyrft hörmuligr grimmleíkr oc fátídr, gudi oc öllum guds lögum gagnstæðiligr, er Gudmundi biskupi er veittr, ef so er vöxtr sem margir segia, at ólærdir menn hafi hann fordæmdann, þar sem engir ega dóm á hönum, nema Páfinn, oc ver af Páfa hendi, oc nú fettr af sinu biskups ríki, drepnir af hönum nockrir menn oc prestar. Enn þenna vanda á engi at leysa, nema Páve síálfr. adrir oc í móti teknir. Nú er so komic, at þessi mein verda aldrei flökt med orðsendingum. Vær höfum þess freistat, enn hafa yfirbætur frestast, oc veittr því vanli trúar, okkapp, oc þrályndi þeirra er í illu þrályndast, enn þá er ver leitum við þetta at rannsaka, hvadan þessar sakir rísa, edr hvorier med kappi leita við, heldr at næra þessi mein enn flöckva, þá vísa sumir fokum í einn stad, sumir í annan, oc síáum ver ecki annat heillt í þessu máli, enn biskup sæki á vorn fundi, oc þeir med hönum er her ero ánefndir. Þat biódum ver oc ydr í hlyðni
vid

instamus, & certis pœnis, si male rem gerimus, magnum est nostrum periculum si taceamus, aut non ea arguimus scelera, quæ nobis innotescunt, tunc enim perditur anima peccantis, quam Deus a nobis poscet. Quam multo satius est hominum odium incurrere, quamvis sint potentes & crudeles. De vobis rara & detestanda, Deo & omni divino juri contraria, in Gudmundum Episcopum commissa crudelitas fertur, modo vera sint, quæ multi loquuntur, scilicet, quod læci ipsam condemnaverint, & ab imperio episcopali suspenderit, quosdamque ejus affectas & sacerdotes occiderint, cum nullius jurisdictioni, nisi Pontificis Romani, & ejus loco, nostræ subjectionis sit, quod piaculum nemo, præter solum Papam, condonare potest. In tantum itaque vestra exereverunt pericula, ut internunciis & epistolis tolli minime posse videntur. Id enim sapius, sed frustra tentavimus; nulla autem secuta est pœnitentia, cujus causa est, defectus fidei, temeritas & contumacia eorum, qui in malis consenserunt. Cum enim unde hæc mala proveniant, & quoniam ea temere potius augere quam extirpare conarentur, expiscari vellemus, ille hæc, hic illa causatur. Quapropter hujus mali optimum putamus remedium, ut Episcopus & reliqui, quos nominavimus, coram nobis compareant, id quod nos vobis, sub Dei obedientia, in commodum ecclesiæ, animarum vestrarum salutem, & universi populi emolumentum mandamus,
ut

við guð, heilagri kristni til frelsis, sálum yðar til lausnar, oc öllum lands
lýð til þurfar, at þeir sæki að sumri á vörn fund. Enn ver skulum alla
stund kapp á leggja, at ósátt falli, sátt risi, sálar hiálpist, og lángri fridr-
halldist í landi þessu. Til langra meina mun standa, eftir því sem guð
kennir oss, ef þetta ráð er fyrilitit. Enn þer Arnór, oc þeim öðrum er
þú hefer yfirguds eign oc biskups stól setta, þá bióðum ver þeim fastliga
af guds álflu, í hiýdni, at fá hönum so mikit af stadaris fe, sem hann
megi samiliga utanfara, so hverki kenni hann hneyfu í utanferd edr apr-
hvarfi. Enn ef þer afrækit þetta vort bod, þá eykst yðar vandi marg-
falldliga.

Lit. I.

(i) Vilhjálmr Sabinensis (med guðz miskunn) biskup legatus oc cardinali
páualigs sætis (valldz). sendir auðllum maunnum þeim sem þetta
bref síá edr heyra í noregs kóngs ríki. heilsta oc hamingiu í nafni Jesu
christi. þá er vier skildum oc sláum opinberligar nauder oc naudsýniar
fólksins í noregi. þá iátudum vier oc leyfdum eftir bænar stad gauflugis
herra hákonar kóngs oc annara góðra manna. Þessa hluti. Silld skal taka
í leyfe

ut proximaestate vos nobis sistatis. Nos autem ut discordia extirpetur, concordia
coalescat, animæ salventur, & longa pax in regione vestra stabiliatur, bono cum Dei
auxilio, serio fore allaboraturos sancte promittimus. Magnum certe malum patria
vestra erit expertura, si consilium hoc contemptui habebitur. Tibi autem Arnore,
iisque quibus Dei peculium & sedem episcopalem commisit, Dei nomine, & sub
obedientia, severe mandamus, ut Episcopo ex sedis episcopalis preventibus tantum
pecunie tradas & numeres, quantum, ad citro retroque decenter commendandum
opus habet, quod nostrum mandatum si contemneris, vestrum periculum multum
augebitur.

(i) *Id est:* Vilhelmus Sabinensis, (Dei gratia) Episcopus, Legatus & Cardinalis sedis (im-
perii) Pontificiæ, omnibus in regno Norvegiæ has literas visuris & auditoris salutem
& felicitatem in nomine Jesu Christi mittit. Cum publicam miseriam & necessitatem
populi Norvegiæ vidimus & perpeximus, rogatu nobilis Domini Haqvini Regis &
aliorum bonorum virorum sequentia approbavimus & permisimus: Hæc, sive festis,
sive profestis diebus occasio sit, licite capiatur. Fœnum, frumentum & omnis gene-
ris fruges cogente necessitate, qualicunqve itidem die recondetur, episcopus vero
necessi-

í leyfe hvort fem hún geingr at á helgum daugum edr sýknum. Hevi oc korni oc alzkonar sáde skal biarga med sama hætti hvat degi sem er ef naudsyn krefr. en biskup skal naudsyniar miskunfámiliga meta. svo oc ef nockr kirkia verþr persónu laus edr fie (prestz) laus. Þá skal biskup ei taka skyldr hennar edr tíunder, edr aunnr faung til sín snúa. oc þad fyrirbióðum vier hverium manni. Enn rádz mann oc ræktar skal hann fyrir fetia. þann er gæti oc geyme trúliga þeim til handa er til kann at koma, edr sialfri kirkíunne til handa. Hinn síorða hlut tíunder sem kirkíunne er einkadr (einkannadr) þá skal fyrir henni hvergi skerda. hvorki til veizlu upphalldz sier edr annara hluta. hvat sem hier til hefer verit. Eingi biskup skal ok dirfa sik þess. at leggja undir sik edr sinn staþ ódul edr eignar kirknanna (edr þar frá annari til annarar). oc þar sem þat kann giorast edr hefir giort verit. þá skolo eignar kirknanna til þeirra apter gánga. oc þat allt uppgjaldazt er þar hefer verit af tekir. fyrir utan þat er biskup hefer tillagt húsa umbóta eignarinnar (hennar umbóta eignarnar. oc þó med því móti hann síai henni adra nytfámiliga hluti). Kann oc kirkia nidr at falla. þá skulu eignir þær er kirkian átti leggiast til þeirra kirkna sem næstar eru oc sárækastar at upphalldiz eftir biskups rápe oc annara góðra manna. Enn alla þessa hluti skipudum vier af því valldi sem gud oc (vor) heri Páfvinngaf ofs. oc vilium vier oc bióðum at hver madr hafe oc halde alla

necessitatem clementer censent. Si & templum persona vel pecunia (sacerdote) orbetur, ejus reditus vel decimas episcopus ne depercatetur, aut alia ejus bona sibi vindicet, quod cuiusque etiam prohibemus; Dispensatorem vero & curatorem (episcopus) ei præficiat, qui omnes accessiones illis vel templo cedendas fideliter contineat & custodiat; quarta vero decimarum pars templo specialiter dicata, nullo modo imminuetur, neque in hospitalitatis sibi (episcopo) præstandæ, nec aliorum rerum gratiam, quicquid huc usque (hac de re) obtinuerit. Nullus præterea episcopus præbendas, prædia vel bona ecclesiarum sibi vindicare (vel ab una ad aliam transferre) sustineat, quod si alicubi obtineat, aut obtinuerit, bona ecclesiarum iis postliminio redantur, & omnia quæ inde demta sunt, rependantur, exceptis iis quæ episcopus erogavit in prædiorum ejus ædificia reparanda (prædia templi in meliorem statum redigenda, & hoc eo solummodo pacto, ut de aliis ei rebus utilis prospiciat). Si & templum intercidat, ejus bona templis proximis & maxime egenis in sustentationem, ex episcopi & aliorum bonorum virorum consilio, cedant. Hac autem omnia potestate a Deo & domino (nostro) Papa nobis concessa mandavimus, quæ cuncta, ut omnes & singuli per avum & ætatem stricte observent, volumus & præcipimus, si quis autem contra facere audeat, verè inobediens in Dominum Papam (Deum) & nos

alla þessa hluti eftir vorri skipan um alldr oc æfi obrigdiliga. Enn fá sem dirfize þessu í móti at gánga þá er fannliga í óhlýdni vit herra páfvann (gud) oc ofs. Þetta brief var giort oc gefit í björguín níu (ellefu) nóttum fyrir (epter) Egidius (messu) á fimta áre páfvadóms vors herra páfans Innocencii quartí.

Lit. K.

(k) Innocencius Páfvi þjón þjóna gudz sendir virduligum brædrum sínum Sygurdi nidarófs erchibiskupi oc aullum hanns lýdbiscupum. qvediu gudz oc sína postuliga blezan. Almáttigr gud heims oc himins herra hefer ofs med sinni heilagri forsió um fram verdleika vora lien sitt í hendr feingit hier á iardríki: oc skipat ofs yfer allan lýd kristinna manna. Enn vor virduligr bróder Vilhjálmr Sabinensis biskup legatus pávaligs sætis. Er vier sendum til ydar. þá vard hann þefs vis epter því sem kiært var fyrer honom: at allr lýdr í noregs kóngs ríke hafdi optliga naud oc skylldu af því. at laugbók þeirra býdr svo freckliga: at hallda helga daga. at eingi skyldi líkn. edr lína. hvat naudsyn er á hendr kunne koma. oc reynde hann oc fá á síalfr. þá er hann var í ydru landi staddr. Enn af því at allr

Kk 2

lýdr

nos (*crimen incurrit*). Literæ hæ datæ sunt Bergis novem (undecim) noctibus ante (post) festum Egidii, anno quinto pontificatus Domini nostri Papæ Innocentii Quartii.

Præcedens Constitutio hic exhibetur ex Codice membranæ Collectionis Magnæ in Bibliotheca Universitatis Havniensis sub No. 139. in Quarto, collata cum alia Membrana sub No. 156, sed variantes ex hac lectione circinibus includuntur. Confirmatio mox sequens sub Lit. K. ex eodem Codice No. 139. exscripta est, qui Codex exæunte seculo decimo quarto scriptus esse videtur.

(k) *Id est:* Innocentius Papa servus servorum Dei, reverendis suis fratribus Sigurdo Nidarohensi Archiepiscopo, & omnibus ejus Suffraganeis, salutem Dei & suam, & Apostolicam benedictionem mittit. Omnipotens Deus cæli & soli Dominus, sanctæ suæ providentiæ, præter nostrum meritum, suum hic in terra imperium nobis commisit, & nos omni christianorum universitati præfecit. Sed venerandus noster frater Vilhelmus Sabinensis Episcopus, Legatus sedis Pontificiæ, quem ad vos misimus, secundum id quod (*multi*) coram illo querebantur, rescivit, omnem Norvegiæ Regis ditionem sæpe miseria & necessitate premi, eoquod Codex legum illorum observationem dierum festorum tam stricte injungat, ut nulla, quantacunque acciderit necessitas, mitigatio vel relaxatio obtineret, quod & ipse, dum in vestra præfens erat provincia, expertus

Jýdr bad hann at hann skyldi nokkura líkn edr lausn á gjöra um heilagra daga halld. Þá leyfði hann oc stadfesti með ydar samþykkt. at ef virka daga má ei vinna fyrir faker veðráttu yondrar. þá skyldu menn í gudz leyfi oc heilagrar kirkiu sílld at taka heyi sínu hialpa oc korni. oc audrum búfaungum. oc aullu aldini á helgum daugum festalaust. þó at laug oc landzins vane hafi hier til í móti stadit. hann giordi oc naudsfynliga fkipan oc hagliga. bædi um kirkiu tiunder oc hennar eignar. rentr oc skylldr. biódandi oc enn fyrerbiódandi af páfaligu valldi er vier feingum haunum. at fkipa þat er lýdnum væri gagn í. biódandi rettinde. enn fyrerbiódande ránginde. þau er hann sánn í landinu. eftir því sem hans bref þar um gior votta. er hann giordi oc gaf allri þiód til þurfta oc hugganar. Oc nú með því at vier viljum oc eigum at vorkynna. oc verduliga líkn at veita. naudum oc naudsfynium allra kristinna manna. oc fkipa með faudurligri ástfemd. at skadalaus sie hvervetna heilog kirkia oc hennar retrr óskaddr. þá stirkjum vier með faudrligri ástfemd oc páfaligu valldi allt þat sem hann giordi oc gaf. lofadi oc leyfði skylldugum. oc skynfeligum. oc stadfestum með þessu voru bressi alla þa hlute óbrigduliga. Enn um heilagra daga leyfi gjörum vier þessa grein. at þat leyfi skal hafa oc hallda sem naudsyn stendr til. oc nytfemd er í. oc þó hinar starrtu hátíder undanteknar. Enn nú fyrerbiódum vier at brióta þetta hann


leyfi

expertus est & vidit. Cum autem totus eam populus, ut observationis dierum festorum mitigationem vel remissionem fanciret, rogavit, tum vestro consensu permittit & sanxit, ut si profectis diebus propter injuriam aeris laboribus vacare non sit possibile, venia Dei & sanctae ecclesiae haec capere, fanum & frumentum, & vitæ necessaria, ac omnes fruges, impune diebus festis, conservare, licitum fore, quamvis leges & consuetudo terræ hucusque obsuerint. Necessarium quoque & utilem tam de templorum decimis, quam eorum possessionibus, redditibus & accessionibus, ex potestate Pontificia, quam illi, ut quod populo utile esset ordinaret, concessimus, dispositionem præcipiens & prohibens sancivit, justitiam præcipiens, at injustitiam prohibens, quam in terra deprehendit, ut Constitutio ejus, quam in totius populi indigentiam (sublevandam) & solatium tulit & sanxit, fusius testatur. Cum itaque miseris & indigentiae hominum christianorum misereri, & convenientem concedere mitigationem, atque amore paterno ita ordinare nos deceat, ut sancta ecclesia ejusque jus illisum conservetur, tum amore paterno, & potestate Pontificia, omnia quæ juste & rationabiliter sanxit, dedit, permittit & concessit, stabilimus, & hac nostra bulla in omnibus irrefragabiliter confirmamus. Sed de festorum dierum indulgentia hunc

præcipi-

leyfi oc skipan. edr í móti at standa voru stadfestingar brefi med ofmikilli ofdirfd. En ef nöckr dirfiz þetta at giora med sinu ofvæse oc ofbelldi. Já vite hann víst at hann skal stórmælum sæta oc gudz reide. oc hins heilaga petrs oc páls. oc allra gudz heilagra manna á sik taka. Þetta bref var giort oc gefir í leons borg. mariumessu aptan hinn fidara. á siaunda áre vors páfvadóms.

precipimus articulum, eam tantum indulgentiam concedi, quam necessitas urget & quæ utilitatem adfert, exceptis tamen festis summa sanctitatis. Præterea hanc ejus indulgentiam & constitutionem violare, aut nimia temeritate nostræ huic Confirmationi resistere, prohibemus; Quod si quis temere vel violenter facere sustinerit, graves certe pœnas incurret, & Dei & sancti Petri & Pauli, & omnium Dei Sanctorum iram in se excitabit. Datæ sunt hæc literæ & conscriptæ in Castro Leonino pridie festum beate Virginis posterius, anno pontificatus nostri septimo.



SECTIO III.

De Episcopis Skalholtensibus.

CAP. I.

De Isleifo, primo totius Islandiæ Episcopo.

§. I.

Islandia a recepto christianismo, ultra quinquaginta annos propriis & genuinis episcopis caruere. Hac igitur tempestate, unoquoque, quod ipsi placebat, faciente, prudentiores, ne recens & nuper plantata religio christiana penitus excinderetur, barbaries vero & gentilismus denuo introducerentur, non sine causa timentes, Isleifo Gissuri filio Islandorum tum temporis generis nobilitate, vitæ integritate, & eruditione facile primo, episcopalem dignitatem obtulerunt, ipsumque unanimi consensu ad id muneris electum, ut Romani Pontificis consensum acquisiturus & episcopalem consecrationem accepturus, ad exteros abiret, exorant (a).

§. 2.

- (a) Patrem habuit Gissurum, cognomento Album, cujus supra sæpius non sine encomio mentio facta est; Avum vero paternum Teitum Ketilbörni filium, qui primus villam Skalholtensem ædificavit, locumque ex vili stabulo & mapaliis, in nobile prædium transmigravit. Uxorem habuit Teitus Olufam Bodvari filiam. Bodvarus vero fuit frater Erici, patris Astridæ, matris Olai Tryggvini, celeberrimi Norvegiæ Regis. Conf. *Landnæma* pag. 175. Mater vero Ketilbörni fuit Aísa Haconis Griotgardini, celebris in Norvegia quondam Comitissæ filia. Mater vero Isleifi fuit soror Skapti Nomophylacis, qui inter suos majores Kiarvalum Hiberniz Regulum numerabat, (ibidem pag. 172.) unde ex nobilissimo stemmate Isleifum oriundum fuisse sat superque constat. Quæ corporis animique dotes, fertur fuisse formosus, decens, sacundus, justus, plus, largus, licet nunquam esset pecuniosus. Hinc Jonas Ögmundi, Holensis Episcopus, quotiescunque ejus mentionem fecit, aut ab aliis factam audivit, dicere solebat: *Isleifus omnium hominum formosissimus, sacundissimus, optimusque est.* Regerente vero quodam neminem jam Isleif mentionem fecisse, respondebat: *Ejus semper inter optimos mentio facienda est.* Conferantur *Hungurvaka* & *Vita Jonæ Ögmundini*.

§. 2.

Hunc, cui Anno 1006. nasci contigerat, pater, quam primum per ætatem licuit, secum (a) ad externos abduxit, & pie cuidam Abbatiæ Erfordiæ in Saxoniam, vel Westphalia potius, educandum & erudendum tradidit. Hic diu bonis literis & artibus sedulo operam navans, patriam non prius, quam adultus & sacerdotio initiatus revisit. Uxore deinde ducta, Skalholtum, prædium paternum, inhabitavit, ibique schola quælibet aperta, non paucos optimatum filios erudiendos accepit, quorum postea multi viri piissimi & patriæ utiles evaserunt. Duo autem, *Kolus* Osloënsis in Norvegia (b), & *Jonas Ogmundi* Holensis in Islandia Episcopi olim facti sunt.

§. 3.

Quingagesimum annum cum ageret, communibus popularium suffragiis totius Islandiæ Episcopus eligitur. Horum desideriis licet primo obniteretur, probe cernens, quantum laborem, molestiam & curam venerabile hoc officium secum ferret, quamque arduum foret & difficile barbarum & petulantem populum in ordine continere; Tandem tamen parentis in promovenda & stibilienda religione exemplum secutus, cessit, oblatumque aut obtrusum potius onus ferendum suscepit. Sed hæc excusatione seu cunctatione effecisse videtur, ut communi consensu sancitum & in leges relatum fuerit, ut *jus seculare* id est civile *juri divino* seu ecclesiastico *semper & ubique postea cedere deberet*; quod statutum non parum auctoritatis episcopis eorumque jurisdictioni adiciebat (c).

§. 4.

(a) *Hist. Christiana.* cap. 12. & *Crymog.* pag. 105. afferunt Gissurum filium Illeifum Eskordiam ablegasse; Sed *Hungarvaka* ipsum Gissurum cum eo profectum fuisse. Perinde autem est utrum hæc in re statuatur.

(b) *Kolus* hic Illeifi cognatus, quem nostri Annales Vikensium in Norvegia Episcopum exstitisse ferunt, videtur esse *Kallr*, *Kald*, vel *Carolus*, quem *UNDALINUS* quantum in catalogo Episcoporum Osloënsium numerat vid. *Descr. Norv.* pag. 33.

(c) Meminit hujus statuti *ARNGRIMUS Crymog.* pag. 110. alibi que, idque ad Annum 1050. refert. Sed *Jus Ecclesiasticum*, quod habemus manuscriptum, in margine habet a viro docto (sen or ayuu) annotatum, factum hoc esse anno 1053. Vid. supra Sect. 1. cap. 1. §. 12 pag. 133.

§. 4.

Patriam itaque, circa Annum 1055. Romam petiturus reliquit. Germaniam transiens; Imperatorem Henricum Nigrum convenit, ipsique album ex Grönlandia advectum ursum dono dedit, quem Imperator literis commendatitiis, gratuitoque per totum imperium concessio hospitio remuneravit. Salutato deinde Pontifice Romano (a), a quo blande exceptus & collaudatus, ad Adalbertum Bremensem Archiepiscopum ordinandus remittitur (b). Sequentem annum Isleifus in Norvegia transegit, tandemque Anno 1057. in Islandiam reversus Skalholti sedem fixit (c).

§. 5.

- (a) *Scheda* cap. 9. Isleifum ad episcopatum pervenisse, sedente Leone assertunt, sed insigni errore; Nam Leo Septimus Anno 939. obiit, teste *BARONIO*, cuiusque magno numero. Propius ad veritatem accedit *Histor. Christian.* dicens id factum sedente Leone Nonno; Sed non tamen, ut puto, rem acu tetigit; nam hic Anno 1054. 19 Aprilis obdormivit, successorem nactus Victorem Secundum, cuius Pontificatus Anno primo, id est: 1055. Islandiam Isleifus reliquit, secundo autem seu 1056. Romam venit. Sed res, ni fallor, in vado erit, si statuamus mendum, in *Schedas* irreplisse, & pro VII. legendum esse IX. & mentem utriusque auctoris *Sched.* & *Histor. Christ.* esse: de electione Isleifi in Islandia captum esse agi, sedente adhuc Leone Nonno; id quod non in momento, seu unis comitiis dictum, simul factumque esse, sed pluribus annis de re tam magni momenti consultatum fuisse valde probabile est, Conf. supra Sect. 1. cap. 2. §. 7. pag. 195.
- (b) *Hungurvaka* dicit Isleifum, ita iubente Pontifice, ipso Pentecostes festo ordinatum fuisse; eadem etiam vult Isleifum in patriam ætate qua consecratus fuit, 2. 1056. reversum esse. Sed nos *ARIUM* & *Hist. Christ.* sequentes, id in Annum 1057. rejicimus. Conf. *ARNGRIMI Crymog.* pag. 106. & *PONTANI Rer. Dan.* lib. 5.
- (c) Notanda hic veniunt *ADAMI BREMENSIS* verba de Alberto Archiepiscopo & Islandis ita scribentis: *De quibus nosler Metropolitanus immensas Deo gratias retulit, quod suo tempore converterentur, licet ante susceptam fidem, naturali quadam lege, non adeo discordarent a nostra religione. Itaque petentibus illis, ordinavit quendam sanctissimum virum Islefb, qui ab eadem regione missus ad Pontificem aliquamdiu apud illum retentus est, cum ingenti prorsus honore, discens interea, quibus noviter conversos ad Christum populos salubriter posset informare.* Hactenus ille. Vid. quæ supra ad Sect. 2. cap. 1. §. 5. notavimus, quibus jam addimus, videri Albertum Deo gratias egisse, non tam de Islandorum ad Deum conversione, quæ dudum facta erat, quam quod suo tempore Episcopum petierunt; quod ei de eorum a se aut suo ministerio facta conversione falsæ gloriationis aniam præbuit.

§. 5.

Primo statim officii anno dirissima fames incidebat, quæ multos mortalium misere sustulit; Ad hanc avertendam, & commeritam Numinis iram mitigandam, in comitiis generalibus multitudini auctor fuit, ut per proxime sequens triennium, dies certus precibus, jejuniis & pœnitentiæ dicaretur. Et quoniam factis hoc voto, communis conditio in melius mutata cœpit, anno sequenti, ut hoc pietatis exercitium perenne esset, eiq; ipsæ Nonæ Januarii assignarentur, in leges referri curavit (a).

§. 6.

In officii administratione multas pertulit molestias. Nam non solum cum populo durò & barbaro nuper sine ulla informatione aut veram mentis mutatione, ore tantum & superficie tenus converso, ipsi plerumque res fuit (b); Sed extranei etiam episcopi, aut episcopalem dignitatem jactantes, qui multo mitiora & malis gratiora docebant, viamque salutis non angustam sed latam monstrabant, ei quasi fudes in oculis fuerant (c). Domi præterea ei semper res angusta fuit; nulli enim hoc tempore reditus designati Episcopis, & ne decimis quidem eorum officio provisum

-
- (a) *Hungurvaka* cum hac in re Erfordensium exemplum secutum esse vult, qui in simili casu simile quid tentarint; Hæc etiam *Iseiso* donum miraculorum adscribit, ut mentis captorum restitutionem, potionis venenatæ sanationem, aliasque.
- (b) Quam male morati quidam nostratum tunc temporis fuerint, inde liquet, quod *Nomophylax* quidam, *Iseiso* synchronus, cujus officium erat aliorum refrigare libidines, subditisque bonis exemplis præluere, ipse primo matrem, deinde filiam in matrimonio habuerit; *Nomophylaces* autem *Iseisi* synchroni fuerunt: *Gellerus* *Bolverki* annis 9. *Gunnarus Sapiens* 3. *Kolbeinus Flofi* 6. *Gellerus* iterum 3. *Gunnarus* iterum 1. *Sighvatus Surti* 8. Quem autem horum *Hungurvaka* nefandi hujus incestus, infimulet, dictu non est facile. Sunt, qui *Gellerum* indignitari putant, idque in priori officio.
- (c) *Legenda* quæ de his notavimus Per. I. cap. II. pag. 86. Per. 2. Sect. 2. cap. I. §. 4. Hic itaque actum agere nolumus; id saltem monendum, horum quosdam ante episcopatum *Iseisi* huc venisse, quosdam vero ipso sedente. Quosdam eorum viros bonos & ecclesiæ utiles fuisse, quosdam vero secus.

provisum fuit. Patrimonium autem studiis & peregrinationibus in patriæ usum & ecclesiæ emolumentum susceptis impenderat, & valde imminuerat.

§. 7.

Sed hoc non obstante, ecclesiæ perutilem operam navavit. Nam non ipse tantum pietate & eruditione claruit (a), sed multos etiam alios in vario pietatis & eruditionis genere instruit & promovit. Ex ejus enim schola non pauci pii pariter ac docti viri prodierunt, qui ipsius exemplo Galliam, Germaniam, aliasque regiones, majoris acquirendæ eruditionis gratia frequentarunt (b). Certum itaque est, Isleisum omnium primum literas & eruditionem Islandiæ intulisse. Num autem ipse annales & historiam scripserit, valde incertum: quod si unquam fecit, dudum ejus opera perditata sunt (c). Plura ejus gesta in luce non versantur, scriptorum magis

- (a) *Hångurvaca*: " Isleifi var vænn madr að áliti, og vinnfell við alþýðu, og alla æfi ritt. " látr og ráðvandr, gjöfull og gödgiarn, enn aldrei audigr. " Id est: *Isleifus vir erat forma venustæ, popularis, semper justus & vita integer, liberalis & benevolus, nunquam autem opulentus.*
- (b) Quales fuerunt Haukdalenses ipsius, & Oddenses, Sæmundi Polyhistoris, postea, aliique, quorum subinde in dicendis mentio fiet.
- (c) Isleisum primum inter Islandos, historiæ aut annalium scriptorem statuit viri doctissimi. *UNDALINUS Descript. Norv. pag. 157. ARNGRIMUS Spec. Islandiæ pag. 79. BIORNUS de Skardsa, quæ & ex parte ipse TORFÆUS, tam in Serie quam Hist. Norv. Prolegomenis, aliique; Sed ut iis assentiam a me non possum impetrare; obstant enim antiquissimi & clarissimi Auctoris SNORRONUS STURLÆI verba in Pref. ad Chron. Norveg. ita scribentis: Presbyter Arius Polyhistor, primus omnium Islandorum Historias antiquas & novas lingua Norvegica scripsit &c. Et iterum in vita Olai Crassi: Arius Presbyter Thorgisli filius hanc historiam primum conscripsit &c. Si jam ARIUS ut affirmat SNORRO, primus omnium Historiam Olai Sancti aliasque novas & antiquas lingua Norvegica conscripsit, quomodo Isleisus, ut asserit *UNDALINUS* l. c., & qui eum sequuntur, Haraldus Pulchricomi ejusque successorum historiam, usque ad Magnum Olai Sancti filium, contexere potuit? Præterea ARIUS, auctor candidus, nunquam mentionem facit Isleisianæ historiæ, quod, ni fallor, argumento est, eam nunquam existisse; necum faciunt Celeberr. *WORMIUS* in Pref. ad *chron. Undalini*, ut & ipse *UNDALINUS*, sui aut oblitus, aut parum confians. Conf. *chron. Norv. pag. 284.* Sed licet Annales Islandorum, aut Historia Norvegica Isleisum auctorem non agnoscant, nimis tamen iniquum & temerarium est,*

BIORNI

magis inopia, quam quod mandari possit litteris, exstaret nihil. Fabulas enim & incertas traditiones consulto omittimus (a). Tandem Thingval-
lis, sacris operans, tam violento morbi genere capitur, ut ea perficere
nequiret, unde Skalholtum devectus, 3 Cal. Julii, Anno ætat. 74. officii
24. Christi 1080. placide obdormivit.

CAP. II.

*De Gissuro Isleifi filio, secundo totius Islandiæ**Episcopo.*

§. I.

Optimo patri haud degener filius Gissurus successit, qui positus domi
primis litterarum fundamentis, Erfordam ad maturitatem in studiis
æquirendam, a parente oblegatur, unde sacris initiatus, in patriam re-
versus, uxorem duxit, prædiumque Hof in tractu Vopnæsifjörð, quoad
pater in vivis fuit, inhabitavit; quo tempore peregrinationibus sæpius
susceptis, plurimas urbes, regionesque invisit (b), semelque una cum
uxore Romam profectus est.

L 1 2

§. 2.

BIORNI STURJÆI, Gudbrandi Høleñsis Episcopi encomiastæ de Isleifo judicium,
in *Panegyrico*, Gudbrando circa Annum 1620. *dicto*, ubi Isleifum ut idiotem & rudem
traducit, quo nihil aliud, quam ut suam aut invidiam aut inscitiam proderet, effecit.

- (a) Emortualem Isleifi, *Schedæ* cap. 9. faciunt diem dominicam, sextiduo post Petri & Pauli.
Similiter omnes antiquiores, ut *Historia Christi. Hungarvaca & Vita Jone Ögmund.*
ARNGRIMUS vero in *Comm. de Islandiæ* habet 4. calend. Julii, sed quibus nixus
rationibus, nescio.
- (b) *Hungarvaca*: " Gissur var mikill madr vexti, biarteygdr oc nockut opineygdr, tígug-
" ligr í yfirbragdi oc allra manna gödgiarnaste, ramr at afli oc forvitri. Gissur
" var algjör at ser um flesta hluti þá er karlmadr átti ad ser at hafa. Hann var
" farmadr mikill hinn fyrri lut zfi sumar meðan Isleifr lifdi. oc var jafnan mikills
" metinn hvar hann kom, oc var þá tignum mönnum á hendi er hann var utan-
" lands. Haralldr Kóngur Sigurdarlon var þá Kóngur í Norege, oc mælti þeim ord-
" um vid Gissur, at hann quæð so áyuaft til, at hann mundi best tilfallinn at þera
" hvert

§. 2.

Cum pater obiret, Gissurus in Islandia præfens non fuit; sed reverens, audito parentis obitu, non in terram descendere, multominus comitia, quæ tum habebantur, episcopatum refugendi studio, adire voluit, donec Gutthormum quendam Finnolfi filium, Episcopum a popularibus designatum esse novit. Hic autem quam primum Gissurus sui copiam fecit, oblatum munus constanter recusavit, palam professus, Gissurum omnium conterraneorum hoc honore dignissimum & officio maxime parem esse (a); quo factum est, ut ad id fulciendum a civibus tantum non invitatus adigeretur; facto antea, Gissuro id exigente, voto, se in omnibus, quæ ex legum divinarum præscripto, iis præciperet, obsequuturos. Hinc ordinationem accepturus peregre abiit; sed Germaniam intrans, Liemarum, nobis Leimarum Archiepiscopum Bremensem a Papa excommunicatum audivit (b); quapropter altera vice ad salutandum Gregorium Septimum Romam petere necessum duxit, qui eum ad Hardevicum Magdeburgensem Archiepiscopum remisit (c). Hic ipsum, ætate quadragesimum, Anno 1082. pridie nonas Septembr. totius Islandiæ Episcopum ordinavit (d).

§. 3.

" hveet tignarnafn er hann henti. " *Id est: Gissurus vir erat statura magna, oculis lucidis & aliquantulum patulis, vultu angusto, omnium benevolentissimus, viribus robustus, sapientia præpollens. Gissurus quoad plurima, quæ virum ornant, perfectus erat. Priori ætatis parte, quoad Isaacus vixit, longe lateque peregrinabatur, ubi cumque constitutus erat, magui aestimabatur, & peregre agens in virorum Principum familiaria visitabat. Rex Haraldus filius Sigurdi, tunc temporis Norvegia Rex, Gissurum talibus allocutus est verbis; quicumque scilicet ei dignitatis gradus obtigeris, et illum perfecte parem fore videri.*

- (a) Huic naturæ plurius corporis animique dotes concesserat; fuit enim robustus, procerus, sed decentis staturæ, doctus, pius, benignus. De ipso tale fertur Haraldus Norvegiæ Regis iudicium: *Gissurum ad tria aptum esse, scilicet ut vel Regem, Ducem, vel Episcopum egeret; Sed ad ultimum aptissimum, idque futurum; quæ in re non vanus fuit vates, Hingnirvaka in vita Gissuri. Vido supra §. 1. not. (b).*
- (b) Leimarus partes Henrici VI. Imperatoris sequens, Gregorii septimi offensas incurrit, a quo excommunicatus fuit.
- (c) Conf. supra Sect. 2. cap. 1. §. 5. pag. 222.
- (d) Gissurus sequentem hyemem partim in Dania, cum Canuto Sancto, partim in Gothia

§. 3.

Giffurum Anno 1083. in patriam reducem, cives honoratissime, & quasi angelum de cælo exceperunt, qui honor cum summo obsequio & amore ipsi ad finem vitæ duravit. Et sane mira ejus auctoritas apud novitos christianos, homines effrænos, nullisque antea, tributis aut pensionum erogationibus assuetos, inde apparet, quod leges de decimis, primus omnium, nemine refragante, per Marcum Skeggonis tunc temporis Nomophylacem ferri curaverit (a). Hæc Constitutio ad hunc usque diem apud nos vim legis obtinet, exque ejus præscripto decimas solvendi ratio viget. Primis episcopatus annis dimidium tantum fundi Skalholtenfis possedit; mater enim Dalla, reliquum quoad vixit, retinuit. Ea autem defuncta totum fundum publico donavit, sedemque episcopalem, quæ ad Islandia habitaretur, & christianam religionem profiteretur, Skalholti mansuram lege caveri fecit (b). Antea enim cathedra nulli certo loco affixa fuit.

LI 3

§. 4.

transiit, ibique ab incolis Gistodus fuit appellatus, ut ipse postea retulit. *Sched.* cap. 10. vid. supra Sect. 1. cap. 2. §. 6. pag. 195.

- (a) Hæc de re ita loquitur *ARIUS Sched.* cap. 10. *Giffurus ita omnium popularium amorem sibi conciliarit, ut nemo nostratiam pariter unquam deperiretur: Nam tam ex amore in ipsum, quam svasu Sæmundi & Marci Nomophylacis, in leges relatum fuit, ut universi incolæ numerum possessionum tam mobilium quam immobilium inirent, easque certo pretio estimarent, præstato etiam juramento, justam bonamque estimationem esse, indeque decimas solverent. Et paulo post: quæ res maximo est documento, quantum obsequium huic viro populares exhibuerint, quod, ut omnia bona in Islandia jurejurando estimarentur, decimæque inde solverentur, nequidem ipsa terra excepta, efflere valuerit, quæ etiam ita statutum quousque Islandia incoleteretur, lege sanciri curavit: Factum hoc est, ut habet ipsa Constitutio, anno episcopatus 16. qui incidit in annum salutis 1098. Conf. supra Sect. 1. cap. 1. §. 11.*
- (b) Doctissimus *ARNGRIMUS Crymog.* pag. 106. de Illeiso Giffuri parente scribit: *Reverfus in patriam 1077. cathedram episcopalem in prædio suo urbano & arvo Skalbolta in Islandia meridionali sibi fundavit. Quem & quidam recentiorum sequuntur. Sed contradicunt, ARIUS, auctor Giffuro coætanæ, Sched. cap. 10, & Hungurcata in vita Giffuri; quorum auctoritas nobis (quod pace magni viri dictum volo) potior est.*

§. 4.

Templum Skalholtense, quam antea fuit, augustius extruxit, vestibusque ornatum pretiosissimis, adjectis etiam aliis, tam inobilibus, quam immobilibus bonis, Divo Petro dedicavit, quo suo in sacros piosque usus munificentiam exemplo, alios ad idem faciendum induxit (a). Inde templis & sacerdotibus, quibus nulli antea stati reditus, & ne decimarum quidem assignatarum fuerunt. sed vel summa egestate laborandum, vel precario & ex civium misericordia vivendum fuit, non parum lucri & emolumentum natum est.

§. 5.

Tempore Gisluri studia & litterae efflorescere ceperunt, quibus plerique Procerum non tantum graviter operati fuere, sed sacerdotio fungi, aut sacro ordini nomen dare, summo sibi honori duxerunt (b). Proinata pietate, & eximia, qua pollebat autoritate, Gislurus, (quandoque enim potestatis rigore uti necesse fuit) civium malos mores correxit, variisque abusibus pro virili obviam ivit; ad id efficiendum, praestantissimorum virorum, Sæmundi Polyhistoris doctrina, & Marci Skeggonis auctoritate utens, quorum uterque ipsi & ecclesiae utilissimam operam navavit. Sedente itaque ipso, seditiones, incendia, rapinae, aliaque enormia delicta, rara vel nulla audiebantur, quae tamen & ante, & post, frequentissima fuerunt (c). Licet comitiis anni 1117. praesens non adesset, morbo enim & senectua impediabatur, ipso tamen svadente (ut verisimile fit), rogationem tulit Berghthorus Nomophylax, ut leges, quae antea scriptae non exsta-

-
- (a) Exstant Tabulae perantiquae, dicentes: Tannum quendam & Hallfridam dimidium fundi Hraumentis in tractu Dinsford, templo isthuc sito donasse, svasu ac consilio Gisluri Episcopi.
- (b) Ipsi enim synchroni fuerunt Sæmundus & Arius Polyhistores dicti, aliique, quorum nomina recententur in *Historia Christi*. cap. 13.
- (c) Islandi antiquitus ad comitia universalis, quasi ad praelium exquisitissime armati confluebant, unde haud raro caedes & vulnera illic accidebant. Sed perversum hunc morem ita correxerat Gislurus, ut in Annales quasi novum quid relatum sit, quod biennio post ejus mortem in comitiis una tantum castis conspecta fuerit, quod tamen non obstabat, quominus paulo post vulnera ibi infligerentur, caedessque fierent. *Conf. Hist. Christi*. cap. 13. & 14.

exstant, ductu & consilio ad id muneris delectorum virorum, certo libro inscriberentur, quibus, antiquas emendare, novasque, prout conducere visum foret, addere, injunctum fuit, quod non sine laude præstiterunt. Nam sequentis anni comitiis, qui fuit Gissuri emortualis, Codex, ab iis conscriptus, *Vigflóde* (a) nominatus, publice recitatus & ab omnibus acceptus fuit & approbatus.

§. 6.

Anno officii 23, salutis 1105, prout eum dudum borealis quadrantis incolæ sollicitaverant, quartam diœceseos partem alteri episcopatu erigendo assignavit; binos enim, quam unicum, in Islandia Episcopos esse, & religioni conducibilius, & incolis commodius fore videbatur (b); accuratum tamen antea colonorum censum agi curaverat (c). Prius autem, quam voti compotes fierent, primates quadrantis, certam, eamque melioris notæ sedem futuro Episcopo se daturos sanctè promittere, oportuit. Quo factò sacerdotem Breidabolstadsensem, Jonam Ogmundinum, Episcopum Holensem electum, Olsuro Archiepiscopo Lundensi commendavit.

§. 7.

In comitiis Anni 1107: ambo Episcopi una cum clero insulæ con-
venerunt, multaque ecclesiæ profutura sanciverunt (d). Plures, easque
non

- (a) *Vigflóde* secundam litteram significat *trabam necis*, nam componitur ex vocibus *Vig* quædes, & *flóde* traha. Sensus autem vocis est: *Lex multum & prolixè de cadibus & injuriis agens, de qua pœna, quam secum trahant.*
- (b) Dicitur Gissurus vaticinatus fuisse, hoc modo, Islandiam raro aut nunquam sine Episcopo futuram; in quo tamen bonum Præfulem spes fecellit; Nam id, ab ejus ætate, usque ad nostra tempora, plus vicies factum est, & quidem interdum per plures annos.
- (c) In orientali quadrante tunc temporis colonorum capita DCC. censa sunt, in australi M, in occidentali DCCCC; in boreali MCC; summa MMMDCCC, haud tamen per totam insulam computatis, qui tributo comitiis debito exempti erant, quorum numerum non exiguum fuisse valde est probabile ex *Sched.* cap. 10.
- (d) Conferenda, quæ hæc de re dicturi sumus, cum ad Jonam Ogmundi ventum erit infra Sect. 4. cap. 1.

non inutiles constitutiones ecclesiasticas venerandos hosce Præfules, Is-leifum & Giffurum condidisse nullus dubito, licet temporum incuria aut injuria ad nos non pervenerint. Anno 1117. cum morbo & senectute præ-peditus, comitia adire nequiret, eo Primoribus amicisque nuntium misit, iudens, ut Thorlacum Runolfi filium, ne gravaretur episcopale munus sus-cipere, orarent, quia de re ipse cum etiam multum sollicitaverat, eiqve deinde ad Archiepiscopum litteras perferendas dedit. Skalholti tandem anno æt. 76, officii 36, salutis rep. 1118, ætate & morbo fessus 5. Cal. Junii placide obdormivit (a).

CAP. III.

De Thorlaco Runolfi filio.

§. I.

Hactenus de unico Islandorum episcopatu egimus. Sed eo jam in binos diviso, nobis etiam forma & ratio operis dividenda videtur, deque singulis seorsum agendum, ne interrupta toties rerum narratione, factoque sæpius ab uno ad alterum repentino transcurfu, historia nostra, satis quidem per se tædiosa & sterilis, in confusum & inconcinnum quoddam chaos deformetur. Dabimus itaque reliquam hujus sectionis partem Episcopis Skalholtensibus, sequentem vero sectionem Holensibus, qui tempore Aristocratæ ecclesiam rexerunt.

§. 2.

- (a) De morte ejus & morbi genere ita loquitur *Hungurvaka*: *Caro putrefacta ita destu-bat, ut nuda ossa liceret conspicere, eorumque collisionem, cum corpus moveretur, assantes audirent. Ab uxore interrogatus, numne vota pro restitutione sua fieri vellet? Respondit: Vota quidem pro animæ meæ salute suscipi volo, sed corporis incommoda, secundum Dei beneplacitum, quoad ferre possim, crescant. Absit enim, ut hanc Dei castigationem recusem. De loco sepulture interpellatus, recessit: indignum se, qui prope parentem humaretur. Hæc ad monstrandam viri pietatem, patientiam & humilitatem adnotavi.*

§. 2.

Primus itaque se jam nobis offert, Thorlacus Runolfi filius, natus Anno 1085, a parente, Teito Haukdalensi informandus traditus, tantum brevi profecit, ut non solum ad litteras aptum, quasi & natum esse, sed etiam virum pium, prudentemque futurum, magistro fidem faceret (a). Prout per ætatem licuit, ordines sacros iniit, perque eos gradatim ad sacerdotium ascendit. Annum agens trigessimum secundum, invadente Giffuro Episcopo, a popularibus, ipse reluctans, & præter alia ætatem excusans, ad episcopatum vocatur; eorum autem precibus victus, præsertim vero Giffuri auctoritate inductus, Anno 1117. Lundensi Archiepiscopo ordinandum se sistebat.

§. 3.

Fuit Thorlacus natura taciturnus, & rebus, quæ ad ipsum non pertinebant, se non intermiscens; unde ignoti eum ut tristem, rigidum, segniorumque, quam tantum munus exposceret, contemnebant. Sed cum ipsum, nec objecta negare, nec multum excusare, sed saltem regere audirent, non bonorum penuriam apud Islandos in causa fuisse, quod se potissimum ad hoc officium elegerent; sed quod vitia & nævos suos magis coram hominibus, quam coram Deo, celare studisset, mentem mutarunt, eumque magni facere cœperunt. Archiepiscopus eum quidem benigne excepit, sed negans se caput capiti imponere aut velle aut posse, quod tamen fieret, si ejusdem eum cathedræ Præsulem, cui Giffurus adhuc præesset, proclamaret, ordinationem distulit. Hunc scrupulum tollendi tale tandem remedium invenit (b): Jussit Thorlacum aliud quoddam

(a) Ejus genealogiam exhibent *Scheda* cap. 10. *Histor. Grœnland.* cap. 11. *Landnæma* pag. 23. 54. Thorlacum hunc Runolfi filium, cum Thorlaco Thorhalli filio confundit *RESENIUS* Proleg. in *Eddam*; Illi enim, non huic convenit genealogia quam exhibet. Doctissimus *BUSSEUS* Arii verba cap. 10. non recte percipit, vocans Thorlacum fratrem Halli Haukdalensis. In textu est *Bródur*, vox secundi casus singularis numeri, vertendum itaque fuit: Thorlacum Runolfi filium *nepotem Thorleiki, fratris Halli Haukdalensis* &c.

(b) Eximii Archiepiscopi nimiam scrupulositatem quis sat potest mirari? Et sane videtur culicem

dam non ignobile prædium nominare, cujus episcopus, quamdiu Giffurus superesset, salutaretur, licet iubente Giffuro Skalholti esset, ejusque vices ageret. Hac conditione Thorlacus accepta, villam Borgfiordensem Reykholtum elegit, cujus, quamdiu Giffurus in vivis esset, Episcopus vocaretur. Sublata igitur hac difficultate Anno 1118. 4 cal. Maii Thorlacus Reykholtensis Episcopus, sed Giffuro in Skalholtensem successurus ordinatur.

§. 4.

Patriæ autem patre post restitutus Skalholtensem (nam Giffurus 5. cal. Junii obierat) cathedram ascendit, pium probum, & vigilantem Præsulem semper acturus; Nam in legendo, scribendo, docendo, aut scripturas explicando, adeo fuit assiduus. ut nunquam otiosus offenderetur, neque parum sub eo christianismus & bonæ litteræ profecerint. Multos enim ita erudit, ut viri docti & præstantes evaderent (a).

§. 5.

Anno 1121, triennio postquam cathedram ascenderat, summorum Islandiæ procerum Hassidi Mauri filii & Thorgilsi Oddi filii inimicitie & similitates in odium & apertum bellum eruperunt. Thorgilfus enim, qui in comitiis, Anno 1120. celebratis; Hassidum uno digito mutilaverat, exilio multatus fuerat, sed nihilo minus jam ut insons & securus publicum conventum frequentare instituit, quam contumeliam Hassidus nullo modo concoquere volens, collectis 1200. armatis, manus eum eo conserere constituit; Thorgilfus autem 700. strenuis viris stipatus appropinquavit. Parum abfuit, quin tanta multitudo in mutuam perniciem corruisset, nisi Thorlaci auctoritas intervenisset. Hic autem collectis quotquot potuit clericis

culicem colasse, sed camelum deglutisse, negando se caput capiti inpositurum, quod fieri putavit, si Thorlacum verbo Skalholtensem Episcopum proclamaret, quod tamen opere præstitit. Prædii autem Reykholtensis, ejus nec ipse, nec Thorlacus minimam partem possederunt, episcopum eum constituere, nullum ei scrupulum movit. Sed aliquid genio & moribus seculi dandum.

(a) Quorum celeberrimus fuit Giffurus Halli filius, Nomophylax, deinde doctissimus, de quo supra Sect. 1. cap. 2. §. 8. in M.

clericis & sacri ordinis viris, aliisque sedatoribus, qui neutri patri nomina dederant, Haslidum adit, amice primo rogans, monensque, ne cum Thorgilso configere, aut civilis belli causa existere vellet; sed repulsam ferens, omnes clericos, quorum permulti in exercitu Haslidi fuerunt, ab eo discedere iussit, & ipsi militare prohibuit (a). Hoc cum etiam incassum caderet, tandem sacro zelo accensus, excommunicationem minitans, in hæc verba erupit: *Si modo hæc mea petitio æqua, ad monitioque iusta & bona est; sique mea vota coram deo aliquid valent, oro & obtestor, velit tuas petitiones & desideria in die extremi iudicii, eodem modo excipere, & exaudire. quo tu jam meas accipis & exaudis, &c.* (b). His Episcopi imprecationibus motus, Haslidus receptui cecinit, & ad tabernacula reversus est (c).

§. 6.

Præcipuum autem, quod Thorlaco ejusque collega Ketillo ecclesia Islandica debet, est *Jus Ecclesiasticum* Anno 1123. evulgatum (d), ad quod componendum opera & doctrina Samundi potissimum usi sunt; aliorum tamen doctorum virorum, quorum tum copia fuit, non exclusio

M m 2

clusio

- (a) Non mirum sacerdotes & clericos apud Islandos armis instructos in acie constitisse; usu enim id tunc temporis per totum orbem receptum fuit. Exemplo sit unicuique prælium Fodvicense, inter Nicolaum & Ericum Danie Reges hac ætate commissum, in quo quinque Episcopi & sexcenti sacerdotes desiderati fuerunt. Nobilissimus *HOLBERGIUS* in *Histor. Dan.* Tom. 1. expresse dicit 600. sacerdotes ibidem occubuisse. Sed *PONTOPPIDANUS* & *EWALD* hunc numerum, ut omnem excedentem verisimilitudinem ad 60. reducant, sed, ut videtur, sine causa; nam si 5. Episcopi ibi ceciderunt, non mirum 600. sacerdotes una cæcos fuisse, cum episcopi, magna stipati cleri multitudine, prælia inire consueverint. Conf. Not. ad Sect. 4. cap. 5. §. 12.
- (b) Per diem iudicii, de quo hic loquitur pius Præsul, intelligendus ultimus Haslidi vitæ dies, nam diem extremum non esse tempus precum & penitentiarum certe novit.
- (c) Licet eo die prælium Haslidus intormiserit, non tamen in gratiam cum inimico rediit. Eam demum conciliavit Ketillus Thorsteini de quo infra Sect. 4. cap. 2. §. 2.
- (d) Hæc de re ita verba facit ipsum *Jus Ecclesiasticum* cap. 26. *Hocce jus canonicum promulgarunt Episcopi Thorlacus & Ketillus, instinctu & consilio Offarii Archiepiscopi, Samundi & multorum aliorum doctorum virorum* Hic est Samundus ille Sigulfsonius, a posteris ob profundam eruditionem Polyhistor, vocatus, de quo plura supra Sect. 1. cap. 2. §. 11. & 12.

cluso consilio. Sed ad opus aggrediendum eos instigaverat primus Danorum Archiepiscopus Oslurus (a); Hunc enim Pontifex Romanus trium borealium regnorum generalem inspectorem & causarum ecclesiasticarum supremum judicem nuper constituerat (b). Mors Thorlacum Anno *Ære* Christianæ 1133. prid. cal. Febr. ætat. 47. officii 15. oppressit (c).

CAP. IV.

De Magno Einari filio.

§. I.

Thorlaco Magnus Einari natus Anno 1099. succenturiatur, vir variis, iisque eximiis virtutibus ornatus (d), qui felici litteris opera data, omni-

-
- (a) Oslurus hic fuit primus Danorum Archiepiscopus. Nam offensione inter Ericum Bonum Daniæ Regem, & Leinarum Archiepiscopum Bremensem exorta, Ericus plus simplici vice Romam profectus fertur, & id tandem apud Pontificem obtinuisse, ut Ecclesiæ Daniæ, a Saxonico jugo liberatæ, proprium Archiepiscopum acciperent; eiq; sedes in Ecclesiâ Scandinaviæ Lundenfi assignata. Vide *PONTANI Rer. Dan.* lib. 5. Conf. & Celebr. *HOLBERGII Hist. Dan.* Tom. 1. pag. 196. qui hæc ad Annum 1103. refert, & Leinarum vocat Archiepiscopum Hamburgensem.
- (b) Continet Codex ille titulos seu capita 35. In eo licet multa feculi, quo conscriptus fuit, genium redoleant, multa tamen habet, quæ etiamnum nobis usui esse possunt: Vim legis apud Islandos obtinuit usque ad 1275, quo anno alium a se compositum, insinû Jonæ Archiepiscopi Nidarosensis, Arnas Thorlacius Skalholtensis Episcopus, Islandis obtulit, de quo infra dicendi locus erit.
- (c) Thorlacus, ut plures veterum, tantam Psalterii partem quotidie recitavit, per quod *Davidicum* intelligo, sed Latinum; Nam nulla Ibsilicium, & ne unius quidem libri versio, in linguam Islandicam tum temporis facta erat. Scripturæ autem, quæ Thorlacus, aliq; transulisse dicuntur, fuerunt *vite Apostolorum*, & *Patrum*, horumq; nunnalla scripta, quæ apud eos in magno fuerunt pretio. Hinc ipse Thorlacus moriens, sibi prælegi jussit librum Gregorii, qui inscribitur: *Cura Pastorali*. Gudmundus Hohenlis Episcopus, oculis captus, recitari jussit *Vitas Sanctorum*, Thorgillus Bodvari *vitam Thomæ Cantuariensis*; Et hujus modi sexcenta exemplia proferri possent.
- (d) In Catalogo Episcoporum Skalholtensium ad calcem *Sebedarum* impresso, noster non recte

omnibusque sacri ordinis muneribus, antequam sacerdotio initiaretur. susceptis, Anno 1133. a Skalholtinæ diœceseos civibus Episcopus electus, ad externos, consecrationem petiturus, abire parat, sed sub autumnum repulsus, hyeme Skalholti transacta, sequenti ætate enavigavit. Inde per Norvegiam, bello civili tum temporis flagrantem Daniam, ab Olfuro Archiepiscopo consecrandus, intrat; unde peracto negotio rediens, Norvegiæ statu pacatiore invento, Regem Haraldum Gillum adiit (a), cumque eo aliquantisper mansit. Hunc itineri Islandico cum accinctus esset,

M m 3

saluta-

recte dicitur Thorsteini filius, nam revera fuit Einari filius, Magni nepos, Thorsteini pronepos, Halli de Sida abnepos. De Magni autem nomine, talem *Historia Olai Sancti* cap. 107. exhibet narrationem: Habuit Rex Olavus Sanctus concubinam nomine Alfhildem, quæ nocte quadam, partus doloribus correpta, masculum peperit; Aderant autem parturienti, præter obstetrices, sacerdos quidam, Regisque poëta & consiliarius Sighvatus natione Islandus. Hic cum Regem de edito in lucem factu certiorum facere ipsique foenum interrumpere non videret, puer vero recens natus spiritum ægre duceret, sacerdotem eo perpulit, ut infantem, ne sine baptismo decederet, sacro ablutionis ritu consecrum inauguraret, Magni nomine ipsi imposito. Rex mane expectatus, factum primo improbavit, Sighvati temeritatem incensans, quod se inficio & inconsulto filium baptizari curasset. At ille infirmam pueri valetudinem inque mora periculum causatur. Quæsitus denique de impositi nominis ratione, cum nec gentilium nec patronymicum esset, respondit se de nomine Caroli Magni Regis optimi pariter ac maximi infantem appellasse; Quo Rex responso acquiescens, Sighvati prudentiam multum laudavit. Quia autem occasione ejusdem nominis usus in Islandiam sit introductus, ex *Vita Magni Regis* abunde patet, quæ hæc de re ita testatur: Cum Magnus cognomento Bonus Sancti Olai filius, Norvegiæ Rex, fatali morbo correptus ad Jutia oras in navi decumberet, vir quidam nomine Thorsteinus, Halli de Sida filius, natione Islandus; Regisque Aulicus, ex itinere quod Romanum susceperat rediit, ipsum adiiit petiitque, ut suum sibi nomen donaret. Quod cum Rex petiitum ex infuato amore ardentique affectu provenire intelligeret, voti cum compotum fieri. Post mortem Regis Magni, Thorsteinus patriam repetivit, atque ex uxore Ingvelda filium suscepit Magnum appellatum. Hic ergo primus Islandorum Magni nomen gessit, quod parens dono acceperat. Alter autem ejusdem nominis fuit Magnus hicce Skalholtensis Episcopus, prioris (ex filio) nepos. Ubertior ejus genealogia ex *Landnæma* pag. 128. 16t. peti potest. *Haugurva* ei talem tribuit characterem: *Fuit vaslo quidem, sed decenti & quo ad omnia pulcherrimo corpore, mansuetus, humanus, affabilis, facundus, fidus, largus, & semper inter dissentientes amicitiam contrahens, quæ virtutes ei omnium amorum & venerationem conciliarunt. Hinc ipso sedente, nulla insignis inimicitia inter subditos existerunt.*

(a) Nostro in Dania commorante, Haraldus Gillius, Magnum Sigurdi filium prælio victum cepit, & excæcatum, monasterio incluserat. *Chron. Norv.*

salutaturus, aulam intrat, sed præter spem, una cum Regina præudentem offendit. Rex cognito eum jamjam abiturum, loci & temporum difficultatem incusat, quæ regis munificentis participem fieri non sinerent; attamen scyphum quo utebatur, una cum pulvinaribus, quibus ipse & regina insidebant, pretiosissima superinductis purpura, ipsi dono dedit (a). Ex his cimeliis episcopus postea calicem & pallium episcopale confici curavit (b), quibus templum Skalholtense, una cum pulcherimis tapetibus variisque ornamentis condecoravit.

§. 2.

Sedi episcopali fundos & villas suo ære comparatas adjecit, in quibus fuit maxima pars insularum Vestmannicarum; Illic enim monasterium erigere constituerat, sed morte præventus, perficere non potuit. Ipsum deinde Skalholtense templum, haud parum suis impensis ampliatum & resectum, postridie nonas Julii 1145. consecravit (c); quibus sacris, ut & nuptiis Skalholti simul celebrandis, Ketillus Holensis Episcopus a collega invitatus interfuit. Exacta festivitate, ambo Episcopi, animi delectandi & corporis recreandi gratia, thermulas Laugarasenses, quæ non longe a Skalholto distant, acceperunt, ubi Ketillus, repentino correptus morbo exspiravit; cui Magnus, collegæ casum mœrens, magnificas fecit exsequias.

§. 3.

Quæ plura gesserit, nos latet. Probabile tamen est cum sæpius visitationem Ecclesiasticam instituisse; Nam Anno 1148, cum ordinaria per quadrantem occidentalem (d) visitatione peracta, domum tenderet, Hy-dalique

-
- (a) Insigne exemplum munificentis Harald Regis. *Hungurvaka* in Vita Magni Episcopi, ait scyphum quatuor ponderum argenti valorem habuisse.
- (b) Fuerunt qui consulerent, ut pretiosa hæc venderentur, pretiumque in pauperum sustentationem erogaretur; Sed Præsul suam sententiam sicutus est.
- (c) Hic dies inde ut natalis templi celebrabatur, prioris autem quod Gissurus consecravit, natalis fuit festum Crucis seu 4. Non. Maji.
- (d) Siquidem quatuor Islandiæ partium seu quadrantum & sæpe facta est mentio, & scienda erit, monendum semel, unum saltem quadrantem borealem, ad Cathedralam Hølensem

daliqve a domino fundi. Thorleifio Beiskaldo, splendido exciperetur convivio, villa de cœlo tacta conflagravit. Hoc non prius conviva senserunt, quam omnis fere elabendi facultas occlusa fuit; In hoc igitur incendio ipse Præsul, cum octo sacerdotibus, & cœ. alijs periit, Thorleifus vero cum paucis non illæsus evasit (a). Episcopi ejusque confessionarii, Trebonii Bodvari filii, semiustulata corpora Skalholtum non sine pompa, a Proceribus, in Episcoporum sepulchreto deponenda, convectorum fuere. Acciderunt hæc. Anno salutis 1148, postridie festum Michaëlis, ætatis 50. officii 14. (b).

§. 4.

De Hallo Teiti filio sacerdote Haukdalensi.

Anno post mortem Magni proxime sequente, Hallus sacerdos Haukdalensis Episcopus eligitur. Fuit is Teiti filius, Isleifi Episcopi nepos, vir magni nominis, & tum temporis Islandorum doctissimus. Tot enim calluit lingvas, ut in itinere Romano, interprete nusquam egeret, sed ut indigena cum quibusvis obviis colloqui posset, quod ei tam Romæ, quam alibi summi honoris causa fuit. In regressu, Ultrajecti, antequam episcopus ordinaretur, Anno 1150. fatis cessit.

lensem pertinere; reliquos vero tres, orientalem, australem & occidentalem, ad Skalholtensem, ex quibus Episcopus quotannis unum visitare tenebatur.

(a) Hinc hostes Thorleifi postea occasione sibi sumserunt ipsi exprobrandi, quod dolo malo villam cum Episcopo & socijs incendisset; vide *Samlungam* Part. 2. cap. 28. quod tamen puraputa calumnia fuit.

(b) Anno 1730. exactis fere 600. a ville incendio annis, duo mortui simul in Hyrdalensi sepulchreto austrum versus sepeliendi erant; sed cum sepulchri altitudo ad tesqvi ulnam facta esset, facta saxa maximæ molis, & angulati lapides, una cum cinere, & sberinis carbonibus, ingentique ferreo clavo, assere sucto, obvenerunt. Hæc omnia præfens lustravi, esseque documenta seu reliquias magni ejus incendii quod Anno 1148. illic acciderat, collegi.



CAP.

CAP. V.

De Klango Thorsteini filio.

§. I.

Cum a morte Magni, sedes Skalholtina triennio vacasset, Biørnis Holensis tandem Anno 1151. quosdam diceceseos Skalholtinae alumnos, ne ecclesia sacerdotum paucitate laboraret, ordinavit. Cumque de Episcopi electione ageretur, multitudo in partes scindebatur, quibusdam Gudmundum Brandinum, sacerdotem Hiardarholtensem, virum antiquæ virtutis & fidei; quibusdam vero, & in his Biorno Episcopo, Klantum Thorsteini Holensis ecclesie sacerdotem expetentibus; qui tandem plurimum votis electus, & Biorni literis Eskillo Lundensi Archiepiscopo commendatus, Skalholtensis Episcopus 8. idus Aprilis 1152. consecratur,

§. 2.

De genere quo sit oriundus nil constat; In juventute sub Jona Ogmundino scholam Holensem frequentanti, & aliquando Amores & Epistolæ Ovidii legenti, ex improvise superveniens Episcopus, librum de manibus excussit, talesque eum legere libros prohibuit (a). Deinde sub Ketillo & Biorno Holis vixit, Ketillumque in plurimis imitatus est. Non tantum in sacris, ut Episcopum decuit, satis bene versatus fuit, nam semper aliquid legendo, scribendo, vel rudiores erudiendo tempus traxit; scriba enim peritus, & poëta non infelix fuisse fertur (b), sed etiam juris sui temporis peritissimus habebatur. Hinc ipso Episcopum agente, non facile ulla fuit gravis vel majoris momenti causa; aut inter Magnates contro-

(1) Hæc ideo annotavi, ut appareat nostrates etiam tunc temporis Classicos atque gratos auctores familiares habuisse.

(2) *Hungarica* talia ei tribuit personalia: *Fuit mediocri statura, facie decora, affabilis, facundus, juvenis, & in quibusvis agendis consultissimus, largus præterea & beatus; extraneis Magnatibus & Principibus non semel (tantum) pretiosa dona misit, quæ virtutes ipsi, domi subditorum amorem & obsequium, foris vero bonorum & auctoritatem conciliavit.*

controversia, cujus non ab alterutra parte arbiter eligeretur. Secum etiam, & sibi adstipulantes, sui seculi præstantissimos & summæ auctoritatis viros, Jonam Lopti & Gissurum Halli semper habuit; unde pars, a qua stabat, certam sibi potuit victoriam polliceri, quod præter alios Sturla Theodori, cum Einaro Thorgilfi (a) litigans, non semel expertus est.

§. 3.

- (a) Klangum uxorem habuisse Ingveldam Thorgilfi filiam, Enari sororem, plerique admittunt, industi auctoritate *Sturlungæ*, quæ passim nominat Jonam Episcopi filiam, sed clarissime tamen Lib. 3. cap. 38. "Eftir Einar Þorgilsfson áttu árf at taka systur" hanns. Þá hafði Þórvaldr Gissurafson feugit fóru, dóttur Klángs biskups oc "Ingvelldur Þorgils dóttur; hún var þá með Þórvaldi, er Einar bróðir hennar" var veginn, oc þvi stókti hún Þórvald at eftirmáli. "Id est: Sororibus Einari filii Thorgilfi, hujus hæreticus competebat. Tunc Thorvaldus filius Gissuri Jonam filiam Klangi Episcopi & Ingvalda filie Thorgilfi uxorem duxerat. Hæc tunc, cum frater ejus Einarus occideretur, apud Thorvaldum egit, quare & Thorvaldo vindicationem eadē commisit. Unde tantum patet, quod Jona fuerit ejus & Ingvaldæ filia. Sed de eorum nuptiis tam in *Sturlunga* quam *Hungarvaca*, apud Authores fere corvos, altissimum est silentium. Taceo quod *Sturlunga*, Lib. 1. cap. 8. filios & generos Thorgilfi sollicitè recensens, nullam Klangi mentionem faciat. Et cap. 13. dicit: "Ingvelldur Þorgilsdóttir varð ei unnandi Halldóri bónda sínum, enn þó varð þad með nockurum hægingum meðan faðir hennar var víd. sídan nýttu þau ei" "af. red þá Halldór til utanferðar oc dó á suðerferð." Id est: *Ingvalda filia Thorgilfi marito suo Halthoro non concordabat, quod tamen præsentè adhuc ejus patre modum non longe excessit, deinde vero cohabitationi nullo modo acquievere. Halthorus tunc peregrinationem in se suscepit, & in itinere Romano decessit.* Sed Thorgilfus Anno 1151. obiit, unde sequitur Ingveldam cum marito cohabitasse usque ad hunc annum. Sed quæ postea habuerit fata, refert *Sturlunga* cap. 14. quam periocham, licet prolixior sit, cum ad rem nostram multum faciat, & acta Klangi haud parum illustrat, hic inserere inconueniens non videtur: "Nú skal taka þar til máls er Bóðvar var bió í Túngu í Salingsdal. Þá reddt til búlags með hönum Ingvelldur Þorgilsdóttir. hún var þá eckia. Þad varð þi tilinda, ad þeir synir Þorgeirs vóru með Sturla mági sínum í Hvammi Þórvaldr oc Are. Þeir giörðn fer títt um fundi víd Túngumenn oc hittuoft oftast ad laugum. Þat var um veturinn ad Þórvaldr hafði farit til lauga í Salingsdal, og er hann skyldi heim fara, fell hann af baki, oc íkæmdi sig á fæti, oc unæddi hann blóðrás, og færdu menn hann til Túngu og varð hann þar eftir og batt Ingvelldur um fót hanns. Um vorid var hann ýmist í Túngu eða Hvammi. Þat var mælt at þau Þórvaldr oc Ingvelldur mæltufl steyra víd enn adrer menn, enn vinir þeirra syniudu þess. Enn um vorit eftir, reddt Þórvaldr til Eyafjarðar, enn Ingvelldur giörði þá bú ad" Ballar.

S. 3.

Ex Dania per Norvegiam revertens, materiam templo aptatam
coënit,

" Ballará. hún let fer búa svefnhús oc var þar laungum. hún hafði fóta mein um
 " sumarit, og geck litt um fýflr. enn um haufftid kom kona, hún var Leifsdóttir
 " oc het Þórdís, hún var úr Eyafirdi. oc er hún hafði þar litla stund verið, þá ól
 " hún barn oc var nefnt Sigrídur, enn fadirinn Þórfsteinn Leifsson nordlendkr
 " madr. Hún fór um hauffit norðr til Eyafíardar, enn ei að síðr gjördu menn
 " margordt um ráð þeirra Þórvalds oc Ingvellar. Einn er Einar varð þessa vífl,
 " leitadi hann eftir um málid vid Þórvald, enn þau svör kómu þar í móti að Þór-
 " valds hendi at synia, oc var sestr járnburdr býr, enn Klánger biskup skyldi
 " um gjöra, hverfú sem skírsla gengi. Grímur liet fá madr er járnit þar, nord-
 " lendkr madr, enn er höndin var leyft, var þat atkvæði biskups at hún væri skír.
 " Þar eftir sueri biskup gjörd oc gjörði se á hendr Einari, oc stait so þvi þingi.
 " Þat sumir biótt Þórvaldr til utanferdar í Eyafirdi. Þá feldi Ingvelldur Sturlu
 " hárbemintur sínar allar, oc tók hann lókn oc vörn til allra hennar mála, so sem
 " hann væri aðili. Eftir þad ræddt Ingvelldur á huan norðr til Eyafíardar, oc skar
 " fer skráðklæði, (*alii habent skaur*) seint karlmadr væri, oc með henni Steingrímur
 " Kumbaldi Onarston. Og er kaupmenn lögdu út eftir firdi, hlódu þeir legli,
 " skutu báti, oc reru yfir á Gálmars tíönn, og geck Ingvelldur þar á skip, oc fer
 " burt med Þórvaldi og kómu vid Noreg. Þá var Inge Háconarson Kóngur, og
 " ræddt Þórvaldr til hönns, enn Gregorius Dagsason tók vid haldi Ingvellar.
 " Einn er þad stettist, þá hefst að nýu fá ordrómur, at Sigrídur mundi vera dóttir
 " Þórvalds oc Ingvellar, og þat med at skírsla hefði vilte verid, og at Sturla og
 " Ingibjörg hefðu þessi ráð vitad med Þórvaldi, oc frýft nú Einar med fandskap
 " á móti Sturlu oc kvad hann hafa vaðid sig í miklu vandræði, oc næsta sunnar
 " hóf Einar þad upp fyri vinum sínum, at hann mundi máslunum framhalda vid
 " Sturlu um þenna óhafu hlut. oc so gjörði hann, oc hölmentí miög, oc setti þau
 " mál í dóm og hann hefði rádit þau ráð Þórvaldi, at hann skyldi segia að Þór-
 " steinn væri fadir Sigrídar, þar sem Þórvaldr væri Þorgeirsson, oc gjört þar í mann-
 " villu oc kristnisþell, oc let varda höfþungsgard. enn Sturla bauð eid fyri málit,
 " at hann hefði ei í þeim máslum verid. Einar mælti: fá tólf menn mad þer at
 " fanna eid þinn, oc mun eg þeim máslum ei framhalda. oc er eidar skyldt fram
 " fara, þá skildi Sturla undir eiddstaf sinn, at hann hefði ei rádit Þórvaldi að
 " gjöra manuvillu. Þá mælti Einar so undir máled: oc ei vitad med hönnu. Þá
 " svaradi Sturla: Eigi hugda eg mig um þad mundi sekann verda, þó eg segda
 " ei óþapp teingsdananna minna medan eg var ei aðspurdr. Þá svaradi Einar, og
 " kvad þad nú heyrta mega, hvert Sturla hefði ei vitad manuvilluna, oc si ord-
 " rómur lagdið á at hann mundi vitad hafa, var þá lokid stéttinni. enn með þvi at
 " seke var ógöldin, er biskup gjörði á hendr Einari, þá stefndi Sturla emdaga um
 " slþingis þektar hald oc let varda höfþungsgard, oc fóru hvorutveggju málin í
 " dóm

coëmit, quam duabus navibus advexit, unde Anno 1153. templum Skalh-
N n 2 hol-

" dóm oc höfdu hvortveggju mikid fölmenni, oc gengu málin fram, oc urdu bádir
 " sekir sürbaugsmenn, Einar oc Sturla. Eftir þingit stefindu þeir bádir lidi til
 " feránsdóma, oc þá fór Einar í Hvamm med hálfst fíórða hundrad manna; enn
 " hann let eftir í Saurbæ Hrólfr Gunnálfsfson med hundrad manna. — Nú stú
 " hvertveggju í sekt þat míleri, enn at sumi búalt þeir bádir til þingreidar,
 " Sturla Långavatsdøl, enn Einar Brötubrecku, og er hann kemr suðr í Kálfs-
 " dal, sköpi hann lidi sínu oc mælti: Nú er þann veg um búid, at ver munum
 " breyta ródum um ferdir vorar oc síúa aprt í herad, enn Alfr son Þórodds Jóns-
 " sonar skal taka vid godordi mínu. Mörgum mönnum kom þetta óvart, og þótt-
 " uft skilia at nockut stórt mundi undirbúa. Einar snere þá aprt med háttam
 " þridia tug manna. Þar var med hönunt Gunnsteiun Þórisfson. Þeir áttu náttverd
 " ad Saudafelli, og ridu um nóttina inn í Hvamm. Þá mælti Einar, ádr þeir ridu
 " ad bænum. Nú em eg á þad vilidr, at vær elldum óþarliga í Hvammi þessa
 " nótt, oc mættu þeir reka minni til komu vorrar. Þeir vóru oc flestir med hön-
 " um er ei löttu þessa miög. Og er þeir tóku Hvamm, þá ferdu þeir menu alla
 " í kykiu, enn ræntu se öllu; Brendu sídan þrinn oc færdi alt fed vestr til
 " Saurbæar, oc lögdust ad sínu gáuga. Einar reid þá til þings med níunda mann.
 " Og er menn komu á fund Sturla oc sögdu hönunt tíðindin, sagdi hann at Einar
 " mundi elldr hafa fítulauft. Einu nátt síðar, var leitad um sáttir af beggia vii-
 " um, oc stefnar tillagdar. Þviat mönnum þótti til vandræða búalt. Sídan var
 " sókr Klángur biskup at hann mundi giöra um málið. Einar játadi því oc so
 " Sturla. og ádr þingid var sett, var sattit á öll þessa mál. enn ádr lykt væri á
 " þessum málum, quadt Sturla vilia, at biskup ynni fíntardóms eid, at hann giörði
 " jafnfætti. Sídan var fundr lagdr í Bónðskyrkiu allfölmennr. Þá mælti biskup.
 " Eg giöri fyrir brennu og bæar skada sextiu hundrad. Enn fyrir sakir vid Einar
 " fimrtiu hundrad í vöru, skulu giállast aprt. Eftir þad vann biskup fíntardóms
 " eid. Þá mælti Sturla: So virði eg eid biskups sem pásk-messu. enn satt er þad,
 " at flestir munu ei kalla giöldin mikil og giördir ei fælsamar. " Id est: *Narratio*
jam id temporis tangis, quo Bodvarus Tungæ Salingsdalenfium habitavit, quo cum
societatem vilitationis Ingvelda filia Thorgilfi, quæ tum temporis vidua erat, iniiit.
Eodem tempore accidit, ut Thorvaldus & Arius, filii Thorgeyri, Hvammi apud eor-
um affinem Sturlam ugerent. Hi Tungensæ sepe visitabant, & sepius apud
(balnea) themarum conveniebant. Hyeme Thorvaldus themas Salingsdalenfæ ad-
erat, cum autem in revertendo esset, equo delapsus, pede leviter vulnerabatur, & san-
guinis missione langvefusus, Tungam vecebat, ubi remansit, pedem autem ejus Ing-
velda obligavit. Vere Thorvaldus nunc Tungæ, nunc Hvammi egit, runorgæ fuit,
Thorvaldem & Ingveldam mutuum monstrare familiaritatem, majorem quam cum
cæteris hominibus, quod tamen eorum amici pernegaverit. Vere sequente Thorvaldus
ad Eyafjordum demigravit. Ingvelda vero Ballavaæ vilitationem instituit. Ibi
dormitorium sibi exstrui fecit, ubi jugiter se continuit. Astote illa apofemate pedis
deine-

hollente, priori multo capacius & augustius magno nisu & impensis edificavit

detinebatur, & negotiis gerendis, non multum interfuit. Autumno illo mulier nomine Thordisa, filia Leifi, de Eyafjorðo oriunda, eo venit, quæ cum paulisper ibidem manserat, infantem, cui nomen Sigrida indidit, enixa est, Thorsteinus vero filius Leifi, in quarta septentrionali degens, (infantis) pater dicebatur. Hæc (Thordisa) autumno septentrionem versus ad Eyafjorðum revertitur, nihil etiam secius de commercio Thorvaldi & Ingvalde rumor increbuit. Einarus de his certior factus, & Thorvaldo has res exquiri, responsum nactus: Thorvaldum pernegatarum, factaque ab hoc stipulatio de ordalio subeundo, de successu vero ordalii Episcopus Klanguus censor esset. Grinnus nomen erat viro, qui ferrum portavit, is e quarta septentrionali oriundus erat. Manus autem ubi detegebatur, illasam eam esse episcopus edixit. Sententiam eam episcopus invertit, ac Einarum multavit, & ita comitia illi finita sunt. Hac æstate Thorvaldus in Eyafjorðo peregrinationem paravit. Tunc Ingvalda Sturla omnia nomina sibi debita cessit, ille vero omnium ejus causarum actionem & defensionem, ac si dominus esset, in se suscepit. Ingvalda postea clauculum ad Eyafjorðum iter facit, & vii infra vestimenta assumit (crimes circumcidit), comitem habens Steingrimum Kumbaldum filium Onari. Mercatores vero secundum sinum navigantes, vela contraxere, scapham demisere, & in lacum Galmaistidum trajecere, ubi Ingvalda navem ascendens, una cum Thorvaldo peregre profecta, ad Norvegiam apulit, regnante tunc temporis Ingjo Rege filio Haconis, cujus satellitio Thorvaldus nomen dedit, Gregorius vero Dagi filius Ingvaldam ad se recepit. Hæc cum rumore nota esset publico, Sigridam Thorvaldi & Ingvalde filiam esse, sed ordalium corruptum fuisse, & Sturlam ac Ingeborgam omnium horum conscios fuisse, fama iterum invaluit, quare Einarus acri in Sturlam ira exasnuans, hunc se periculosus illaqueasse plagis dicitavit, & æstate proxime subsequenti Einarus se horum nefandorum actionem Sturla intuenturum amicis fidem fecit, quod & peregit, & ingenti stipatus multitudine, hanc judicio causam judicandam commisit, Sturlam Thorvaldo consilium dedisse, diceret Thorsteinum patrem esse Sigridæ, cum revera Thorvaldus hic sit Thorgeiri filius, qua in re (Sturlam) errorem personæ & crimen læsæ religionis christiænæ commississe, quod banni inferioris constare asseruit. Sturla contra, se, his non interfuisse, juramento se purgaturum obtulit. Einarus recessit: Duodecim sacramentales assumpsit, nec ego tum actioni ulterius insistam. Sed casu juramentum proferendum erat, Sturla ille hac formula restringi voluit: se Thorvaldo erroris personæ committendi consilium non dedisse. Einarus tunc adjecit: nec ei hac in re consilium fuisse Sturla respondit: Non ideo me proferendum fore rebar, quod nondum interrogasse assensum meorum infausta non revelarem. Tunc Einarus recessit, in propatulo jam esse Sturlam erroris personæ commissi consilium fuisse, rumor quoque increbuit eum consilium fuisse, tum & inter illos inducia desere. Cum vero multa quam Episcopus Einarus indixerat, nondum esset numerata, Sturla hunc multa in foro generali indicta recitationis in jus vocabat, utriusque causâ judicio committeretur, uterque frequentius comitum erat stipatus, causæ judicabantur, & uterque tam Einarus quam Sturla banni inferioris reus peragebatur. Exactis comitiis, uterque auxilia ad processum exercendū

nis

ficavit (a); Tandemque perfectum, presentibus Biørno Holensi Præsule,
N n 3
Nicolao

nis cogebant; Einarus tum una cum viginti supra quadringentos viris Hvannum tendebat, Saurbei autem Hrofnu filium Gannalsi uno cum centum viris reliquit. — Uterque hunc annum proscripsi peragunt, astate vero sequenti uterque iter ad comitia generalia parant, Sturla (iter fecit) per Langavamsdalum, Einarus per Hvattabrekku; qui ubi meridiem versus in Kalsidalum venit, exercitum bisariam dividit, dicens: Est mihi consilium propositum itineris mutandi, ego occidentem versus revertar, Alfus autem filius Thoroddi Jonai, prætura mea fungatur. Hoc multis improvisum, cum magnum quid subisset, videbatur. Einarus unacum viginti quinque comitibus revertebatur, cum illo Gunnastinnus erat, filius Thoreri. Apud Saudafellum cænavat, nocte vero Hvannum pergebant, sed prius quam ad villam pervenire, Einarus verba facit: Est mihi volupe, ut hac nocte Hvanni ignem hand parce suscitemus, & adventus nostri isti habeant quò meminere. Plurimi etiam ejus comitum tales erant, qui hæc non multum distudabant. Ubi Hvannum pervenire, omnes homines templo inclusere, bona vero omnia depraedabantur, villam deinde concremabant, & omnes facultates occidentem versus Saurbæum transferebant, sua se asportare distabant. Einarus exim cum octo comitibus foras adit generale. Ubi autem Sturla de iis quæ facta erant nuncium refertur, Einarum hand persuaasiorie ignem excitasse conjectabat. Die sequente utriusque amici reconciliationem tentabant, & conventum indicabant, multa enim hinc pericula enascitura suspicabantur. Klampus deinde Episcopus, ut cause esset arbiter, appellabatur, in quod & Einarus & Sturla consenserunt, & de omnibus his causis ante comitorum initia transactio sancita est. Sed priusquam sententia promulgaretur definitiva, Sturla, ut Episcopus juramentum quinti iudicii de sententia ex æquo ferenda faceret, urgebat. Conventus exinde frequens in templo Colonorum indicabatur. Tunc Episcopus verba facit: Pro incendio & danno villæ illato sexaginta hundredarum multam censeo; Sed ob actiones Einaro competentes quinquaginta hundreda mercium rependuntur. Postea Episcopus juramentum quinti iudicii dixit. Tum Sturla: Juramentum Episcopi tanquam missam paschalem venero, certe tamen plurimi multas non ingentes, nec sententiam lucrosam esse asserunt. Ubi habemus Ingvældam Halldoro quidam nuptam, cum eo discors egisse conjugium. Deinde a Thorvaldo compressam, ipsamque in Norvegiam abscedentem secutam, cum Gregorio Dagi filio viduasse. Sed quamdiu ibidem subliterit, non additur. Thorvaldum dicit Sturlunga Lib. 2. cap. 40. usque ad mortem Ingi Regis, in ipsius satellitio hæsisse, sed deinde in Islandiam reversum, quod Anno 1161. factum est. Verisimile itaque sit, Ingvældam tandem etiam in Norvegia mansisse; præsertim cum Gregorius eodem, quo Rex, perierit anno. Unde sequitur, Klampus senem sexagenarium, cujus valde adstrictam vitam laudat et miratur Hungarica, mulierem genere quidem & forte forma conspicuam, sed parum pudicam, nec integræ famæ & multarum turbarum causam, tori sociam adscivisse: quod inter alia documento est, solutorem vitam, si alix adfuerint dotes, hoc tempore inter crimina non fuisse numeratam.

(a) Nostrates quondam domos sacras sæpius resecerunt & ædificaverunt; nam de Giffaro, Magna,

Nicolao Abbate, aliisque primatibus, ab ambobus Episcopis, uno intrinsecus, altero vero extrinsecus consecratum, Abbate concionem habente, Divo Petro dedicavit (a). Peractis vero sacris, fere 800. convivarum splendidum convivium exhibuit (b), nullo Magnatum sine donis dimisso. Præterea aureum calicem pretiosis ornatum gemmis templo donasse, & Bibliothecam multis codicibus auxisse fertur. Cænobia tria, aut ipse fundavit, aut ab aliis fundata confirmavit; *Hjaldalense* Anno 1166. cui Reinum Abbatem, suum quondam in schola Holensi condiscipulum præcicit; *Thyckvabøjense*, cujus Priorem Anno 1168, & deinde 1172. Abbatem, constituit Thorlacum Thorhalli; *Flateyense* Anno 1172, quod 1184. Helgfellum translatum fuit. Ipso sedente, status ecclesiæ turbulentior fuisse videtur, nam hoc tempore Magnates, præsertim Einarus Thorgilsi & Sturla Theodori, mutuis cædibus, præliis, incendiis, & rapinis grassabantur (c).

S. 4.

Klangus multo durius vitæ genus, quam quisquam prædecessorum sectatus est; Nam non solum jejuniis atque vigiliis, sed etiam aperto capite

Magno, & Klango refertur, quod omnes ædem Skalholtensem refecerint, unde insignis eorum pietas elucet. Nam templa quam splendidissime ædificare, eaque ditare primum & maximum præceptum tunc temporis habebatur.

- (a) Quanti Klangus Bjornum, suum quondam herum & Præfulem fecerit, hinc patet, quod eum omnino tanti honoris participem esse voluerit, ut una secum cathedrale templum consecraret; Tantæ enim eum fuisse superstitionis, non est probabile, quod crederit, consecrationem efficaciorum fore, si a binis Præfulibus & Abbate, quam si ab uno Episcopo perficeretur.
- (b) Obstupescit, stantque comæ, cum reputo unde Klango facultates ad tantas expensas tolerandas, quantas verisimile est hæc omnia exegisse. Mecum etiam hac in re Auctor *Hungurvakæ* facit, vel etiam ultra progreditur, dicens: *Prudentiores non sine causa dubitasse, num omnia perficere posset, sed miro dei auxilio & providentia perfecisse* &c. Sed siquid sapio, Klangus quidem omnia sua, forte & amicorum bona his sumptibus impendebat. Sed nemo aut pauci convivarum vacuis manibus apparebant; suis enim donis & oblationibus sumtus omnes rependebant; & hinc datum forte verum illud apud nos proverbium: " hrytr ad Klänge. " Id est: *Klango multi multa dant*. Ufurpatur autem cum de crebris & inopinatis largitionibus termino est.
- (c) *Legenda Sturlunga* Lib. 2. cap. cit.

pite nudisque pedibus per glaciem & salebras transcurrendo, multum se-
met exercebat. In senectute valetudinarius, & præcipue podagricus fa-
ctus (a), Giffuri exemplum imitans, Eisteinum Archiepiscopum, ut fe
officii cura levaret, aliumque sibi episcopum substitueret, oravit; quod
atenus impetravit, ut vicarium ad visitandas ecclesias eligere concedere-
tur, ipse vero alias officii partes, quo ad posset, obiret (b). Hac ac-
cepta potestate, Anno 1174. Abbatem Thyckvabajensem Thorlacum
Thorhalli filium sibi vicarium & successorem elegit. Anno 1175. tanto-
pere eum adversa pressit valetudo, ut lecto surgere nequiret, omniaque,
tam foris, quam domi in deterius & ad interitum vergere viderentur. Ea
propter Thorlaco, omnem rei domesticæ & officii administrationem tra-
didit, & tandem 1176, ipso Matthiæ festo, Anno ætatis 74, officii 24,
vitam cum morte commutavit.

CAP. VI.

De Thorlaco Thorhalli filio.

§. I.

Sexto Skalholtenfium Præfuli Thorlaco Thorhalli filio, nobili aborigi-
num stemmate oriundo, hanc lucem Anno 1133, videre, ephæboque
adhuc in Ejulfi, Sæmundi Polyhistoris filii, contubernium adfiscii conti-
git (c), quod tandem doctus, pius & politus reliquit. A Magno Finari
diaconus,

(a) Non mirum, quod tandem pedibus laborarit, cum nudus pedes saxa toties & glaciem
conculcarit.

(b) Anno 1152. Nicolaus Cardinalis Archiepiscopum Nidarosensem instituit, sique primum
Archiepiscopum Jonam antea Stavangrensem Præfulem præfecit; huic Eysteinus suc-
cessit, qui non tam scrupulosus fuisse videtur ac Ösürus Lundensis, de quo supra cap.
3. §. 3. pag. 273.

(c) Genealogia ex *Landsnomo* pag. 150. 160. peri potest. Ejulfum Thorlacus postea tanti
fecit, ut de moribus bonis aut re quapiam magni momenti loquens, addere soletet:
Sic dixit aut fecit Ejulfus nutricius meus. Conf. *Vitam Thorlaci* a Monacho quo-
dam sequioris seculi superstitionibus, ut videtur, non parum dedito, conscriptam,
æ qua plurima nostra excerpimus. Vid. supra Sect. 1. cap. 2. §. 13.

diaconus, sed a Biörno Holenfi sacerdos consecratus, ad majorem eruditionis ubertatem acqvirendam, iter ad exteros suscepit, primumque Lutetiæ Parisiorum, deinde Lincolnix Anglorum literis operam dedit, tandemque post sexennii absentiam, patriæ restituit, nobilis (a) divitiisque ejusdæm viduæ connubium expetere constituit; sed pridie quam animi sensa destinatæ sponsæ aperire decreverat, in somniis (b), ne rem effectui daret, monitus, aliam enim ipsi sponsam prævisam esse, nunquam postea procum acturus, ab incepto destitit. Hinc cum Biarabedino sacerdote Kirkebajensî, viro pio & probò, sexennium vixit.

§. 2.

Tum temporis Thorkillus Geiri filius, vir itidem pius & bonæ frugis, sed propinquis hæredibus destitutus, & in senium vergens, cœnobium Thyckvabajensê fundare animum inducens (c), Thorlacum, ut suo proposito subservire vellet, exoravit. A Klango igitur 1168. primo Prior, & deinde 1172. monasterii Thyckvabajensî Abbas constituitur. Cui officio tanta sapientia & sanctimonia præfuit, ut parem vix invenires (d); hocque vitæ genere tantam sibi famam acqvissit, ut Anno 1174. Klango ætate & valetudine fessò, Episcopus Skalholtenfis aliis posthabitis (e) eligeret.

- (a) Non omnino immerito majores nostri nobilitatem jactabant, fuerunt enim *a Jarlis Herfus*, seu Comitibus & Baronibus Norvegicis, imò & a Regibus oriundi, quod probat *Landnæma* passim. Conf. *Laxdala*, *Eyrbyggja*, *Vatnudala* &c.
- (b) Quantum pii veteres somniis, quæ omnia plerumque pro divinis habuere, tribuerint, enucleatissime tradit patriæ nostræ decus Celeberr. *J. ERICI* in *Observ. ad Antiqu. septentrionales*. Observ. 1.
- (c) Nostrates pariter ac alii tum temporis solebant Christum & sanctos ejus, (ut loquuntur Historiæ) hæredes scribere. Id est: Cœnobia fundare, hoc modo se religioni optime consulere putantes.
- (d) Thorlaci curam & sapientiam, quæ in institutione & regimine monachorum eluxit, magnopere laudat auctor *Vitæ* ejus. Ait enim: *Non tantum conterraneos, sed etiam extraneos, ad cognoscendos ipsius mores & instituta undiquaque confluisse &c.*
- (e) Tres erant viri, pari pietatis & eruditionis laude cluentes, qui huic officio pares, & tanto honore digni videbantur. *Paulus Solvi* filius sacerdos Reykholtenfis, Abbatibusque duo, *Ugmundus* & *Thorlacus*; Sed annuente præsertim Thorkillo Geiri filio, magnæ auctoritatis viro, Thorlacus reliquis prælatus est.

eligeretur. Sed neque tamen hoc, neque sequenti anno Norvegiam petere sustinuit (a).

§. 3.

Anno 1176, quo Klangus ad plures abiit, Eisteinus Archiepiscopus inter alia per literas monuit, ne Episcopi electionem differrent, talemque sine mora sibi sisterent, qui verum animarum pastorem agere, & posset & vellet (b). Hinc Thorlacus tandem 1177. iter Norvegicum ingressus, ab Archiepiscopo honorifice quidem excipitur; sed ordinationem, usque dum Regis & Comitis, regni tum temporis usurpatorum, consensum impetrare posset, Archiepiscopus abnuat. Hoc ægre tandem accepto, Thorlacus Anno 1178. 6. Nonas Julii, præsentibus, Erico Stafangrensi, & Paulo Bergensi, Episcopis, Præsul consecratur (c).

§. 4.

Quam primum cathedram ascendit, omnia ad se, suumque munus, quodam modo pertinentia, rite ordinare & scite disponere cœpit. Domesticis statim certam vitæ normam præscripsit. Clericos pie viventes & officio digne fungentes in summo habuit honore, reliquos, aut paterne monuit, aut pro re nata castigavit. Instantibus majoribus festis, quotquot domi suæ habuit, clericis ad se adscitis, officium in memoriam revocavit; omnibus ipse exemplum præiens (d). Nam non tantum cibi, potus

-
- (a) Timens forte Erlingi Comitis iram, qui tum temporis Islandis inimicus fuit, ut habet *Vita Thorlaci*, sed inter Eisteinum Archiepiscopum & Erlingum Comitem arcta fuit amicitia. Conf. supra Sed. 2. cap. 3. §. 2. pag. 225.
- (b) Author libri cit. refert Archiepiscopum hanc addidisse rationem, quod *Klangum jam, & multum & siligo deficerent, ut posthac ipsis usui esse non posset.* vid. supra pag. 259.
- (c) De Thorlaco Eisteinus dicit: *Neminem a se ordinatum esse episcopatu digniorem, suamque ultimam vitæ horum quotidiane ejus vitæ similem fore* optavit. De tempore consecrationis confer *SCHÖNNINGIUM* in *Vita Eysteini* pag. 436.
- (d) Omnia enim, quæ aliis præcepit, ipse perfecit, dissimilis plane hac in re, sequiorum seculorum sanctulis, gravissima onera aliis imponentibus, minino autem digito illa attingere nolentibus.

rus & somni parcissimus, sed regulæ cui olim nomen dederat, etiam quæ ad victum & vestitum tenacissimus fuit; Aliis enim somno indulgentibus, lectioni sacræ & precibus invigilavit. Quovis mane cum vestes indueret, *Credo in Deum, orationem Dominicam, Jesu nostra redemptio, orationem Gregorii, primumque Davidis Psalmum*; templum vero intrans, solitas monachorum preces, hymnosque in laudem Sacræ Sanctæ Triadæ recitavit. Hinc Sanctos, præsertim templi, in quo constitutus fuit, patronum, Matremque Dei honoravit, tandemque coram altari pronum se stravit. quotidie vero præter enumerata, trientem Psalterii perlegit. Causas perplexas aut dijudicatu difficiliore tractaturus, Salomonis verba, sapientiam a deo flagitantis, in ore habuit. Concionantem *difficilis loquela & durior vox* quidem impedivit, sensus vero verborumque connectio, semper dulcis decensque fuit. In pauperes fuit *manificentissimus*; Nam præter quotidianas elemosynas, sub majora festa & solennitates, horum octo, decem vel plures Skalholmum vocavit, ad quos bene passos clanculum introivit, lotisque propriis manibus eorum pedibus, neminem indonatum abire passus est. Pecuniam aut pensiones ex adulteriis aut incestibus sibi debitas (a), suis oculis inferri noluit, sed orphanis, aut domestico aliquo malo pressis distribui curavit. Tempestates, tonitrua, aliaque, quæ sui juris non esse novit, nunquam impatienter talia Comitia anniversaria & tempora quatuor hebdomadam maxime se timere professus est. Illa ob causas perplexas, & enormia delicta, quæ ibi aut accidebant, aut dijudicanda erant. Hæc vero quoniam tum postmodum Clerici ordinandi erant; quorum quidam minus docti, quidam minus morati apparebant. Omnes autem qui ipsi minus placebant, ob meliorum penuriam, aliasque prægnantes causas, rejicere non sustinuit. Tenere semper fuit valetudinis, ideoque medicamentis, quæ ad manus fuerunt, crebro utebatur.

S. 5.

- (a) Vim legis tum temporis in Islandia obtinuit *Jus Ecclesiasticum* a Thorlaco & Kettilo compositum, in quo, quæ ad nos pervenit, de pensionibus Episcopis ex adulteriis debitis, nihil legitur; unde patet, aut id jam mutilum esse; aut quod vero similia, hunc morem, post id compositum, introductum esse. Ejusdem enī cap. 9. dicit: *Iustum est Episcopis a iudicibus civilibus petere, ut de reatu incestuosorum constituant.* Et in vita Thorlaci Rulphi filii, inquit Auctor *Hungarvake: Nullas alias* (scilicet præter decimas) *pensiones tum temporis ad Episcopum pertinuisse.*

§. 5.

Hic primus Episcoporum Islandiæ, jussu & instinctu Eisteini Archiepiscopi Nidarosiensis, excommunicationem in Islandiam, si non introduxit, saltem exercuit, multasque, ut videtur ex incestibus & adulteriis provenientes, Episcopis vindicavit. Clericis matrimonium interdixit. Primus etiam laicos templorum patrocinio, & bonorum ecclesiasticorum seu præbendarum dispensatione, omniqve earum usufructu privare aggressus est (a). Hujus controversiæ status & circumstantiæ ut melius intelligantur, rem radicis enarrabimus.

§. 6.

Vera religione in Islandiam introducta, ditiores pleriqve templa, quam maxime capacitatis & splendidissima ædificare certarunt, iisque campanas, vestes sacras, aliaqve magni pretii ornamenta, suis sumptibus compararunt. Quidam etiam alia, ut vaccas, boves, oves, eqvos, fues, ceteraqve animantia, quæ tum temporis lucrosissima fuerunt, templis & sacro usui ex suis facultatibus adscribi curaverunt. Nonnulli & ipsum fundum totum, dimidium, vel ex aliqua parte, jam cum villis & minoris note fundis, piscanis, aviariis, & talibus, quæ fructum aliquem ferrent, jam sine iis, legarunt. Sed singuli ea conditione & cautione adhibita, ut ipsi, eorumqve posteris, has in res tam mobiles, quam immobiles, patronatus jure semper gauderent, omniumqve bonorum usum fructum caperent. Interim tamen templa, eorum ornamenta & utensilia conservarent & auferent, personasqve sacras, puta sacerdotes, diaconos, eorumqve vicarios (quorum hoc seculum & sequentia feracissima fuerunt) sustentarent; Præterea unum aut alterum pauperum ex sua familia gratis alerent. Hæc majorum non minus pie quam sapienter instituta, Thorlacus annihilare, aut (ut ipse dixit & dici voluit) reformare in animum induxit.

O o 2

duxit

(a) Hæ controversiæ, de jure præbendarum & Clericorum conjugio, fax & tuba controversiarum fuerunt, quæ Thorlaco cum suis postea intercesserunt, ut ex dicendis patet. Conjugium interdictum Doctiss. ARNGRIMUS Crymog. pag. 109. *fructum militiæ quam Parisiensem Alsis militaverat*, vocat, quod quidem non diffitemur. Interim tamen somnium, ejus supra mentionem fecimus, altissimas in mente ejus radices fixisse videtur. Alias enim ipse in patriam rediit, dudum sacris initiatus, propositum de connubio contrahendo non intermisisset.

duxit (a); cujus rei anno episcopatus secundo, feu 1179. quadrantem orientalem visitans initium fecit.

§. 7.

Tum temporis prædium Svinafell tenuit celebris vir Sigurdus Ormi filius, qui templum suis sumptibus exstructum & ornatum, ab Episcopo consecrari petiit. Sed tenuit Episcopus, ni prædium cum omnibus ad id pertinentibus, plenoque patronatus jure sibi suisque successoribus concederetur; id enim ipsis, non vero laïcis, legibus divinis & constitutionibus Apostolicis concessum esse, eisque solum, ut omnium rerum sacrarum, sacrisque usibus semel addictarum dispensatoribus, convenire; *id etiam a Pontificibus Romanis, Apostolorum successoribus, per univèrsum christianum orbem in leges divinas & humanas relatum, quarum auctoritatem secutum Eisteinum Archiepiscopum Nidarosiensem, idem in Norvegia tentare, sibi que ut eadem in Islandia faceret, severe injunxisse. Laïcos autem hac in re Episcopis contumaciter resistentes excommunicandos, & ad finem dierum a vita æterna excludendos esse confirmavit. His minis victus Sigurdus, juri patronatus renunciavit; & sibi suisque posteris abdicavit, Episcopo autem & ejus successoribus addixit tradiditque. Hujus exemplum omnes in orientali Islandiæ quadrante proprietarii seu templorum patroni, præter Thvottaënsem & Hallormstadiensem; secuti sunt.*

§. 8.

Eadem tempestate in meridionali Islandiæ quadrante floruit Jonas Lopri filius, vir sui seculi, generis nobilitate (b), eruditione, & divitiis facile primus, sacro simul diaconatus (c) officio, & plurium provinciarum

-
- (a) Hujus causa, ut ipse Thoralacus fatebatur, fuit Eisteinus Archiepiscopus. Sed cum ille audiret, Eisteinum hac, reliquaque sua insolentia Sverrum Regem valde offendisse, & tandem in Angliam secessisse, ab incepto destitisse videtur. Archiepiscopusque tale quid a Papa in mandatis habuisse non puto dubitandum. Existare enim de hac re Bullas Alexandri 3ⁱⁱ. ad Svecos & Gothlandos testatur *ORNHELM* in *Hist. Eccl. Svec.* pag. 503.
- (b) Magni Nudipedis Norvegiæ Regis ex filia nepos; vide supra Sect. I. cap. 2. §. 14.
- (c) Id plurimis nostratium tunc, præsertim Magnatibus usitatum fuit, ut ex Ketilli Hohenli

rum politico prætoris munere fungens, patronumque templi Hofdabreckentis agens. Hoc dejectum tempestate, sumtuose resectum ab Episcopo sacris initiari voluit. Sed abnuens ille, eandem, quam supra tetigimus, telam texuit. Jonas autem utpote vir doctus, causæ & viribus confidens, talem conditionem rejecit, non inepte quædam de Episcoporum nimio rigore, exactiōibus, & injustis excommunicationibus, addens. Hæc ejus verba Episcopo ita bilem moverunt, ut in hæc erumperet: *Omnino quidem intolerandum esse, quod per fas & nefas res sacras tractare & dispensare auderet, ejus tamen adultèria & fænerationes, multo esse intolerabiliora.* Cum vero inter eos ad supremum venturum esse, viderent amici, qui utrinque adstant, tandem suis efficere potuerunt persuasioneibus, ut acceptis, quas primo Jonas proposuerat, conditionibus, Episcopus templum consecraret, atque hac vice, amici, saltem verbo, discederent. Sed plurimis in pari casu Jonæ vestigiis legentibus, Episcopus quidem ab incepto destitit; Igniculus vero qui semel fumare cœpit, tandem inter eos in apertum odii incendium erupit.

§. 9.

Jonas cæteroquin, vir undique magnus, mulierofitati plus nimio deditus fuit; plures enim præter legitimam uxorem concubinas habuit, ex quibus non paucos suscepit liberos. Inter has fuit ipsius Episcopi soror Ragneida, quæ cum ipso a teneris ungviculis consueverat, quod pium Præfulem pessime ussit. Hinc paulo post colloquium illud de quo nuper diximus, Jonæ, ut adultero, sacris interdixit, quam ille non ferens ignominiam, Episcopi non modo inimicus, sed & hostis fieri cœpit, quod odium malevoli quidam, oleum igni addendo aluerunt, in quibus primus fuit, Thorsteinus, adulterinus Jonæ filius. Quomodo autem controverfæ ferram duxerint, ex dicendis patebit (a). Præfuli aliquando ecclesias visitanti, iter prope Oddam (Jonæ habitaculum) fuit, quod præsciens Jonas, ad utrumque faucium seu angustiarum latus, qua

O o 3

Episcopo

Pauli Skalholtensis Episcoporum, aliorumque exemplis patet, qui ante quam Episcopi facti sunt, utroque munere fungebantur.

- (*) Jonam quidem ut mulierosum, cætera vero ut doctum & undique magnum virum, patriæque utilem, reliquæ omnes, præter *vitam Thorlaci* Manuscr. nobis describunt.

Episcopo transeundum erat, armatos disposuit. Sed appropinquante eo, ita illos nebula quædam occævit, ut vix uni alterum, multo minus præfulem cum sociis transeuntem cernere datum esset. Illi autem tot armatos se circumstantes, & quid sibi ista novitas vellet admirantes, intrepidi & illæsi transferunt.

§. IO.

Altera vice Episcopum per provinciam iter facientem Thorsteinus, patre nec jubente, nec omnino prohibente, cum valida manu insequens, Storuvallis prandentem offendit; statimque foribus occupatis, minas mortemque spirans, Præfulem, ut confestim exeat, adjurat. Ille vero exacto primùm prandio, suis dehortantibus, & tantum non obluccantibus, intrepide exit. Quod conspiciens Thorsteinus, ingentem, quam tenebat, securim, lacertorum robore fretus, Præfulem confecturus elevat; sed ipsi momento ita obriguerunt lacerti, ut nec sursum nec deorsum eos movere possent. Re itaque infecta ad patrem revertitur, qui postridie, ad angustias quasdam sese objiciens, pariter ac antea excæcatus esse traditur.

§. II.

Tertio itaque villam Skard, quo Episcopum venturum cognoverat, occupat, suosque ita ordinat, ut bina acies vicum seu fauces formaret. ipse autem proxime ad portam templi confisteret; Hoc conspiciens Episcopus, suis sequi jussis, confidenter armatas intrat fauces, & portæ appropinquans, dum equo descendit, Jonam, *qua de causa se a templo arceret velis, rogas? qui, quoniam sibi ab illo, pridem templi aditu interdictum sit, ideo se jam ipsi jus talionis rependere velle,* respondet. Rege-rente Præfule, *facis quidem se ipsi interdixisse; sed ejus expectantem respicientiam, non omnino devovisse; cum vero, ut jam videret, spes se festul-rit, non ultra dilaturum, sed quam primum sui juris fieret, illi dirissimis imprecationibus malum optaturum.* Tunc Jonas: *Excommunicationis penam se quidem meruisse fatebatur; Sed vera, inquit, loquor, tua maledictio & devotio me haudquaquam convertet. Sola dei gratia cor mentemque mihi mutabit. Itaque suo tempore volens, sed minime a te coactus, fovorem tuam dimittam.* Tandem neutro minas remittente, Ormus Episcopi Confessionarius,

rarius, utriqve amicus, suis persuasionibus & auctoritate, ut re infecta discederet, effecit. Jonas autem, Ragneida paulo post dimissa, absolvitur.

§. 12.

Altera Thorlaco, huic non dissimilis, circa Annum 1181, in prima quadrantis occidentalis visitatione, cum Svenone Sturlonio (a) controversa intercessit. Hunc Præful privatim primo & amice monitum, ut ab incestuoso adulterio desistere vellet, cum talia frustra esse cerneret, diris tandem devovit. Quod non ferens Sveno, cum armatorum cohorte Episcopum aggredi statuens, nebula subito coorta, cum suis errabundus vagatus est, usqve dum discordes arma in mutuam stringerent perniciem, in quo conflictu Sveno quendam suorum occidit.

§. 13.

Tertis magno Præfule cum Hugone Sacerdote Bajensi lis fuit: Erant Hugoni duæ filie, quarum primam Ejulfo Stafholtenfi elocaverat; secunda autem, editi in juventute partus, patrem, bubulcum parentis proficens, Theodoro deinde sacerdoti Saurbjensi nuptum data fuit; Sed longo post tempore, a Reino quodam, Theodorum quarto cognationis gradu tangente, imprægnatam se fuisse, professæ est. Hoc ubi Episcopo innouit, eorum conjugium, ut incestuosum, dissolvendum pronuncians, divortium ipsis injunxit. Hoc cum illi susque deqve ferrent, sacris eis interdixit, tandemqve ingenti stipatus cleri cohorte, pedaneorum in foro generali collegium accedens, jurejurando confirmari curavit, lege divina tale conjugium prohibitum esse (b). Liberos vero ex eo ortos, non

(a) Hic fuit filius natu maximus Sturlæ Theodori filii, cujus progenies *Sturlungi*, a parente denominati fuerunt. Sveno ut factiosus semper describitur. Vide passim *Sturlunga*.

(b) Non quidem ex legum Islandicarum sen Thorlaci & Ketill, sed Juris Canonici Romani præscripto, unde illas pro lubitu horum successores adaugebant & subditis tanquam leges divinas obtrudebant. *Sturlunga* Lib. 3. cap. 3. "Þessi misseri urðu Baar-
" Högnaðal, er hann gifti Sníðlaugu dóttur lína Þórdi Búðvarslýni í tvöföldum
" meinum. Þann ráðahag bannadi Þórlákr biskup með miklu guds traulli, at
" hann "

non tantum illegitimos, sed ex incestuoso congressu prognatos proclamans, ipsum Hugonem, ut conscium & illiciti connubii vaforem & auctorem ab officio removit; Ejulfo autem non tantum mulierositatis, sed etiam sacrilegii, quod prædium Stafholtense sibi haberet, causas intenuavit. Hanc sibi, ut putavit, illatam injuriam Ejulfus ulturus, Episcopum ad rivulum Geirfá, magno satellitum numero fultus adortur, ab ipso, ut pro duobus clericis, quos secum haberet, totidem muliercularum in Ejulfi clientela viventium constupratoribus, ex legum edicto satisfaceret, exoptulans. Sed abnuente Episcopo conditionem, & Ejulfo mala minari incipiente, priusquam ad extrema ventum esset, Thorelfus Beiskaldus (a) intercedens, & pro Episcopo spondens, controversiam sepovit, non vero sepelivit.

§. 14.

Prædictus Hugo, ex magna, quam ex Norvegia advexerat, matris templum Bajensé condiderat, cujus consecrationem, ni suo arbitrio, pacta & conditiones pecuniariæ concederentur, Episcopus abnuebat. Sed hanc optionem Hugone respuente, fatisque scoptice minitante, id equile & stabulum in Islandia, nobilissimum & celeberrimum futurum, domus diu consecratione caruit. Tandem Hugo, Episcopum, Reykholto Siurbajum tendentem, circa amnem Grímfa, non longe a villa Bajensi præterfluentem, ex insidiis adortur, & tantum non invitum reductum, templum, fat quidem amplis, sed tamen quibus ipse voluit, conditionibus consecrare adegit, quo factó, ipsum cum comitatu splendido exce-

" hann gekk til lögbergis með klerkasveit sína, oc lætr vinna eids, at fá ráðahagr " vzeri á móti guds lögum. Þá nefndi hann votta ad, segir í sundr ráðahaginn " oc forhodadi þá alla er rádit hofdu þessu. " Id est: *Hac tempestate cause Hugo- nis Bajensis inciderunt, is enim filiam suam Snialaugam Thordo filio Bodvari, du- plici cum incestu, elocaverat. Conjugium id Thorlacus Episcopus, magna in Deum fide- cia, contrahi prohibuit. Ille concessum iudicii universalis cuborte sacerdotum stipata adiit, & juramentis evinci curavit, conjugium tale legibus divinis esse prohibitum. Testibus exinde appellatis, conjugium resolvit & omnibus qui in hujus rei culpa fue- rant, interdixit.* Conf. supra Sect. I. cap. I. §. 5. pag. 107.

(a) Hic est idem ille Beiskaldus, qui & Thorelfus Dives audit, cujus supra mentio injecta est. Hic anno 1210. centenarius obiit.

pit convivio, donisque maceratum dimisit. Idem ipsius generi Eijulfus & Theodorus fecerunt, unde omnes verbo in amicitiam redierunt.

§. 15.

Senior factus, tædio seculi episcopatum resignare & in monasterium Thyckvabajense semet abdere cogitasse fertur. Sed priusquam propositum exsequeretur, mortalitatem explevit. Provinciam Borgfiordensem visitans, plus solito ægrotare cepit, quod sentiens, domum revertitur, mortique vicinus, coram amicis condito testamento, donisque in clericos quosdam & pauperes collatis, Paulo fororis suæ filio annulum suum mittit. Postquam extremæ unctionis sacramentum acceperat, omnes a se factas excommunicationes, in serio rei respiscerent, confirmavit. Deinde ab omnibus remissionem petens, ipse omnibus offensas remisit, tandemque 1193, 10. cal. Januarii, anno ætatis 60. officii 15. piam animam creatori reddidit (a).

§. 16.

- (a) Quæ de divo Thorlaco Norvegorum Sancto, multis virtutibus & sanctitate eminente ex *Breviar. Nidrosi.* pag. 576. 577. refert Perillustis PONTOPPIDANUS in *Ann. Eccl. Dan. Dipl. Tom. I.* pag. 463. ad annum 1186, optime in nostrum quadrant, si exceperis: (a) nomen antecessoris, qui ibi Erlingus pro Klango nominatur; (b) conjecturam, quod fuerit Episcopus Hamarensis in Norvegia, cum revera esset Skalholtensis in Islandia. (γ) Annum & diem æmortalẽ, illic enim dicitur obiisse Anno 1185. 12 cal. Junii, cum noster mortuus sit Anno 1193. 10 cal. Januarii. Deinde observandum, nulla, quæ de Thorlaco ibidem referuntur, cuidam Episcopo Hamarensi adscribi posse. 1) Quia nullus omnino Thorlacus in catalogo Episcoporum Hamarensium occurrit. Vid. *UNDALINI Deser. Norv.* pag. 37. 2) Quia unus tantum Paulus in eodem catalogo occurrit, qui non Thorlacum quendam, sed Hallvardum antecessorem habuit. 3) Paulus hicce Hamarensis Halvardo successit Anno 1232. juxta *Ann. Flas.* non autem 1193. 4) In diocesi Hamarensi, in regione scilicet mediterranea, nusquam occurrit Sinus Civitatis. Omnia autem, exceptis tantum supra indigitatis optime in nostrum quadrant. Verba enim ita se habent: *Thorlacus Episcopus, in provincia que Civitatis Sinus dicitur, in morbum incidens, mox ad propriam sedem veneavit, ubi per tres menses infirmatus, ante septimum obitus diem facultates & vestimenta sacerdotibus distribuit, & nepoti suo Paulo Diacono annulum aureum transmisit, quod futurorum suffragio fecit, nam idem Paulus successit in episcopatum ejus est electus. Deinde pie obiit hoc anno feria 5 die 12 cal. Jun. sub vespertan, anno et. sexagesimo, ubi episcopatum tenuerat annos quindecim, menses quinque, dies 22, cum sanctis Confessoribus coronandus.*

§. 16.

Hæc fere sunt, quæ de Thorlaco notatu digna nobis innotuerunt; Nam reliqua pleraque, licet ob ea, (miracula, infomnia, apparitiones, & talia, quæ mortuo Papisticarum superstitionum tenacissimi, tribuebant successores) in sanctorum numerum relatus sit, relatu indigna videntur (a). Anno autem 1198, communibus popularium suffragiis constitutum & in leges latum est, licitum esse Thorlaco vota nuncupare, inque ejus honorem, dies, æmortalē 10. cal. Januarii, & electionis 3. calend. Julii, festos habere (b). Eadem etiam ætate corpus in presen-

(a) Miracula, quæ nostro, præsertim mortuo, tribuuntur, nam virus etiam quædam patrasse credebatur, pleraque sunt ejus generis, ut lucem non ferant, necque ea enumerare, libenter superselemus.

(b) Nomen quidem Thorlaci Calendariis Danicis post Annum 1705. ad diem 23 Decembris insertum legitur, quod in gratiam Celeberr. ARNE MAGNÆI Nobiliss. *OLAUS ROMERUS* effici curavit; nunquam autem, quantum nobis constat, a Pontifice Romano Sanctorum albo inscriptus fuit. Ejus tamen veneratio per Daniam, Sveciam, Norvegiam, Angliam, Scotiam, Hollandiam, Orcades, Færðas & Grœnlandiam, se diffudit; imo etiam Constantinopoli templum in ejus honorem a Baldvino Imperatore, circa Annum 1204. extructum fuisse; & denique octo illa requisita Thorlacus, quæ a canonizandis exiguntur, habuisse refertur, licet nunquam actu canonizatus fuerit. Collecta ferè præcatio, quæ in ipsius anniversariis recitabatur, hic sibi locum vindicat, quæ in *Actis Societatis Scient. Hafn.* Tom. 5. pag. 292. ex Codice Manuscr. Biblioth. A. Magnæ, ab illustriss. Sælandiæ Episcopo *LUD. HARBOE* exhibetur. Quod divinum plane cultum Thorlaco exhibuerint, adeo ut per ejus sanctitatem & reliquias etiam jurarint, innuere videtur ipsius *Vita* Auctor de muliere quadam loquens, quæ, quod duos infantes peremerit infimulata, a maleficio, sanctissimo, quod excogitari potuit, jurejurando se purgare voluit. Ita ille: " Baud hún allar undanfærslur " líkilar fern Jóni ábóta sýndist hún tilfallin; Og er Jón Abóti kom þingat í freit, " tók hún þat ráð, at hön vann þunn eid, fern frekastann mátti stafa, fintrédóms " eid, oc lagdi hön hönd sína yfir þann umbúning er var hár ens scla Þórláks " biskops. " Id est: *Tantas obtulit purgationes, quantascunqve Jonas Abbas ei condignas reputaverit. Ubi autem Abbas Jonas eo in provinciam venerat, id consilii cepit, ut juramentum, quam strictissime diciari possibile esset, præstaret, juramentum scilicet quinti judicii, manum interea tæcæ, cui crines beati Episcopi Thorlaci im-* *ponens.* Quod etiam ejus cultus non intra Islandiæ terminos contineri poterit, sed multo latius se extendit, ex historiis constat. In Anglia eum inolevisse, docet *Vita Laurentii* cap. 18. His verbis: " Þú taladir miðe úvitrliga í morgin, " misgrunandi heilagleik þess ágata guds vinar hins heilaga Þórláks biskops er skín " morgun

tia amborum Episcoporum, Brandi Holensis, & Pauli Skalholtensis, immensæque popularium multitudinis, ex terra erutum, toto interim templo lucernis collucente, & Episcopis thuribula cum suffitu ferentibus, clericis vero, verba præunte Gudmundo Arii: *Veni creator, Litanias, Hymnos & Antiphonas* concinentibus, in medio templi pavimento, statuitur, ad quod valetudinarii venerabundi gregatim se prostraverunt. Factum hoc 13 cal Augusti, qui dies, anno sequenti, auctoritate publica inter festa relatus est, adhibita cautione, ut pridie publicum jejunium fanis omnibus esset. Hæc superstitio tantum cum tempore crevit, ut ad festum Sancti Thorlaci celebrandum, ingens mortalium multitudo Skalholtum quotannis conflueret, unoquoque donum votivum aut non vilis pretii strenam offerente. Tunc scrinium, in quo Thorlaci reliquiæ servabantur, auro & argento coruscans, summa cum veneratione circa templum & cœmeterium a viris primariis ferebatur. Ad augendam pompam, campanæ sonabant, lucernæ ubique splendebant, svesesque concinebantur cantilenæ.

§. 17.

Abominandus hicce mos usque ad *Gissuri Einaridæ* dies, primi Evangelici Skalholtensium Episcopi, duravit, qui Thorlaci scrinium, omni
Pp. 2. fuo

" mörgum oc fagatum jaræcnium, oc sva vita menn at hann er miskunfarr vit þá
 " sem til hanns kriúpa, svá er hann oc miðe befnisfarr þeim sem í móti hönum
 " göra. At því gaf einum dára í Englandi, at hann þóttist göra til háðungar og
 " spotts við hinn heilaga Þórlák biskop, takandi eite mörbúga, framberandi fyrri
 " líkneski Þórláks biskops þessum ordum talandi: *Viltu mörlandi, þá er utan af*
 " *Íslandi*, feck fá sva skíóta hefnd, at sú hönd, sem uppheldt mörbúganu, vard
 " sva stírd sem tre, varþ hann þar at standa sem hann var cominn med uppretri
 " hendi, þar til sem gódir menn báðu fyrri hönum, oc hann ypradist síns glæps,
 " vard hann laus. " Id est: *Hodie mane admodum insipienter loquebaris, sanctita-*
 " *tem in dubium vocans egregii Dei amici, sancti illius Episcopi Thorlaci, qui multis*
 " *& innumis miraculis inclaruit, quem aqve in supplices clementem, ac in refractarios*
 " *vindictæ cupidum esse, omnibus est notum. Hoc morio quidam in Anglia expertus est,*
 " *qui Sanctum Thorlacium deridendi & ignominia afficiendi ergo, sarcinem adipale ima-*
 " *gini Thorlaci Episcopi porrigens, his verbis allocutus est: Placetne terræ adipalis indige-*
 " *na? Tu Islandus es. Is repente panem luit, ita ut manus sarcinæ porrigens, ligni*
 " *instar exarsceret, ille quoque, in eodem loco, manu sublevata consistere cogebatur,*
 " *usque dum bonorum virorum intercessione, & sceleris penitentia, relaxaretur.*

fuo ornatu privatum, e medio sustulit (a); hodiernum autem, quod Skalholti conspicitur, ex prioris reliquiis celeberrimus *Svenonius* refici curavit. In hoc diu aridum humani femoris os, panno involutum, asservabatur, ex Thorlaci reliquiis superesse a quibusdam creditum, quod demum circa Annum 1715. iussu & auctoritate *Johannis Widalini* una cum mortuo quodam sepultum fuit. Conspiciuntur Skalholti rudera quorundam vestigia, quæ *Thorlaci sedes*, vocantur, ibi enim horas canonicas aliasque precatiunculas recitasse perhibetur.

CAP. VII.

De Paulo Jonæ filio.

§. I.

Thorlacum Paulus Jonæ, natus Anno 1155. excepit (b). Hic primis tyrocini rudimentis sub parentis institutione depositis, majoris profectus gratia peregrinationem susceperat, a viris Principibus, magni semper æstimatus Haraldo præsertim Oræadum comite; apud quem cum aliquantisper commoratus fuisset, Anglicanis musis tanta cura & industria militavit, ut in patriam redux, popularium comitissimus & doctissimus haberetur (c).

Post

-
- (a) Hinc etiam originem traxit abusus, qui diu circa Skalholtum duravit, ut pridie festum Thorlaci, opilionibus & bubulcis portio lactis concederetur, ex qua caseos, oxygalum, & pulmenta fieri curaverunt; conventus deinde aut convivia in agris aut mæpaliis in Thorlaci honorem, furentibus similes instituebant, quæ sua sacra *Bdismaternæ*, seu Bacchanalia insigniverunt. Perverium hunc morem sua tandem auctoritate abolivit Oddus Einarides Skalholtensis Episcopus circa Annum 1590.
- (b) Paulus fuit filius Jonæ, Lopti nepos, Sæmundi Sapientis pronepos. Uxor autem Lopti, Pauli avia, fuit Thora Magni Nudipedis Norvegiæ Regis filia. Mater vero Pauli fuit Ragneida, Thorlaci Episcopi soror, de qua supra.
- (c) Personalìa, quæ ei tribuit Auctor *Vitæ Pauli* talia sunt: *Fuit statura mediocrit, sed decensissima membrorum compage, facie candida, oculis albis, capillis crispis, ingenio ad quævis docili, summus mechanicus, eloquens & cantor quovis vocaliter, præterea affabilis, liberalis, humanus, prudens, pius, justus, & doctus. Tantusque erat versificator, ut de quovis oblata materia carmen latinum ex tempore compingere valeret.*

Post reditum paucis annis apud patrem transactis, villam Skard, cum uxore, quam juvenis duxerat, inhabitare cœpit (a). More seculi sacro simul diaconi & politico Prætoris officio fungens, ita se semper gessit, ut omnibus bonis carus, avunculo autem Thorlaco acceptissimus esset, quo mortuo, præcunte Brandi Holensis voto & auctoritate, Episcopus eligitur. Et licet initio oblatum honorem respuere videretur, tandem tamen, ut illum susciperet, persuadi sibi passus est.

§. 2.

Dispositis itaque rebus domesticis & Thorkillo Halli filio, negotiis ecclesiasticis commendatis, iter Norvegicum consecrationem accepturus ingreditur. Sed Nidrosiam perveniens, Eirecum Archiepiscopum capitali odio a Sverro Rege dissidentem, in Scania apud Absalonem Daniæ Archiepiscopum exulare comperit. Illuc itaque properans, in sabbato quatuor hebdomadam, 5 Cal. Martii a Thorero, Episcopo Hamarensi, sacerdotio initiatur. Deinde ad Sverrum Regem divertens (b), a quo omnibusque Norvegiæ Episcopis, (Rege sic jubente) commendatitiis literis præmunitus, Lundum ad Archiepiscopos ipso tandem Paschatos festo pervenit. Exantlato deinde examine Theologico, dignum quidem Episcopalis muneris functione Archiepiscopi judicarunt, sed ordinationem, nescio qua de causa, nihilo minus distulerunt, quam demum, jubente Rege Canuto (c), Absalon Lundenfis, Erico Nidarosienfi Archiepiscopo & Pe-
Pp 3 tro

(a) Uxorem habuit Herdisam, Ketilli filiam, Thorleifi Beiskaldi neptim, quam eum ante Annum 1178, seu Thorlaci avunculi episcopatum duxisse, ut & sacris initiatum fuisse probabile est.

(b) Paulus Sverrum tertio consanguinitatis gradu attingit hoc modo: Sverrus patrem habuit Sigurdum, avum Haraldum Gillium, proavum Magnum Nudipedem. Pauli vero pater Jonas, matrem habuit Thoram Magni Nudipedis filiam.

(c) Non est vero dissimile Archiepiscopos Paulo iniquiores fuisse ob Sverri Regis consanguinitatem & amicitiam, cum quo, ut excommunicato, canonum sanctorum contemptore, libertatis ecclesiasticæ oppressore & illo perditionis, Islandis & Norvegiæ, speciales Bulla Pontifex Romanus omne commercium interdixerat. Vid. PONTOPPIDI, ad Annum 1195. quod denuo renovatum fuisse videtur. Vid. ejusdem *Annal. Eccl.* ad annum 1198. Forte etiam accessit, quod Paulus in conjugio vixit, dudum enim seu 1119. in concilio Romano Calixtus 2. sacerdotibus conjugium interdixerat, quod

tro Roskildensi Episcopo adstantibus, 9 Cal. Maji 1195. ei impertivit (a). Per Norvegiam revertentem Rex Sverrus Bergas usque deduxit.

§. 3.

Ad borealis Islandiæ litus in tractu Eyafjörd appellens, Brandum Holensæm offendit, cui cum aliis primatibus lautum præbuit convivium. Quam primum vero Skalholtum pervenit, maxima illuc hominum frequentia, primam ipsam missam decantantem auditura confluit, quos omnes hospitio excepit (b). Deinde atrium templi Skalholtensis magnis sumptibus exstruxit, in cujus lacunari ædiculam, ad quam per cochleam ascendebatur, totam intus exquisitissime pietam Thorlaco consecravit. Templum autem una cum atrio, vitreis fenestris, crucibus, imaginibus, multisque ingentibus campanis ornavit. Sibi ipsi ex secto lapide conditorium confici, reliquorum vero Episcoporum sepulcra adornari, nec non reparari, curavit (c).

§. 4.

in Norvegia, præsertim vero Dania urgeri hoc tempore cœptum est. Vid. laudat. *PONTOPPID.* ad Annum 1189. Sed hæc obstacula, auctoritate & intercessione sua Canutus Rex removere videtur. *ARNGRIMUS Crymog.* pag. 109. scribit Paulum vixisse in aulis Waldimari Dantiæ, & Sverri Norvegiæ Regum; sed quando, & quamdiu, non addit. Primam peregrinationem Paulus per Orcades in Angliam suscepit, ut supra dictum est. Sed dum hac vice ordinationem expectavit, non in aula, sed in cænobio, dicto Herredswad, commoratus est. Neque tum temporis Waldimarus, sed Canutus Waldimari Magni filius, Victoriosi frater in Dania regnavit.

- (a) Paulus cuique Episcoporum aureum magni pretii annulum, reliquis autem qui ipsius ordinationi quodam modo subserviebant, honorarium quoddam dedisse perhibetur.
- (b) Vulgus novitatis avidum, primam proletarii cujusdam Pastoris missam audiendi, non minore appetentia tenebatur, quam antiqui Episcopi quartam vel quintam. Ad primam vero Episcopi missam, ingens semper mortalium multitudo concurrerat; Jam vero cum Paulus prima vice, tanquam Pastor & Episcopus sacra administraret, innumeram fere hominum frequentiam adfuisse verosimile est.
- (c) Ad faciendos tantos sumptus Paulum, cognatos & amicos suis facultatibus juvisse, quorum plerique in re lauta vivebant, credibile est; Nam de Szamundo fratre refertur, quod ipsi ad consecrationem accipiendam enaviganti mercimonia 240. joachimicorum pretium exæquantia mutuo dederit, quæ Præsul fratri assignatione decimarum ex villis quibusdam in parœcia Oddensi sitis, sibi debitaram, rependit. Sed hæc commutatio

posteq

§. 4.

Paulo, postquam cathedram ascenderat, Thorlaci sanctitas (per apparitiones & miracula, quæ patrare credebatur) manifestari, & in ore vulgi esse cœpit, quam ille primo dissimulans, ut in Deum & avunculum impius traducebatur. Sed accedente Brandi Holensis auctoritate, & populi flagitationibus, non tantum turbæ superstitionum se admisit, sed princeps & coryphæus esse cœpit. Nam Anno 1198. in publico conventu, ut certi dies ipsius honori dicarentur, ipsiqve ut divo vota nuncuparentur lege sanciri fecit, & paulo post cadaver translocari & publicæ adorationi exponi curavit, peractisque ceremoniis, in divi honorem, mille hominum exquisitissimas epulas præbuit, apophoretis in magnates collatis (a); sequenti autem anno, ipso adstipulante, Thorlaci festum anniversarium institutum fuit. Paucis exhinc annis, scrinium multo capacius & pretiosius quam unquam antea in Islandia conspectum fuerat, auro, argento, & gemmis ornatum, in quo Divi reliquias condi placuit, summa arte & maximis impensis, fabricandum curavit (b). Dira etiam fame Islandiam atterente, ut in gloriam Dei, oratio dominica ter quotidie a quovis incolarum recitaretur, & in memoriam Thorlaci, lactis, farinæ & pabuli portio sacris usibus destinaretur, constituit, quo factò annona in melius mutata esse fertur.

§. 5.

In officii administratione Thorlacum maxime imitabatur, nisi quod controversias de præbendis & conjugio clericorum, suas non faceret.

Quater

postea inter Arnam Thorlaci Episcopum Skalholtinum & Sighvatum Sæmundi nepotem litis causa fuit, ut suo loco dicendum veniet. Campanas vero quasdam Paulus pecunia, a Thorlaco sacris usibus destinata, quasdam vero suo ære comparaverat, addit Author *Vite Pauli* tantas campanas & fenestras in Islandia nunquam antea visas fuisse.

- (a) Sumruofum hocce epulum *ARNGRIMUS Crymog.* pag. 199. in dedicatione atrii præbitum esse refert. Sed cum dedicatio atrii media hyeme facta fuerit, vix sit verisimile tantam multitudinem confluisse. Nos itaque authorem *Vite Pauline* sequentes, ad Thorlaci transflocationem illud retulimus.
- (b) In totam hujus scrinii fabricam circiter 2000. joachimicos Paulus expendisse fertur, qui sumtus donis votivis Thorlaco quotannis a superstitionis multitudine, miracula & exauditiones, aut flagitante, aut rependente, oblati, abunde restituebantur.

Quater quotannis concionem publice habuit, Die scilicet natalitiorum domini, Die cinerum, Die viridium, & Natali templi. Provinciam visitans, in templis ad quæ hospitatus fuerat, peroravit. Sedente eo, inter emtores & venditores, tam advenas quam indigenas, mensuris & ponderibus varie & peride agebatur, cui ille malo remedium allaturus, sapientissimorum, quorum tum copia fuit, virorum consilio utens, mensuræ genus quod binas ulnas contineret, excogitavit, omnibusque usurpandum commendavit (a). Litterarum promotor semper fuit. Hinc accuratum templorum & sacerdotum suæ dioceseos numerum inivit, templa 220, quæ 290. sacerdotes exigerent, invenit. Superfluis itaque Pastoribus eruditionis acqvirendæ gratia ad externos abundi veniam concessit (b).

§. 6.

A viris Principibus & Dynastis magni semper æstimatus fuit, quod quidam pretiosus ipsi transmissis donis restatum fecerunt. Nam Thorerus Archiepiscopus ei insulam auro intextam, anulum aureum, & pretiosas chirothecas; Nicolaus vero Asloënsis anulum itidem aureum & balsami copiam ipsi miserunt. At ille falcones & licuos ex dentibus affabre factos remisit.

§. 7.

(a) Tale mensuræ genus vocarunt *Stika*, cujus usus dudum obsolevit. Dissentit quidem in his a nobis doctissimus nobisque amicissimus Sor. Acad. Prof. dignissimus JOHAN. ERICI, innuens hanc *Stikam* fuisse semiulnam. Vid. ARNESENS *Íslandste Rettingang* cap. 13. pag. 225. sed nobiscum sentit *Vita Pauli Episcopi* Manuscript. " Þá " gaf Páll biskup það ráð, at menn skyldu hafa *sikur* þar, er hvör hefði tveggja " ulna lengd. Styrktu þat Gísfur Hallsson oc synir hanns, Þórvalldr oc Magnus, " sva oc brædr hanns, Sæmundr oc Ormr, sem bæði var lögsþakr oc forritri. " Id est: Tunc Paulus Episcopus consilium dedit, *Stikas* adhiberent, quarum quævis duas exæquaret ulnas. Itac in re illi Gísfur Halli filius, ejusque filii Þórvalldr & Magnus, ut & ejus (Pauli) fratres, Sæmundus & Ormus patrocinabantur, qui (Ormu) tam erat legum peritus quam sapiens. Conf. Codicem *Juris Island.* Kaupob. cap. 26. " *Stika* skal sú vera, at tvær alnir giöri stiku sem verid hefer ad fornu. " Id est: *Stika* in posterum talis erit, ut una *stika* duas exæquet ulnas, ita ut alin obtinuit. Hodie communiter utimur ulna Hamburgensi.

(b) Observandum hic templa non raro plures habuisse sacerdotes. Fuerunt etiam vagi quidam Pastores, qui nullum certum templum aut gregem habuerunt, cui curam impenderent.

§. 7.

Anno 1201 Brando Holensi a dioceſeos civibus Gudmundus Arii ſublegitur, qui priuſquam ad petendam ordinationem abiret, Paulum per litteras, ut ſuam electionem aut approbare aut improbare vellet, petiit, ſe enim ejus conſilio ſtaturum, & ad id, quod ipſi magis ex uſu eſſe videretur, paratum eſſe dixit. Hic communicato cum amicis conſilio, electionem ſuo calculo adprobans (a), ut ſe priuſquam abiret, conveniret, rogavit. Cujus voti Electus eum compotem fecit. Nam inunte vere 1202 Skalholtum venit, acceptiſque Pauli ad Archiepiſcopum litteris, ejuſque negotiorum adminiſtratione in ſe ſuſcepta, in Norvegiam trajecit. Sequenti vero ætate revertens, Paulum orientalem quartam viſitantem & Jonam Grönlandiæ Episcopum convenit. Jonas enim annò ſuperiore in Islandiam venerat, & Skalholti cum Paulo, humaniter habitus, aliquamdiu degerat, jam vero Romam petiturus, a Paulo non indonatus diſceſſit (b).

§. 8.

Inter diſſidentes Paulus ſemper aut pacificatorem aut arbitrum egit. Anno 1197. una cum patre inter primates de cauſa Thordi Ruffi litigantes, & in comitiis conſiſtentes, amicitiam conciliavit. Anno 1201 inter Sæmundum fratrem & Sigurdum Ormi filium, capitali odio diſſidentes,

(a) Epistoletum Pauli ad Sæmundum fratrem, ejuſdemque reſponſoriarum, & tandem Pauli ad Gudmundum exempla exhibet *Sturlunga* lib. 3. cap. 60; quæ infra in Gudmundo Arii tranſcripti.

(b) Jonas in orientali Islandiæ quadrante maxima hyemis parte conſumtus, ſub Paſcatos feſtum Skalholtum venit, & una cum Paulo die Viridium ſacra peregit. Paulus enim more ſuo concionem habuit, reliqua Jonas fecit. Hic ex præſcripto Sverri Regis, ex baccis indigenis Islandos vinum conficere edocuit. Sequente autem anno Islandia perpaucas baccas protulit. Tantummodo Ericus quidam, villa Snorraſtadenſis in traſtu Langardal colonus, paucas collegit, eaſque Skalholtum deportavit, ex quibus potabile vinum factum eſſe fertur. Sed tali vino Islandos in ſacra cœna uſos fuiſſe non eſt probabile. Novi virum, qui noſtra ætate ex baccis indigenis vinum conficere tentavit, quod potabile quidem fuit, idem enim mihi aliquando propinavit, non tamen bonum dici merebatur, nec ætatem ferre potuit.

dentes, primo peccatoris, & mox arbitri munere una cum Thorvaldo Gif-
furi functus est. (a), eosque in concordiam reduxit. In causis collegæ sui
Gudmundi, quem, post necem Kolbeini Tummaæ filii, Archiepiscopus
Trundheimensis ipsi de meliore nota commendaverat; ejusque hostium,
quorum plerique Paulo affinitate aut sanguine juncti erant, quasi inter
sacrum & laxum constitutus, medium se gessit; Illi suam non modo inter-
cessionem, sed etiam facultates ad placandos inimicos offerens, & ut
pacem pereret, suadens; his vero ut modeste & lente procederent, un-
que remitterent, nihil effecit; Nam Gudmundus, Pauli consilia, ut am-
bigui & partibus studentis contempsit. Nihilofecius Paulus postea, cum
omnium indigus, vagus, & quasi exul erraret, eum, ut ad se divertere-
tur, invitavit, quod ille pariter, ut prius, respuit (b).

§. 9.

Herdisa Pauli uxor, virago sui ævi celeberrima, & œconomia pe-
ricissima, Anno 1207. pro more, vernali tempore res œconomicas ordi-
natura, villam Skard petiit, domum vero revertens, in fluvio Thiørsa,
solutis nivibus & pluviis turgente, cum Halla filia & quibusdam aliis sub-
mersa est. Hoc inopinato & lugubri casu in tota vita Episcopo nihil acer-
bius accidit (c). Tandem ipsum, occidentalem quadrantem, visitantem,
lethifer morbus, Hytdali, integrum mensem, lecto affixum detinuit; paul-
lulum refectus, Skalholtum ægre pervenit, ubi 3 cal. Decembr. anno salu-
tis 1211, ætatis 56. officii 16. vitam cum morte commutavit, relicto filio
Lopto, parenti in plurimis simillimo, qui Hytdali 1261 obiit (d).

(a) Conf. *Sturlunga* Lib. 3. cap. 45.

(b) Vid. infra Sect. 4. cap. 5.

(c) Thiørsa fluvius meridionalis Islandiæ, eorum maximus, qui eqvo trajiciuntur, in quæ
tamen perraro viatores merguntur, quod vulgus Pauli precibus tribuit, id enim a
Deo impetrasse credunt.

(d) Hujus pater opera in suis ad exteros negotiis, imprimis apud Episcopum & Comitem Ora-
denfes, Inguum Norvegiæ Regem, & Haconem Comitem, Thororum Archiepiscopum,
& Nicolaum Osloënsium uti solebat. Ejus in *Sturlunga* crebra mentio fit.



CAP. VIII.

De Magno Gissuri filio.

§. I.

Paulo præmatura morte extincto, Teitus Bessi filius a civibus successor destinatur (a); cui in Norvegia, antequam Episcopus consecraretur, mortuo, tandem Anno 1215. ipsius avunculus Magnus Gissuri substituitur (b), qui a Divo Thorlaco informatus, educatus, & sacerdotio initiatus, ducta uxore, nobile prædium Tungam inhabitare cœperat (c). Anno 1201, una cum Gudmundo Aarii, Holensis Episcopatus candidatum egit, sed Holensibus extra suam diœcesin episcopum quærere indignantibus, repulsam ferens, Romam 1202 invisit (d).

§. 2.

Anno 1216. a Guthormo Archiepiscopo Nidrosiensi inauguratus, Skalholtensem cathedram tandem ascendit. In concilianda inter dissentientes populares pace assiduus fuit. Circa Annum 1220 civium tunc temporis celeberrimi Snorro Sturlæus & Magnus Gudmundi, de hereditate Jorunæ cujusdam, quæ Divis communiter audiebat, contentionis ferram tanto ardore reciprocarunt, ut tandem Snorro 800. armatis stipatus comitia adiret, qui in mutuum conflictum ruisissent, ni Præful aliquæ sedatio-

Qq 2

-
- (a) Hujus mater fuit Halldora, Gissuri (cujus sæpe mentio facta est) Nomophylacis filia, Gissurus vero fuit Halli filius, qui Electus Skalholtensis, Ultrajæcti obiit Anno 1150.
- (b) Gissuri Nomophylacis filius, de quo modo diximus, cujus genealogia ex notatis facile cognosci potest. Juvenem Thorlacus Runolfi in maximis deliciis habens, frugi virum fore prædixit.
- (c) Antiquis Tunga, nobis vero Brædrætunga salutatur prædium in australi Islandia amantissimum, non longe a Skalholto disitum, quod sibi Magnates sedem sæpe elegerunt.
- (d) Holenses semper, ex quo iis propriam habere Episcopum concessum fuit, sibi ipsi sapuerunt, ideoque alienigenas nunquam pertulerunt, quæ de re in sequentibus verba facere occasio dabitur.

fedatores intercessissent (a). Inter Thorvaldum Snorronis Vatnsfordensem, & filios Rafni Sveinbjörnsonis, quem insontem Thorvaldus Anno 1215. infidiose occiderat, non tantum intercessorem egit. sed etiam causæ arbiter lectus, non sine æqvitatæ laude Anno 1222. sententiam dixit. Paulo post Sturlæ Sighvati cum patruæle Snorrone Sturlæo, de causis & facultatibus Joreidæ ejusdam litigantibus, concordæ auctor & conciliator extitit. Anno 1234 Sighvati Sturlæi & Kolbeini Arnoridæ, quorum hic 700, ille vero 800 armatis cinctus, in comitiis apparuit, reconciliator fuit. Anno 1233. ipse cum Snorrone Sturlæo, amicitiam redintegavit & pactum fecit.

§. 3.

Anno 1226. celeberrimum Vidöense monasterium fundavit, sura Thorvaldo fratre fundatum confirmavit. Thorvaldus enim consilio & auctoritate Snorronis Sturlæi, pecunia, quam Kolskeggus Dives cognominatus, cœnobiis legaverat, fundum Vidöensem emit, ibique monasterium fratris auctoritate adjutus fundari curavit, cujus haud indignum alumnus ipse postmodum factus est. Ad hoc ditandam & decorandam, ipse Præful, non tantum ex annuis redditibus, tributum, quod quivis colonus, totum tractum inter Bornfá & Hafnarfjord inhabitans, ipsi pendere tenebatur, attribuit; sed etiam universis Kjalnesensis provinciæ incolis, ut ex propriis facultatibus aliquid darent, auctor fuit (b).

§. 4.

(a) Quæ in Annum 1220. & postea incidunt, prolixè describit *Sturlunga* lib. 4. cap. 31. & seq.

(b) Hanc Magni Episcopi donationem confirmavit Jonas Halchari, & Gotsvinnus, Skalhottenses Episcopi, ut & Snorro Thorleifi & Gudmundus Gilfi, ejusdem diœceseos Officiales, ut suo loco dicitur. Fragmentum epistolæ, Kjalnesensis toparchiæ incolis scriptæ, quod superest, ita se habet: " Guds kvediu oc sína sendir Magnús
" Biskup í Skálholti hændum og búþægnum oc Prestum í Kjalnes þingsókn, þar
" með öllum guds vinum og sínum. Mikla þöck eigum ver at kunna þeirra hlutu
" allra er til dýðdar eru gudi og hinni sælu guds móður Marie, enn oss til fídar
" oc farsælu, ef ver kunnum til at geta. Nú er það framkomid á vorum dögum,
" er hinir fyrri gódir menn og gósfugir höfðu tilstundad, ad nokkur Regjultur
" skyldi settr verda í vorum fiórdungi, sem í öllum öðrum fiórdungum vors lands.
" Nú er stadr hafdr í Videy oc gefinn gudi oc sælli guds móður Marie, oc þar
" þar

§. 4.

Anno 1224. quædam circa officium missæ seu in liturgia & ceremoniis ecclesiasticis, innovavit & reformavit, quæ mutatio qualis aut quanta fuerit, non liquet. Interim tamen, haud absimile vero est, ab Annalium authoribus indigitari, illam Constitutionem ecclesiasticam, quæ Magni Episcopi præcepta, inscribitur, & juri Ecclesiastico recentiori cap. 43. inserta legitur (a). Anno 1226. a Petro Hulafstadenfi Norvegorum Archi-

Qq 3

episcopo,

" þar nú menn samansett, þeir er verdugir, eru til þess, at þíona þar gudi oc
 " hallda bænum fyrir heilagri guds kristni, nótt oc dag, og þeim mönnum einkan-
 " legast er þennan stad styrkia oc stidia til þessa góða ráds með sinni tillögun. Enn
 " her standa sár stodir ad so unnu, fyri því at stundum er skípt kyrknanna í milli,
 " meiga oc því varliga missa, þar mennirnir er þær vardveita. Vilium ver af
 " því bidia þeirra tillagna er engann mann mega úr fe hafa, enn stadnum í Videy
 " kœmi til nytta, og mun það mikil stod, ef samankemr." Id est: Magnus Epi-
 " scopus Skalholtensis colonis & rusticis ac sacerdotibus toparchie Kialuesensis, ut &
 " omnibus Dei ac suis amicis, Dei & suam salutem mittit. Magnæ nobis prægende
 " sunt grates, pro omnibus rebus, quæ in Dei & beata Mariæ Deiparæ gloriam, no-
 " stram autem, si ipsi nobis non desnerimus, salutem & prosperitatem tendunt. Cujus
 " viri boni & nobiles olim sætegerunt, id nostris diebus ad executionem est perductum,
 " in nostro videlicet quadrante, æque ac in omnibus reliquis quartis factum est, cænobi-
 " um fundatum iri. Jam cænobium Videyæ constitutum, & (prædium) Deo & bea-
 " te Mariæ Deiparæ donatum est, ubi homines vitam (monasticam) capefferere, digni,
 " qui Deo ibidem servians, & noctu ac interdum preces fundant, pro sancta Dei eccle-
 " sia, præsertim vero pro iis hominibus, qui prædium hoc suis symbolis in meliorem stu-
 " tum adaugent & promovent. Hic autem pro præsentis rerum statu res est angusta,
 " cum (monachis) interdum ex ecclesiarum bonis alternatim (victitandum sit), quævis
 " illarum curam gerentes, vix habeant quod facile erogare possint. Hinc est quod sym-
 " bolis expetimus quæ, singulorum neminem opibus privant, sed cænobio tamen Videy-
 " ensi profuturae sunt, & in unum collectæ magno erunt emolumento.

- (a) Quid eum ad hanc mutationem impulerit, incertum est, sed si conicere liceret, diceret aliquis, Capituli, seu fratrum Nidrosiensium auctoritate fretum id fecisse, nam 1223. duos sacerdotes Jonan Arnori & Arnorum Biarni, Nidarosiam ablegaverat, qui hoc anno reduces, litteras fratrum seu Capituli reddiderunt, quorum constitutiones rescindere Petrus satagebat; hujus enim electionem impedire, & ne ordinatum quidem accipere voluerant. Constitutio ista ex Codice membranæ Bibliothecæ A. Magnzi, sub No. 554. in Folio, exscripta, collata cum ejusdem Bibliothecæ Membris in Folio 351. & Quarto 186. ita se habet, quæ vero casis includuntur, variantes sunt lectiones: " Þessi bod voru sett af Magnúsi biskupi oc í samþykkt tekin af öllum lærðum

episcopo, qui proximo anno archicathedram ascenderat, per Gudmundum Holensium Præfulem, post quadriennii in Norvegia mansiōnem, in patriam

lærdum mǫnnum á prestastefno. at prestar skulu ei meir fyrna þjónta enn
 skipta um sinn á hverjum mánaði. Sýngja *Credo in unum* í messo hvern drottins-
 dag. Jóládag hinn fyrsti í öllum mellum, setta dag Jóna. átta dag oc ísþan í
 þeirri viku (messo) er *puer natus* er sýngin. þrettánda dag. Uppstígningsdag.
 Mátiameffor (sönnar) sunnu. Kroffimeffor bádar. Allra heilagra messo. Kirk-
 iudag. Altársdag. in festo Reliquiarum. Postulameffor allar löghelgar. oc alla
 Páskaviku. oc svo hlytadagaviku. síðra octavusdaga. Epiphaniæ. ascensionis. & as-
 sumptionis marie. & nativitatís eiusdem. Marci evangeliste. Luce evangeliste.
 Johannis ante portam latinam. in commemoratione Pauli. ad vincula Petri. Barna-
 be Apostoli. Marie Magdalene. in divisione Apostolorum. & transfiguratione do-
 mini. Eigi skal hafa fleiri en tíu prefaciones í meßum. eina um iól til þrettán-
 dadags. *Quia per incarnat.* Adra in epiphania domini átta daga. *Quia cum uni-*
genitus. Þridia um lángefstu til Palmadags bæði drottinsdaga oc þar í mill-
 um. *Qui corporali ieiunio.* Fjórida hina æftu viku fimn daga. *Qui salutem* oc
 iasnan er messa er sýngin de cruce. Fimta nm Páskaviku til (gagndaga) Upp-
 stigningardags. *Te quidem.* nema í gagnadaga messo. þá skal hvers dags prefacio.
 Setta de ascensione domini níu daga. *Qui per resurrectionem.* Síunda um Hvít-
 daga. *Qui ascendens,* oc iasnan er mella er sýngin de spirítu sancto. Atta de
 trinitate alla þá viku oc drottinsdaga alla frá hvítadögum til jólanafstu. *Qui cum*
unigenito, nema þat festun er sýngit er ser hafi adra (ádr) prefacionem. Njunda
 de Apostolis. *Te dominum suppli,* oc se sú ísþan er þeim er sýngit (nema vigíla).
 Tíunda sancta Maria *Et te in veneratione* oc veri sú iasnan er heimi er sýngit nema
 kyndiemesso. þá skal vera. *Quia per incarnat.* oc svo þar til drottinsdaga frá octava
 epiphania nema niuvikna talta kome fyrr. þá skal óbreytt prefacio. Hafa skal
 communicantes oc *Hanc igitur* alla páskaviku oc helgu viku. jóladag í öllum
 meßum. þrettándadag. skíudag. uppstígningardag. oc einga þessa hlute optar en
 nú er skvedit. Sá hver er hann gíðer annars kostar at vilja sinum. gjalldi bi-
 kupa tólf aura. edr misla eila messofánga. Fingja á at losa hofutlynd. oc eingin
 at at gíðra þó at bodin se. um þá hlute eina kyll hugr ombun er madr er (egi)
 skýldr at vita. bióða bera skript firir bera lynd. en leynda skript firir leyndan
 laust. (Prestar skulo) Banna berliga í formæli páskadag þjóntotekiu hvenum
 þeim er ei hefuer til skripta gæmgit. edr ser veit á hendr leynda stórglæpi. Mann
 konur at eins skal í kyrkiu leida með loganda kerti þær sem börn eiga með bænd-
 um sínum. en allar adrar með öngu kerti. " Id est: *Hec precepta a Magno*
Episcopo injuncta sunt, & ab omnibus clericis in synodo approbata: Nulli sacerdoti
idem officium diutius (una serie) est repetendum, quam quod quovis mense promem-
tionem adhibeat. Quovis die dominica in officio misse Credo in unum est canen-
dum, festi præterea natalitiorum feria prima in quovis officio, feria ejusdem sexta,
(8) feria octava, & in illa bebūmade (iſto officio) semper cum puer natus canitur;
 festo

patriciam revertentem, litteras accepit, quibus non solum ab officio removebatur, sed & ipsi, ut quam primum coram Archiepiscopi tribunali compareret, dies dicebatur; sed non imprudenter iter distulit, nam 1227. 7. idus Octobris Petrum mors oppressit. Thorerus vero qui ei Anno 1228. successit, Thorsteinum quendam natione Germanum, qui Magno denuo

festo epiphaniae, festo ascensionis domini, festis Mariae quinque (quatuor al. omnibus), festo Crucis utroque, festo omnium Sanctorum, natali Templi, die anniversariae Altaris, in festo Reliquiarum, festis Apostolorum omnibus lege receptis, & per totam hebdomadam paschatis, ac per hebdomadam videlicet pentecostes, in quatuor octavis festorum epiphaniae, ascensionis & assumptionis Mariae, & nativitatis ejusdem, (festis) Marci Evangelistae, Lucae Evangelistae, Johannis ante Portam Latinam, in Commemoratione Pauli, ad vincula Petri, (festis) Barnabae Apostoli, Mariae Magdalene, in divisione Apostolorum, & transfiguratione Domini. Non plures quam decem (formulae) Praefationum in officii sunt adhibende, (quarum) prima per tempus Natalitiorum usque ad festum Epiphaniae adhibeatur: Quia per incarnationem. Secunda in Epiphania Domini per octiduum: Quia cum unigenitus. Tertia per tempus quadragesimale usque ad dominicam Palmarum, tam diebus dominicis quam intermediis (adhibenda): Qui corporali jejunio. Quarta in hebdomade sacra per dies quinque, ut & semper ubi officium de cruce celebratur: Qui salutem. Quinta per hebdomadam paschatis usque ad festum ascensionis (robigalium): Te quidem; excepto tamen officio robigalium, in quo Praefatio quotidiana adhibebitur. Sexta de ascensione Domini per dies novem: Qui per resurrectionem. Septima tempore pentecostes, ut & semper cum officium de Spiritu Sancto celebratur: Qui ascendens. Octava de Trinitate per totam illam septimanam, & diebus dominicis omnibus a festo pentecostes usque ad tempus Adventus, nisi festum celebretur, quod specialem sibi habeat Praefationem: Qui cum unigenito. Nona de Apostolis: Te dominum supplicii; quae semper dum de illis officium celebratur, adhibetur, (nisi vigilia). Deinde de Sancta Maria: Et te in veneratione; quae semper ubi de illa officium celebratur, adhibeatur, nisi festo hypopante tunc adhibebitur: Quia per incarnationem; & ita quoque diebus dominicis inde ab octava Epiphaniae, nisi septuagesima prius incidere, quo in casu Praefatio communis adhibeatur. Communicantes & Hanc igitur per totam hebdomadam paschatis & sacram, ut & feria prima Natalitiorum in quovis officio, festo epiphaniae, die Viridum, & festo ascensionis admittantur, nec tamen ulla harum verum sapius, quam jam praescriptum est, adhibeantur. Qui volens secus fecerit, Episcopo duodecim oras pendat, alias ab officio removeatur. Neminis peccatum capitale permittere licet, nec cuiquam permittitur committere: illorum saltem verum retributio est speranda, quae a quovis cognosci (non) debent. Pena condigna publica pro delicto publico, privata vero pro crimine privato decernenda est. Cuiusque, qui non est confessus, aut qui delicti atrocis occulte sibi est conscius, (a sacerdotibus) communicatio festo paschatis celebranda publice interdicitur. Uxores tantum legitima, quae liberos de maritis suis susceptos cuius sunt, cum candela ardente, reliquae omnes sine candela introducuntur.

denuo dicam scriberet, in Islandiam ablegavit, cui tandem parens, Norvegiam Anno 1229. petivit. Sed Thoreri morte Anno 1230. interveniente reditus in patriam usque in Annum 1232. dilatus est. Quo tandem anno a Sigurdo Archiepiscopo restitutus, secum litteras, quibus Gudmundus Holensis ab officii administratione suspendebatur, adferens, revertitur. Magnum, si non quotannis, sæpius certe, suæ curæ concreditas ecclesias invisum ille, testes sunt ejus in quarta occidentali peractæ paræciarum visitationes. Anno enim 1224. & denuo 1233. hanc quadrantem ultra vit (a).

§. 5.

Magnus Islandiæ Episcoporum ante Reformationem ultimus, quantum nobis constat, legitimam habuit uxorem, ex qua liberis bonæ frugis suscepit. Anno 1236. 19 Cal. Septembris, officii rei vivis excessit. Quantum ipsius prudentia & auctoritas ad servandam inter dissidentes cives, si non concordiam, publicam tamen pacem & tranquillitatem, perniciosaque odia & civilia bella avertenda contributorit, inde patet, quod proximo post ejus obitum Anno 1237. Sturla Sighvati cum Thorleifo Thordi, prælium commisit, in quo utrinque circiter 40. occubuerunt. Anno 1238. ob Magnatum discordiam comitia anniversaria haberi non potuerunt. Quod, ut revera fuit, nefas audiebat, eodem anno Sighvatus Sturlæus & filii cum Kolbeino Arnori & Gissuro Thorvaldi Orlygstadis in tractu Skagafjord, utrinque ingenti contracto exercitu conflixerunt, quo in prælio Sighvatus (a) cum quatuor filiis & 60. circiter aliis occubuit, unde continuæ cædes, incendia, rapinæ, & tota malorum ilias ortum traxit, quæ alio remedio, quam ut insulæ dominium ad Norvegiæ Regem deferretur, sanari nequivit.

§. 6.

- (a) Longum tandem post exilium rediit ad Sedem Holensem Gudmundus Arii, cum quo fuit Presbyter quidam, communiter vocatus *Rira Biorn* sc. Biornus Scriba. Hi non tantum literas Archiepiscopi, quæ Magnum ab administratione officii removebant, attulerunt, sed etiam ipsi una cum Thorvaldo Gissuri, Sighvato Sturlæ, Sturla Sighvati, aliisque diem dixerunt, ut anno vertente coram Archiepiscopi tribunali apparerent. Causa autem suspensionis præcipua fuisse videtur memorata ceremoniarum mutatio, in Capitularium Nidarosiensium gratiam facta, quam forte Gudmundus, collegæ minus favens, coram Archiepiscopo criminator fuerat.
- (b) *Legenda Sturlunga* lib. 6. cap. 2. sec.

§. 6.

Ætate provectus, & mole officii fessus, de successore, qui patriæ foret emolumento, circumspicere cœpisse videtur. Anno enim 1236. electus fuit Magnus Gudmundi filius, Pastor Thingvallensis & Prætor universalis (*Allsheriar Godi*), vir pius, prudens & illæstæ famæ (a). Qui eodem anno, una cum Kigra-Biörno, quæm Holenses sibi elegerant Episcopum, ordinationem accepturus ex Islandia in Norvegiam transfretavit (b). Sed quid de eo exinde factum sit, incertum est. Quidam enim eum in Norvegia fati cessisse putant, quidam autem ob intervenientia obstacula (c)

ab

- (a) Fuit filius Gudmundi Grís, viri optimi, Jonæ Lopti ex filia nepos. *Sturlunga* libr. 3. cap. 22. Hinc Magnum, ob virtutes & mansuetudinem, dicit vocatum fuisse *Bonnum* (hinn Góða). *Al's beriar godi* fuit; 3: Prætor loci, in quo comitia habentur. ut patet ex Lib. 4. cap. 21. Nam licet Ericus Archiepiscopus veterit, ne quis simul sacerdos & Prætor esset, inveteratum tamen cæcæthes extirpari non potuit, priusquam Islandi se Norvegiæ Regi submiserunt. Cum hoc Magno Snorro Sturlæus, circa annum 1220. controversiam habuit, quæm Magnus Episcopus sua sedavit auctoritate, ut supra §. 2. monuimus. Universa autem hæc seditio non per Magnum stetit, sed Sturlæanz avaritiæ & ambitionis effectus fuit.
- (b) *Sturlunga* Lib. 5. cap. 46. "Urækia reid þá ofan á Eyrum Magnús son Gudmundar Grís, sem var "reli Rafnsfyni. Þá fór og utan á Eyrum Magnús son Gudmundar Grís, sem var "kofinn til biskups í Skálholtti, oc Kigri-Biörn, er Nordlendingar höfdu kofid til "biskups." Id est: *Urækia tunc Eyras proficiscbatur, ubi cum Andrea filio Rafsi de societate itineris navalis paciscbatur. Tunc etiam Magnus filius Gudmundi Grís, Episcopus Skalbolenfis electus, & Kigri-Biörnus, quæm boreales Episcopum elegerant, Eyris peregre ituri solvere.* In quibus electus fuisse & navem solvitæ expresse dicitur.
- (c) Diximus supra Sect. I. cap. I. §. 3. Haconem Regem, Islandiæ dominio inhiantem, sub finem hujus Periodi sibi vindicasse jus vocandi Episcopos Islandiæ, quod hic primo exercuisse videtur, alia enim vix excogitari potest causa, quare Magnus repulsam tulit, quod etiam exitus probasse videtur, nam biennio post, Sigurdum & Botolphum, utrumque natione Norvegos Islandis obtrusit Episcopos, id autem tantum distulisse videtur, ut interea Romani Pontificis consensum acquirere possent, quem anno sequenti accepit; alioqui enim Magni ordinationem impedire non potuisset. Sed ut tempus, ad perscrutandum has machinationes, lucraretur, videtur aut ipse, aut per Sigurdum Archiepiscopum, qui ei semper facilis & obsequens fuit, hosce Candidatos vana spe honoris lassasse, & ut aliqua de causa, limina Apostolorum salutata irent, persuasisse; quod Biörnum fecisse innuit *Sturlunga* loc. cit. inquis: "Urækia fór utan á Eyrum oc geck sudr um vetrinn. Hann fann Walldimar "Kóng

Rr

ab incepto destitisse, & 1239. in Islandiam rediisse, Anno autem 1240. naufragio periisse volunt (a).

CAP. IX.

De Sigurdo Thettmari filio.

§. I.

Sigurds Thettmari filius, natione Norvegus, ex Abbate Selvensi Episcopus Skalholtensis, una cum Botolfo Holensi Anno 1238. ordinatus, primus alienigenarum in cathedra Skalholtensi Anno 1239. sedere cepit. Incidit ille in tempora pessima & iniquissima, tota provincia dissentio- nibus & bellis civilibus flagrante, quorum fax & tuba Gissurus Thorvaldi, & Kolbeinus Arnori, familiam Sturlungorum penitus exstingvere & eradicare satagebant. Nam occiso Anno 1238, ut supra memoravimus, Sig- hvato Sturlæo cum quatuor filiis, triennio post, seu 1241. virum sui le- culi doctissimum Snorronem Sturlæum, Gissurus, non obstante affinitatis vinculo, nam filiam Snorronis in matrimonio habuerat, occidi curavit. Quam indignissimam parentis cædem non ferens Urækia, Snorronis filius, collecto

" Kóng hinn gamla, oc orti um hann víðu, enn hann gaf hönum þest, þann er " hann reid suðr og sunnan, þar til Kigri-Björn andaðist. " Id est: *Urækia Eyris solvit, Et hyeme iter Romam versus fecit. Is Regem Valdimarum seniore[m] convenit, de quo stropham pepigit, hic autem illi equum dedit, quo tam Romam, quam Roma, usque dum Kigri-Bjornus decessit, vehebatur.* De Magni autem peregrinatione tacet hic Auctor, qui nec Bjornoniam mentionem fecisset, nisi ejus mors & Urækiæ histo- ria, quem hic tenuit, ejusdem prabuisset occasionem. Sed cum Urækia, qui una cum Björno Romam petiit, non priusquam anno 1239. in Islandiam reversus sit, ut ex *Sturlunga* patet, & *Annales Flateyenses* Magni reditum ad eundem referant, omnino verisimile sit, Magnum etiam Romam esse profectum. Quæ omnia licet sint con- jecturæ, non tamen sunt a verisimilitudine abhorrentes. Id tantum certum est, quod Magnus nunquam Skalholtinus factus sit Episcopus.

- (a) *Annales Flateyenses* ad hunc annum dicunt: " Drucknadi Magnús Presti Gudmunds- son. " id est: *submersus est Magnus sacerdos filius Gudmundi, quem non e no- stro diversum fuisse, plerique statuunt. Sed cum naufragio, an alia occasione equis absorptus fuerit, non liquet.*

collecto 600. armatorum exercitu Reykholtum occupavit, Klangunqve Gissuri febrinum captum occidit.

§. 2.

Inde contra Gissurum movens, tanta celeritate uti non potuit, quin Gissurus ipsi e manibus elaberetur. Ille enim de re tota & instante periculo per exploratores certior factus, confestim cum 80. viris amicis & domesticis, quos ad convivium invitaverat, circa vesperam, pridie cal. Jan relicto toto conviviali apparatu, Skalholtum ad Episcopum properavit. Hic ei, quantum in se esset, consilii aut auxilii, promisit, promissumque re ipsa fideliter præstitit, nam una cum Gissuro, totum festum circumcissionis in muniendo sepulchreto Skalholtensi consumpsit. Hostium etiam appropinquante agmine, primo duos sacerdotes, pacis condiciones perferentes ad Urækiam misit, & deinde ita volente Urækia, ipse intercessorem egit. Sed frustra: Neutra enim parte alteri quicquam cedere volente, in mutuum conflictum infestæ acies corruerant, quod ut comperit Episcopus, quosdam clericorum Gissuro militare iussit, ipse autem cum reliquis, suis armis usus, extemplo sacram intrat ædem, pauloque post mitra caput redimitus, altera manu lituum, altera vero librum & cereum tenens, una cum clericis, inter furentes acies, Urækiam cum suis diris devovens cernitur; quo effecit, ut prælio intermisso, ipse ab utraque parte causarum arbiter eligeretur. Hinc sententiam, qua Urækia cum asseclis, ut utrumque Thorlaci festum jejunarent (a), & quatuor joachimicos aut eorum pretium viritim, pauperibus aut templo Skalholtensi contribuerent, Præful edixit. Quo facto Urækia cum suis ab Episcopo absolutus, & comæatu, quantum opus habuit juvatus, discessit.

§. 3.

His conventis, licet Gissurus, crucem tenens, in qua lignum vitæ fuisse fertur (b), staturum se sancte jurasset, paulo tamen post instigante

R r 2

Ormo

(a) Scilicet quoniam Sanctum Thorlacum ut loci patronum hoc tumultu non parum dehonestaverant, & irritaverant, ideo hoc modo placandus fuit.

(b) Quid hæc per lignum vitæ intelligendum sit, non liquet, verisimile tamen, fuisse parvulam

Ormo Klangi fratre, ductoque in partes Kolbeino Arnori, pacta rupit. Hoc cognito Sigurdus Præsul, confestim Botolfum collegam adit, ipsique ut secum litigantibus intercessorem se offerat, persuasit, qui tandem effecerunt, ut conventus pacificatorius ad pontem fluvii Hvitá indiceretur, ad quem ex condicto Præsul uterque & Brandus Jonæ, Abbas postea Verensis, deincepsque Episcopus Holensis confluxerunt. Biduo ibidem consumpto, tandem Sigurdo Præfuli & Kolbeino Arnori causarum arbitrium permittunt. Sed ad confirmanda pacta, neuter partium, Gissurus aut Urækia pontem transire sustinuit. Urækia enim Gissuro, ut perfido & perjuro, fidem se non habere palam professus est. Gissurus vero pontis angustiam & imbecillitatem causabatur. Datis itaque ultro citroque obsidibus. Urækia tandem, suis multum dissuadentibus, ab Episcopo ut transiret, sibi persuaderi passus est. Superato autem ponte a Gissuro & ejus asseclis, statim capitur, & arctissimæ traditis custodiæ, maleque multatus, & omnium rerum indigus, eadem ætate in exilium agitur. Hæc ut conspexerunt Episcopi, fremere frendereque cœperunt, præcipue autem Sigurdum Episcopum tam fideliter a Gissuri partibus stetitisse poenituit, quæ Gissurus susque deque ferens, extemplo se itineri Norvegico accingit, suis omnibus curæ & administrationi Hialtonis, Magni Episcopi filii, consobrini sui commissis.

§. 4.

Post ejus discessum e longa peregrinatione, tandem rediit Theodorus Kakali dictus, ex multis Sighvati Sturlæi filii superstes, qui per quadrantem occidentalem collecto armatorum manipulo, eadem suorum ulturus, Breidabolstadum prædium Ormi Björnsonis (a) occupavit. Hoc ut rescivit Hialto, collecto circiter 700. virorum exercitu, Thordo obviam ivit, sed ipsum adoriri non ausus, suis præcepit, ut Skalholti junctum commorarentur, dum ipse ad Kolbeinum, consilium & auxilium acquirisurus contenderet. Sed dum abesset, Episcopus, ut Thordo tempus ducendo illuderet, ipsum plus simplici vice adiit, de concordia & pacificatione

Jam quandam crucem cui segmentum aliquod ligneum inerat ex cruce domini superesse creditum. Talequid etiam Sigurdus Rex Hierosolymipeta Norvegiæ intulit.

(a) Ormus fuit frater Klangi, quem Urækia Anno 1241. Reykholti occiderat. Hic de Thordi adventu certior factus, fuga salutem quaesierat.

catione acturus. Sed frustra, intellexit enim Thordus eum non sincere agere. Collectis itaque plus 200. viris, rusticos Skalholti commorantes: quorum numerus plus minus 700. fuit, qui & ut antea permisso Episcopi sepulcretum & templum communierant, aggressurus appropinquabat. Hoc ut averteret Præful, semel adhuc ei occurrit, diris se eum, ni sisteret, devotum minitans. Thordus contra quædam de Præfulis iniquo partium studio & subdolo animo locutus, Skalholtum perrexit, quo cum veniret, Episcopum ad suam fuorumque execrationem cum 30. clericis in prociñtu stantem reperit. Sed cum ad extremum ventum esset, benignitate & consilio Teiti Nomophylaci factum est, ut utrinque ab inceptis desisteretur, caussarumque arbitrium Præfuli & Steinunæ Thordi forori permetteretur (a).

§. 5.

Anno 1250. Sigurdus ad externos abiit, cathedræ & diocæseos cura, Brando Jonæ, Abbati Verensi, commissa, hac vice quadriennium absuturus (b). Nam Anno 1254. ad cathedram revertitur, multas secum epistolæ & edicta Regis afferens, a quo mandatis instructus erat, ad pervadendum Islandis, ut illi tributarii fierent, ipsique Rex adjunxerat, Sigurdum quendam Silkeauga dictum. Sed cum hi parum proficerent, Rex denuo 1255. Ivarum Angeli filium (c) ad idem perficiendum in Islandiam misit, Episcopis præ aliis ipsum, ejusque negotia, commendans. Hic apud Sigurdum Skalholti hyemem transegit, sed seniorem hunc, quam speraverat, in peragendo sibi a Rege commissio negotio, offendens, ab eo ad Henricum Holensem discessit. Tandem Anno 1261. ejusdem rei gratia

R r 3

tia

-
- (a) Ea tamen conditione, ut si dissentirent, Steinunæ, non Episcopi voto standum esset. Horum vero sententia talis fuit, ut quivis colonus, qui Gissuro in prælio contra patrem & fratres Thordi militaverat, duodecim, ditiores autem viginti imperiales, Thordo penderent, quod tandem ingentem pecuniæ vim effecisse necesse est.
- (b) Status ecclesiæ & reipublicæ Episcopo absente, pacatior fuit, nam Brandus sua auctoritate & prudentia dissentientes composuit, & pro virili sedavit. Vide *Sturlungan* lib. 7. cap. 58. seq.
- (c) Ivarus Angeli filius fuit celebris Haqvini Regis Atlicus, qui cum multis aliis Proceribus Norvegiæ, Regis filiam in Hispaniam Anno 1257. deduxit, unde Hierosolymam petens, in itinere obiit.

tia Rex Hallvardum Gullsko ad Islandos misit, qui adstipulantibus Episcopis, ut incolæ Haconi Norvegiæ Regi, ejusque legitimis successoribus fidem, obsequium, annumque tributum jurarent, effecit.

§. 6.

Anno 1254. Sigurdus sibi a Thorgilfo Bødvri filio, viro nobili & Regis Præfecto, qui Valgardum quendam sacerdotis filium occiderat. 160. joachimicorum pretium adjudicavit, quod Thorgilfus non modo se solviturum promisit, sed etiam deinde inter Episcopi amicissimos numerari cepit, cujus fructum non exiguum percepisse Anno 1257. Episcopus sibi visus est Coemerat quippe, citra fluvium Thiorfa in provincia Thordi Andree filii, magnam carniū copiam, quæ 120. Joachimicos æquabat. Sed Thordus timens, ne tanta cibariorum evectio provinciæ famem induceret, contractum sua auctoritate dissolverat, & præterea Thomæ Episcopi filio mercimonia quædam abstulerat, quod Episcopus ita interpretatus est, acsi cathedram & templum Skalholtense spoliasset. Rogatu itaque Episcopi, Skalholtum Thorgilfus advolet, & cum Thordo colloquium instituit, in quo de causa Thomæ transigi non potuit, sed de carniibus, ut Episcopus iis potiretur, convenit, quod ei pergratum accidit, ita, ut Thorgilsum cum comitibus lauto mactatum convivio & honoribus, a se amicissime dimitteret. Sed Thorgilfo Anno 1258. 11. cal. Febr. ab amico & consanguineo suo Thorvardo Thorarini filio insidiosè occiso, Sigurdus Thorgilfi frater, primo quidem ultionem parabat, quæ cum non procederet, ad pacis consilia animum applicuit. Ducto itaque in partes Regio Legato Hallvardo Gullskó, Anno 1262. sub ipsum Paschatos festum ad villam Laugaras, prope Skalholtum, colloquium pacificatorium instituitur. Tum Episcopus Sigurdo non modo ita se infestum, aversum, & ingratum præbuit, ut omnem ipsi & comitibus commeatum & hospitalitatem denegaret, sed & rogatus, ut colloquio interesset, prorsus abnueret, pecuniam, quam ob Valgardi necem pendere debebat Thorgilfus, nondum solutam esse causatus; ea vero pecuniæ summa, aliaque huic pari libenter se vitam Thorgilfi redempturum fuisse, si licuisset; jam vero quoniam de ipso actum sit, se vel ultimum nummum exacturum esse, minitatus est. Sigurdus itaque, non quidem ut Episcopo gratificaretur, sed ne anima fratris in purgatorio durius quid pateretur, tantundem pecuniæ Episcopo, apud

apud Thorvardum, Thorgilsi interfectorem assignavit, quæ solutione contentus Præsul, ulteriorem actionem omisit.

§. 7.

Hæc fere sunt, quæ de Sigurdo, alienis rebus sese immiscente, occurrunt, ex quibus præter turbulentissimum reipublicæ statum, Sigurdum si non subdoli, certe tamen instabilis & volubilis valde ingenii virum fuisse constat. Quæ autem, tanquam Episcopus pro ratione officii gesserit, quorum perpauca obvia sunt, jam recitabimus. Cum 1264. ingruente fame intensissimo frigore & pabuli penuria, Gissurus Comes cum universa plebe Skaghiordensi votum fecisset, ut pridie festum Sancti Olai omnes postea jejunarent, Sigurdus suæ diœceseos incolis, ut idem voverent, auctor fuit. Aliquoties etiam ecclesias visitasse fidem faciunt antiqua documenta, quæ inter quorundam templorum schedas reperiuntur. e. g. Afi & Hvanneyræ in tractu Borgarfiord, ubi cum Thorgilius Bodvari convenit Anno 1257. Skardi etiam in occidentali parte templum aliquando consecravit, & quædam circa ejus reditus mutavit. Præterea villas quasdam templo Skalholtensî acqvifivit (a). Anno 1264. mortuo Brando Holensî, diœceseos Holensî alumni diaconum Arnæ Thorlaci filium ad Sigurdum ablegarunt, petiitum, ut sacerdotem quendam cathedræ & diœcesi ad tempus præficeret. Sed ille ipsi Arnæ, qui antea Brando a manibus fuerat, sacerdotio prius initiato, hanc provinciam commisit.

§. 8.

Anno 1267. Haqvinus Nidarosensîs Archiæpiscopus, Sigurdo jam senio & imbecillitate confecto, Skalholtensî diœceseos inspectionem, Jorundo Holensî commisit; hic autem eundem Arnæ Thorlaci ipsi Coadjutorem constituit, qui & Sigurdo sequenti Anno 1268. exsequias fecit, cum hic Skalholti 30 annis sedisset. A quo in Islandiam venit Sigurdus, cælebs mansit, eoqve sedente, conjugium clericorum severe cœpit prohiberi, quod quidem antea Thorlacus Thorhalli tentaverat, sed perficere non potuerat. Filium habuit Sigurdus nomine Thomam, quem ante quam vitæ monasticæ nomen dedit, procreasse credibile est.

(a) In quarum numero sunt, *Baugflader*, *Skógtiorn*, *Dalr*, & forte plures.



SECTIO IV.

De Episcopis Holensibus.

CAP. I.

De Jona Ogmundi filio.

§. I.

Cum tandem borealis partis incolarum precibus victus Gissurus Episcopus, quartam suæ diœceseos partem alteri erigendo Episcopatu concessisset, nemine refragante, novæ cathedræ Jonam Ogmundinum Præfulem elegit, qui genere sat claro prognatus (a), in infantia una cum parentibus in Dania peregrinatus fuerat (b). Redux vero in patriam Isleifo Episcopo crudiendus traditus, tantum brevi profecit, ut commilitones longo post se intervallo relinqueret (c). Maturam adeptus ætatem, & diaconatu initiatus, litterarum dulcedine captus, ad externos iter instituit, peragratæqve Norvegiæ, Dania & Germania, Romam usque pervenit. Ibidem, cum quantum constituerat, commoratus fuisset, per Galliam revertens, cognatum suum Sæmundum Sigfussonium (d), qui diu scholam Parisi-

-
- (a) *Laudnama* pag. 12. 140. 150. 151. *Vit. Trygg.* Part. 2. pag. 117. Confer & *Vitam Ogmundini* Manuscriptam.
- (b) Tunc de eo vaticinatam fuisse ferunt Astridam Svenonis Regis matrem, quod Episcopus futurus esset. Conf. *Vit. Ogmundini* Manuscripta. Astrida hæc a multis Regina vocatur, fuit enim Svenonis Regis filia & Svenonis etiam Daniæ Regis mater, sed Ulfi Comitæ vidua. Vide *Knytlunga*.
- (c) Tam impense alter alterum Jonas & Illeifus amabant, ut pater & filius. Vide *supra* Sect. 3. cap. I §. I. pag. 262.
- (d) Jonas & Sæmundus tertio consanguinitatis gradu se hoc modo contingebant: Ingvalda Halli de Sida filia fuit mater Thoreyæ, matris Sæmundi; Sed Egillus Halli de Sida filius, genuit Thorgerdam, matrem Jonæ Ogmundini. Vid. *Laudnama* pag. 96. 140.

Parisiensem frequentaverat, secum rediit (a). Daniam tempore quadragesimali transiens, in vico quodam missam auditurus, templum intravit, in quo ejusdem rei gratia, Svno Daniæ Rex cum Aulicis constitutus fuit. Presbyter autem, cui historiam passionis legere obtigerat, & indoctus, & rauræ ac ingræ vocis erat, parumque abfuit, quin derisui semet exponeret, publicivæ scandali causa existeret, quod prævidens Ogmundinus, ipsum adiit, acceptoque libro, quod restabat, distincte adeo eleganterque pronuntiavit, ut admirationi præsentibus esset, Rexque eum, peractis sacris, donis & honore mactaret (b).

§. 2.

(a) Sæmundi ab exteris rëditum *Annal. Flateyensis* ad Annum 1076. alii vero communiter dicti *breviares* ad Annum 1077. referunt; Sed parvi refert utrum statuerat.

(b) Quis scit an hic latitet historia illa famosissima de Svenone Norvego, de quo **PONTANUS** *Res. Dan.* libr. 5. pag. 150. ita scribit: *Secundum Guilielmum maximi præterea faciebat. Svenonem Norvegum, quo & intra domesticos aula parietes ut Evangelii & verbi divini præcone, ut plurimum utebatur. Fucrat hic a præfectura ad sacerdotium translatus. Estque ille, qui teste Saxone, rem divinam facturus, & librum, quem invidi lituris inpersum suppulerant, unctus, pro Deo Regem famulum suum protegat, legebat: mutum suum protegat; extrita nimirum prima in voce famulum syllaba. Sed postea, ut alie emulatio ingenia, ad studia literarum animum propius applicavit, etiam ipsi suis irrisoribus evasit cultiar. Ex locum quem in ecclesia Roskildeusi sibi a Rege designatum, episcopalem acceperat, ad vita usque sinei tenuit, digneque tutatus est. Non multum obstant temporum rationes, nam PONTANUS Svenonis primo mentionem facit ad Annum 1071. celeberr. & perillust. PONTOPIDANUS in *Ann. Diplom. Eccl. Dan.* Tom. 1. autumat eum mortuum esse Anno 1095. nostri autem prima peregrinatio incidisse videtur in interitium annorum 1070. & 1077. Natura huic varias, easque eximias corporis animique dotes attribuerat, fuit enim pius, probus, doctus, staturæ proceræ, fortis, formosus, capillo flavo. Præcipue tamen vocalis seu sonoræ vocis fuit, cuius exemplum dedit in tortia sua peregrinatione, quod ex *Vita Ogmundini* Manuscript. sequentibus circumstantiis accidebat: Lundum, sedem Archiepiscopalem; sub vesperam intrans, audivit Archiepiscopum, cum universo Clero, in templo cathedrali vespertinas preces celebrare. Quo itaque properans, absoluto pene officio, templum iniit, & ne frustra veniret, mox tanta vocis gravitate & suavitate cantum vespertinum denuo inchoavit, ut ad unum omnes, licet id ab Archiepiscopo severe prohibitum esset, quid ageretur, scire gessientes, ne ipso quidem excepto Archiepiscopo, retrospecterent, qui a clero postea monitus; quod ipse suas transgressus fuisset leges, gravi de causa id accidisse, nam angeli non hominis vocem se audire sibi visum esse, respondit.*

§. 2.

Patriæ restituti Jonas & Sæmundus, suum quisque avitum prædium occupavere, sacerdotioque initiati, ecclesiæ perutilem operam navare cœperunt. Circa Annum 1095. alteram Jonas in Norvegiam peregrinationem suscepit. Aderant tum temporis Nidarosia 300. Islandi, quibus Ogmundinus & Teitus Gisliri Episcopi filius præfuerunt, in quorum numero fuit, Gislavus quidam Islandus, qui sexennis puer, parentem a Giasfaldo quodam, jam Magni Regis Nudipedis satellite ingenti favore, & honore fruente, pridem occidi viderat; In omnem ergo occasionem patris necem ulciscendi intentus, hanc jam nactus, Giasfaldum occidit. Inde in vincula a Regiis conjectus, sed ab Islandis, sacramento obligatis, vitam se & fortunas in Gislavi salutem expensuros, effractis carceris foribus liberatus, ultroque in Senatam adductus fuit. Quo ubi ventum est, surrexit Regius Orator Sigurdus Ullstreingus, in hæc verba erumpens: *Non dubito inquit, quin omnibus constet, occisum esse hominem Norvegum, Regis aulicum, loco nobili natum, Regis & nostrum summum amicum, idque ab homine Islando, qui cum sibi habere videretur, cujus Giasfaldum occisisset, hunc putavit esse legitimum agendi modum, ut talem tantum virum indemnatum occideret. Quodsi hæc audacia impunita dimittatur, nobis omnino timendum erit, & non modo nobis Regiis, ne unum aut alterum trucident & pro lubitu mactent, sed etiam ipsi Regi, nequid in illum gravius præsumant. Est itaque scelerata hæc audacia severe punienda, nec quicquam justius, quam ut unius Norvigi cedes decem Islandorum mactatione expiatur.*

§. 3.

His ab Ullstrengo dictis, Teitus pro Islandis responsionem parans, ab irato Rege, linguam ei, ni taceret excidendam minitante reprimitur. Prodiens itaque Ogmundinus, accepta a Rege dicendi venia, in hunc modum verba fecit: *Dei Opt. Max. beneficio factum agnoscinus, quod una cum reliquis terris, etiam hæc due regiones Norvegia & Islandia e diaboliciis tenebris ad veri Dei cognitionem adluctæ sunt, adeo ut jam Deum a diabolo, bonum a malo discernere norint; antea enim in idolomania & magicarum artium studio & exercitio, non magis bonines hominibus, quam ipsi diabolis familiares vixerunt. Nunc vero, licet satanas non æque familiariter cum hominibus conversetur, & visibile commercium habeat, interim ta-*

men, ut suas partes agant, & quæ ipsi placent, aut ipsi dicant & faciant, aut alios ad eadem dicenda & facienda impellant, non paucos seducit. Cujus modi fuit, non Regius, ut mihi videtur, sed Diabolicus Orator, persuadere conatus, ut cum primo Islandus liber, & honesta natus familia innocens occisus sit, nunc iterum decem, regia auctoritate lanientur. Ejusmodi itaque consultores, nihil aliud intendunt, quam ut his sermonibus, Regiam clementiam, justitiam, reliquasque virtutes labefaciant, Principemque ad crudelem injustitiam, Tyranno, nedum Rege, indignam, quantum in us est, seilicet & insipientem, & hoc modo Sathanae, sanguine innoxio, eo magnificentius liteant. Tu autem, o Rex, & qui tecum ad rerumpublicarum gubernacula sedetis, typum & vicem geritis magni & justii illius judicis, olim ad totum terrarum orbem, æqua censura judicandum superventuri, quocirca, nequid jam temere, cujus te olim peniteat, pronuncies, providendum. Hac Ogmundini oratione Regius animus non ita tantum sedatus est, ut reus judicio irrogata 188. unciarum auri multa; absolveretur, inque casti Giasaldi locum substitueretur (a); sed etiam vocato ad se Ogmundino gratias ageret, utque in posterum sui semper in precibus ad Deum fundendis mentionem faceret, præciperet. Non multo post, Ullstreingus ipse in gravem incidens morbum Ogmundinum ad se vocari curavit, ipsius preces & benedictionem expetens, quæ accepta, convalescens, pastorem donis mactavit, indeque ut summum virum, optimumque amicum coluit (b).

§. 4.

Anno 1105. Holensis Episcopus designatus, ordinationem accepturus Oslurum Lundensem adit; qui eum perbenigne quidem excepit,

S s 2

fed

- (a) Mos erat Norvegiæ Regibus, si sulci aut villici eorum interfectori, ob prægnantem aliquam causam vitam concessere, ut ipsum modo generis nobilitate virtute aut fortitudine præditus esset, in locum casti substituerent. Conf. *Hist. Olai Crassi* cap. 105. & *Vir. Trygg.* part. 2. pag. 173.
- (b) Conf. *ARNGRIMUS* *Crymog.* libr. II. pag. 173. & *TORFÆUS* *Hist. Norv.* Tom. 3. pag. 432. Hæc ad primam Ogmundini peregrinationem, quæ circa Annum 1070. facta est, *Vita Ogmundini* Manuscripta refert; sed perperam; Nam Rex Magnus Nudipes patri successit 1093, qui primum biennium una cum fratre regnavit. Necessario itaque hæc historia pertinet ad secundam ejus peregrinationem, quæ circa annum 1096. facta esse videtur.

sed precepto Jonam bigamum fuisse, ordinationem ei impertire non ausus, Romanum Pontificem convenire adegit. Hinc altera vice Roma salutata, acceptoque Paschalis secundi consensu, 3 cal. Maji 1106. Episcopus consecratus, per Norvegiam in Islandiam revertitur, Holisqve sedem figit. Anno 1107. in comitiis universalibus ambo Episcopi, Gissurus Skalholtensis & Jonas Ogmundinus convenerunt, multumqve de rebus ad Ecclesie emolumentum, quæ vel mutandæ vel reformandæ videbantur, amice inter se contulerunt, cujus fructum Holana diocesis non contemnendum brevi percepit. Eadem enim ætate, instituta visitatione ecclesiastica, reformationem quandam exorsus est, præcipiens, ut quovis festo die mortales omnes, sacris operam daturi templum frequentarent, quotidie autem templum, si præsto esset, sin minus, crucem, quam in quavis domo esse voluit, preces fusuri adirent. Constituit etiam, ut quovis maturæ ætatis ad minimum semel quovis anno cathedrali Holensium adiret. Confessionem Apostolicam & orationem dominicam, quemvis memoriter tenere, bisqve quotidie mane & vespere una cum præcatiunculis canonicis recitare iussit. Edere, bibere, e lecto surgere, aut cubitum ire, nisi cruce ante signatum, quemvis vetuit. Magiam, incantationes, dierum electiones, aliosqve profanos mores & ethnicissimi reliquias penitus abstulit & prohibuit. Antiqua etiam dierum nomina mutavit, adeo ut loco *Spinsdag*, *Porsdag*, vocari iusserit *midvikudag*, *smudag*, & sic de cæteris. Carmina probrosa, illusoria, amatoria, & id genus alia, severe prohibuit, omniaqve quæ ei aut parum decencia aut scandalosa esse videbantur, aut immutavit, aut prorsus sustulit, clericisque ut plebe hæc frequenter inculcarent, injunxit (a).

§. 5.

Promiserant quidem borealis partis incolæ se prædium quoddam melioris frugis, futuro Episcopo in firmam fixamqve sedem concessuros. Sed cum ad supremum ventum esset, omnes se excusabant, nemoqve erat qui suam villam ei concedere vellet, usqve dum Presbyter quidam Illugijs, qui per antiphrasin a quibusdam Hilarius vocatur, avitum suum
præ-

(a) Hæc Gissurum ante, aut certe circa hæc tempora, in diocesi Skalholtina correxisse, nullus dubito, sed quoniam pars borealis longissime ab ea distita fuit, verisimile sit, reformationem ibi non prius perfici potuisse, quam propius Episcopum nacla fuit.

prædium Holas sacro huic usui dicaret. Forte etiam hac in re difficiliore fuerunt, quod Jonas non borealis, sed meridionalis quadrantis incola fuit. Id certum est, tunc temporis in comitiis generalibus constitutum fuisse, ne unquam alienigenæ Holensem cathedram ascenderent. Vide litteras curiæ Holensis ad Haconem Norvegiæ Regem, circa Annum 1319. datas (a).

§. 6.

Omnia quæ aliis verbo præcepit, non tantum ipse opere perfecit, sed præterea vigiliis, crebrisque jeuniis, nocturnis, diurnisque precibus, assiduo operam navans, severumque semper, malos castigando, bonos collaudando & confirmando, morum censorem agens, tantam sibi auctoritatem & sanctitatis famam acquisivit, ut multi probi piique homines Holas confluerent. Horum quidam ingentem pecuniæ summam cathedræ legarunt, quidam vero circa templum & cœmeterium casas & cellas extruxerunt, quorum omnium idem erat scopus & desiderium, scilicet ut tantæ Præsulis vitam pro norma ad quam suam formarent, haberent, & conciones quas ex libro sæpius recitavit, ne propria somnia sed Sacram Scripturam & Patrum conciones aliis inculcare videretur, audirent. Hinc etiam factum est, ut nec parvorum, nec paucorum miraculorum patrationem credula ætas ei adscriberet (b).

S s 3

§. 7.

(a) Litteræ curiæ Holensis ad Regem Haconem, suo loco infra exhibentur. Cæterum conf. *Vitam Jonæ Ögmundini & Hungurvokam* in Gissui vita, & infra cap. 7. §. 1.

(b) Multa ei miracula assignantur, tam vivo, ut sanatio opilonis cujusdam & alia ejusdem farinae, quam mortuo, quæ pleraque visu quam visu digniora sunt, ideoque ea libenter omittimus, remittentes talia desiderantem ad sæpe a nobis citatam *Vitam Ögmundini* Manuscript. Interea tamen temperare nobis non possumus, quin unum saltem referamus, quod ita se habet: *Vere quodam* (quod in insula nostra præsertim parte boreali non inusitatum est.) *tanta fuit frigiditatis & tempestatis vis, ut ineunte mense Junio, fenilibus evacuatis, terra nullum gramen in pecudum sustentationem proferret, quod universa provincia interitum minitari videbatur. Ad hoc averruncandum in conventu, qui tum temporis Thingoris habebatur, Episcopus eorum, de templo ibidem extruendo, fieri curavit, cujus fundamenta ipse descripsit, & cum tempestas annonæ paulo post in melius mutarentur, id provinciale ipsius precibus & sanctitati acceptum tulere.* Et hoc dicitur fuisse prima causa & occasio extruendi templum & ceno-

§. 7.

Anno 1106. in Norvegia magnam materiæ vim cœmerat, quam nauatæ in australis Islandiæ portu vulgo Eyrar, feu Eyrarbacka exposuerant, unde ingenti molimine & expensis Holas transportatum (a), templi & scholæ ædificationi adhibuit. Erat quidem antea templum Holis ligneum, sed plumbo tectum, tantæ magnitudinis, ut Islandia par non habuerit. Illud Illugus Biarni filius sacerdos (b) exstruxerat, sed ignoto casu, aut cœlo tactum conflagrassè fertur, alio multo minore & inferiore subligato, quod Ogmundinus, prioris amplitudinem affectans diruit. Saxa vero in vicino monte lateres referentia effodi curavit, unde altare & gradus juxta id fieri fecit.

§. 8.

Scholam etiam non longe a templo (c) in qua juvenus latinæ linguæ tyrocinia exerceret, exstrui jussit, eiqve Gislavum quendam Finno-

nis,

cœnobium Thingorensè, nam antea locus fuit desertus. RESENIUS factum hoc esse Anno 1133. in Proleg. ad *Eddam* asserit, sed fallitur, nam dudum tum Jans via excefferat. *Schede* pag. 13. dicunt eum 34. ARNGRIMUS vero in *Comment.* fol. 59. vult eum 64. annum agentem Episcopum factum esse; Sed neutrum verum est; scribendum ergo episcopatum accessisse annu ætatis 54. ut ex recta annorum computatione discitur. Altera vice in comitijs univèrsalibus in simili casu simile quid effectus fertur.

- (a) Cognati & affines ejus, australem Islandiam incolentes, hanc materiem dimidium viz usque in locum, qui vocatur Hvinveridarl devexerunt, unde borealis diœceseos incolæ eam Holas deportarunt.
- (b) In *Laurentii*, Holensis Episcopi *Vita* Manuscript, numeratur hic Illhugus inter majores Laurentii, ibidemque dicitur alio nomine vocatus fuisse (sc. per Antiphrasin) Hilanus.
- (c) Vide *Vitam Ogmundini*, conf. ARNGRIMI *Crymog.* pag. 107. ubi etiam narratur historia Thoroddi Architecti, qui tanti fuerit ingenii, ut ex auscultatione Grammaticæ in schola, templo vicina, pueris prælestæ, artis præcepta imbiberet. Hujus Johanniæ ædis vestigia, cathedrale Holensè templum etiamnum retinere, subinde ab aliis, prout usus postularet, resectum, scribit ARNGRIMUS l. c. Anno 1609. Tandem tempestas, vetustate valde labefactum 1624. d. 13. Novembr. funditus dejecit, ut infra in vita Gudbrandi monendum erit. Confer *BIORNI de SKARDSA Annal.* ad Annum 1624. Nostra ætate lapideum, lapidibus e vicino monticulo defuentis & in illum ulum adhibitis, exstructum est.

nīs, natione Gothum, qui Grammaticam, & Richinnam suum Confessionarium, qui Poësin & Musicam doceret, præfecit; ex quo multi posteriorum temporum Episcopi, Abbates, aliique docti viri prodierunt (a). Cœnobium Thingorēnsē primus fundavit, cui decimas, cathedræ Holēnsi, a colonis inter sinum Rutarfiord & fluvium Vatnsdalsá incolentibus solvendas attribuit (b). Obiit pius Præful Anno 1121. ætat. 69. officii 15. In agone, Davidis verba ex Psalmo 145, 1. 2. recitavit. In Sanctorum demum numerum annis post mortem 77. puritate religionis deficiente a nostratibus relatus.

§. 9.

Offa ejus (sanctitatem & sacras reliquias vocarunt veteres,) Brandus Sæmundinus, quartus Holēnsium Episcopus, exhumari, inque pretioso, huic usui, aptato scrinio Anno 1198. recondi curavit, diemque emortualem, qui in 9. cal. Maji incidit, sacrum esse jussit; cui alterum in memoriam exhumationis, seu sanctitatis revelatæ, Audinus Ruffus circa Annum 1320, qui est 5. Non. Martii, adjecit; tumque in omnibus dioceseos Holēnsis templis, dupliciter cani jussit, qui dies etiam posthac sanctissimus habebatur, & ad eundem in Calendariis Jonæ nomen adscriptum legitur.

CAP. II.

De Ketillo Thorsteini filio.

§. I.

Ketillus Thorsteini filius, Ejulfi nepos, Gudmundi Divitis pronepos, Gissuri Episcopi gener, prætor simul ac pastor fuit, vir non minus doctrina,

(a) Horum nominatiores sunt Klangus Skatholēnsis & Biornus Holēnsis Episcopi, Vilmundus Thingorēnsis & Hreinus Hytdalēnsis, Abbates.

(b) Hæ decimæ postea inter Audinum Ruffum Holēnsē Episcopum, & Gudmundum Thingorēnsē Abbatē gravis controversiæ causâ exstiterunt, ut infrâ monebitur.

doctrina, quam pietate conspicuus. Anno Jonæ Ogmundini emortuali, Haslidi Mauri & Thorgilfi Oddi filii, odia in civile bellum erupissent, ni Thorlaci Episcopi auctoritas illud sedasset. Sed licet prælium omitterent, odia tamen altis reposita mentibus manebant, quæ tandem ex obstinato Haslidi animo Ketilli persuasiones evulserunt. Proprium enim ei suum retulit exemplum, quod tale fuit.

§. 2.

Quidam, inquit, mihi in aurem insusurravit, uxorem meam fidem conjugalem non bene servare, quod licet falsum esse scirem, odio tamen virum prosequabar, plusquam Vatiniانو, ita ut aliquando mihi ex improvise obvium factum, stricto ense, eum impetiturus essem. Sed contra spem meam, nam duplo illo fortior videbar, ille me audacter aggressus, prostratum altero oculo excæcavit, quam contumeliann, fretus amicorum & cognatorum auxilio severe vindicaturus, dicam ei scripsi; sed rursus, secus ac speraveram, quorundam potentiorum interventu, causa cadebat; Inde ab his oblatam mihi haud contemendam pecunie summam recusans, in gratiam cum inimico sponte redii, ipsique non tantum condonavi, sed etiam egenum factum, ad mortem usque sustentavi, & quemadmodum mihi antea omnia ardua & contraria fere eveniebant, ita deinde omnia ad votum cesserunt. Ita etiam tua hæc causa Thorgilfi justior sit, tuque ipso multo potentior esse videare; fieri tamen potest, ut aliquo modo causa cadas.

§. 3.

His auditis Haslidus non tantum gratias ei egit, sed etiam Holensium episcopatum ei addixit, ipsi enim populares potissimum commiserant, ut Episcopum eligeret, & renuente Ketillo, tantum onus subire, Haslidus iras omisurum, & in gratiam cum Thorgilfo rediturum se promissit, modo is episcopatum sulciperet. Hinc dictum factum; postmodum cum Thorgilfo Haslidus amicitiam renovavit, & Ketillus Episcopus electus est.

§. 4.

Eadem ætate peregre abiens ab Ossuro Lundenfi Archiepiscopo Holensium Præful consecratus, sequenti anno 1122. rediit. Gesta ejus
in

in episcopatu; præter promulgationem *Juris Ecclesiastici*, quod cum collega Thorlaco conscribi curavit Anno 1123, tacentibus Historiis, non latent; In eo omnes consentiunt, quod semper se virum pium & probum præstitit. Anno 1145. septuagenarius comitia universalia adiit, inde Skalholtum a loci istius Præsule, Magno Enari, ut templi consecrationi & nuptiali convivio illic instituendo interesset, invitatus, ad thèrnas Laugarafenses, inopinata morte extinctus, Skalholti sepelitur, cum Ecclesiæ Holanæ annis 23. præfuisset. Uxorem habuit Groam Gissuri Episcopi filiam, quæ itidem Skalholti vitam monasticam sectans, occubuit (a).

CAP. III.

De Biorno Gílsi filio.

Biornus Gílsi, vir nec indoctus, a Teito enim Haukadalsi & deinde a Jona Ogmundino informatus fuerat, nec ignobilis (b), Ketillo sublektus, ab Eskillo Lundensi 4. Nonas Maji ordinatus, 1147. Holensém cathedram adiit. Anno 1156. cum sedes Skalholtensis integrum fere triennium vacasset, Biornus ab australis dioceseos incolis rogatus Skalholtum venit, ibique quosdam clericos ordinavit, ejusque svasu & auctoritate præcipue factum est, ut Klangus Thorsteni (c) Skalholtensis Episcopus eligeretur. Anno 1155. cœnobium Sancti Benedicti, quod Munka-Thverá nominatur, fundavit. Anno 1162, Biornum quendam ejusdem cœnobii Abbatem ordinavit, eademque æstate forum generale adire constituerat, sed morbo præpeditus, ab incepto destitit. Finem vitæ appropinquare sentiens, coram cognatis & amicis, testamento obsignato, monasterio Munkathveraënsi 480. Joachimicos legavit, cujus exsecutorem cognatum suum,

(a) Hæc, quæ de Ketillo notavimus, ex *Sturlunga* libr. 1. cap. 24. 25. *Háugurvaca*, *Landnæma*, & *Historia Christiana*. excerpta sunt; confer, quæ de Thorlaco Ruxolfi, supra Sect. 3. cap. 3. retulimus.

(b) *Landnæma* pag. 54. *Sturlunga* lib. 3.

(c) Confer supra Sect. 3. cap. 5.

suum, & in officio successorem, constituit (a). Obiit eodem anno, officii 15, postridie Idus Septembris. Exactis vero annis 35, Brandus Sæmundinus, reliquias ejus e terra erutas, & novo loculo inclusas, una cum Jonæ Ogmundini ossibus in conclavi quodam eum in finem facto, recondidit (b).

CAP. IV.

De Brande Sæmundi filio.

§. I.

Defuncto Biørno, sublegitur Brandus Sæmundinus, non minus pietate, quam generis nobilitate conspicuus (c), qui eadem ætate ad Norvegiam appellens, aut Nidarosæ, antequam Archiepiscopus ad conventum Bergensem ivit, aut, quod probabilius videtur, Bergis, mox ubi illuc venit, in præsentia Stephani Romani Pontificis Legati, omniumque Norvegiæ Episcoporum; qui, una cum Magno Rege, Erlingo Comite & plurimis regni Magnatibus; illuc confluerant, 6. Idus Septembris Holanæ dioceseos Præsul ab Eisteino Archiepiscopo ordinatus fuit, Bergisque hyeme transacta, concilio, quod ibidem habebatur, interfuit, & adulta hyeme 1164. coronationi Magni Regis, una cum 4. Norvegiæ Episcopis adfuit; Sequente autem ætate in Islandiam translatus, *Holanam* Cathedralam adscendit. Fuisse eum virum gravem & pium (d) gesta ejus in episcopatu fati docent. Ipso sedente, status ecclesiæ valde surbatus

(a) Vide supra Sect. I. cap. I. §. 9.

(b) Vide cap. sequent §. 7.

(c) Genealogia ex *Landnæma* pag. 20. 115. 156. *Schedis* pag. 14. *Sturlunga* libr. 2. cap. 24. peti potest. In *ARNGRIMI Hist. Grœnland.* Brandus dicitur Thorgeiri filius, & Gudrida Thorfinni Karlsefnis uxor, vocatur mulier Grœnlandica, cum revera fuerit Islandica, quos errores *RESENIUS* suos fecit, & loco Gudridæ substituit Sigridam.

(d) Hæc partim civilia fuerunt, partim ecclesiastica; quoad civilia, necessum habuit, ut nō se immiscere, ne res ecclesiastica ducius quid pateretur; Sed ecclesiastica jure & seculi more, ipsius jurisdictioni subiecta fuerant.

fuit, nam Magnates factionibus, rapinis, cædibus, incendiis grassabantur, quibus ille fopendis aut sepeliendis utilem & indefessam operam impendit.

§. 2.

Sturlæ Theodori filio, consanguineo suo, cum Einaro Thorgilsi litiganti patrocinatus est (a); Sed eodem Sturla cum Paulo Solvi filio, Pastore Reykholtensi controvertente, a partibus sacerdotis contra Sturlam stetit (b). Anno 1183. inter Jonam Hunraudi & Thordum Ivari odio plusquam vatiniario invicem semper prosequentes, arbitrum egit (c).

§. 3.

Anno 1197. cum Gudmundus quidam cognomento Dýre (d) seu Pretiosus, & Kolbeinus Tummæ filius Onundum quendam villæ Launguhlíd

T t 2

(a) Sturlæ enim causa tum sine dubio melior fuit; vid. supra Sect. 3. cap. 5. §. 2. pag. 281.

(b) De litibus Sturlæ cum optimæ notæ sacerdote Paulo Solvi filio lege *Sturlungam* libr. 2. cap. 24. 34. Sed præter affinitatem, nam præful unam, Paulus vero alteram fororum in matrimonio habuit, causa Pauli justior fuit. Longa injuria, longæ ambages sunt. Hæc tamen lis, Snorrioni Sturlæ filio, eruditionis, & post mortem immortalis famæ causa fuit. Nam Jonas Lopti, a Brando exoratus, suam auctoritatem interponens, Snorronem, ut Sturlæ ingenio satisfaceret, ejusque honori aliquid velificaret, erudiendum & educandum accepit, cujus ille non parvum fructum tulit. Sed hac occasione, cum Sturla, violentia aut astutia, qua agere plerumque solebat, se nihil efficere posse cernens, de partis contrariæ potestate & vi vereretur, sibi que per ironiam simplicitatem quin inscitiam attribueret, Brandus respondens dixit: *Enginn frír þer viss, enn grunadr ertu um gæfhu*, quod diæterium adhuc apud nos in usu est, id est: *Nemo in te sapientiam, plures vero candorem desulerant*. Quod in loco publico, consanguineo & amico sine bile dictum, Præfulis candorem ostendit, nam in cæteris Sturlæ semper amicissimus fuit.

(c) Vide *Sturlungam* lib. 3. cap. 3.

(d) Gudmundus Dýre seu pretiosus, ideo forte sic denominatus, quod ofores & obrectatores primo diu tulit, sed tandem exsiccata tolerantia, acerbissime ultionem exercuit. In *Sturlunga* non semel nominatur; In matrimonio habuit ex tribus fororibus unam Paulus

guhū domitum, anacum villa & plurimis affectis combussissent, civile bellum prudentioribus erupturum videbatur, ad quod sedandum Episcopi presentia & auctoritate omnino opus fuit. Sed liquefactæ, (ut verno tempore fieri solet) nives, eqvorum ulum interdicebant, ideoque pedibus iter conficiendum fuit, quod comites prævidentes, non sine causa, ne Præsul ætate gravis viribus deficeret, timentes, induratum tauri tergus, restesque, quo trahæ loco, si necessitas posceret, ad sublevandam infirmitatem, uterentur, secum sunserunt. Cuius vero tandem ad destinatum locum perveniret, bellantibus, ut inducens ad proxima comitia factis, Jonæ Loppi filii æqvitati controversias dirimendas permitterent, persuadere potuit. Ipse deinde comitia adiens, præeunte Loppidæ auctoritate (a), ut in concordiam, verbo & ad tempus redirent effecit. Sed diuturna pax non fuit; Nam extincto hoc ipso anno Jona Loppi, conditionibus non steterunt, sed rapinis & factionibus mutuo infestari cœperunt; & ni Episcopus denuo intervenisset, semet ipsos, multosque alios etiam innocentes perdidissent.

S. 4.

De prædio Vallis in tractu Svarfadardal sito ipsi Episcopo cum quibusdam (vocatis communiter Arnthrudæ filijs) non levis controversia nata est, qui rapinis & violentia grassari cœperunt. Hæc res virum ætate gravem & disciplinæ ecclesiasticæ tenacem eo induxit, ut collecto 240. virorum exercitu, quod persuasionibus perficere nequivit, vi extorquere

CONA-

Pantus Solvi Pastor Reykhóltenſis alteram, tertiam Brandus Hølenſium Episcopus. Hinc forte Præsul sepius, ad ipsam cum inimicis reconciliandam tot labores suscepit. Sed in causa Vallensi Gudmundus Præsul, jure talionis, hoc quodam modo rependebat. Lege *Sturlungam* lib. 3. cap. 34.

- (a) Jonæ Loppi, ut honoratissimi, nobilissimi, doctissimi Jasti & æqvæ viri, *Annales* semper mentionem faciunt. Solus *vite Sancti Thorlacii* Author, præter avaritiam & mulierositatem, ei crudelitatem quandam expiobat. Libidinem, hujus & sequentium seculorum magnatibus familiarem excusare, non vellem si possem, neque possem si vellem; & sane huic noster succumbit vitio. Interim huic ejus inter populares auctoritas & sapientia eluceſcit, quod etiam borealis quadrantis incolæ suas causas ejus judicio & æqvitati submiserint. De his autem causis erumque transactione, & usque quæ illum sequebantur, lege *Sturlungam* lib. 3. cap. 22. 25. seq. Conf. supra Sect. 1. cap. 2. §. 14. Sect. 3. cap. 6. §. 8. 9.

conaretur. Sed cum senio prædeditus, ipse ante signa stare non posset, cohorti quosdam cognatos suos præfecit, qui in mandatis habuerunt, ut iussa quidem, sed sine rapinis & cædibus exsequerentur. Quæ lis, interuentu Gudmundi Dýre, sopita fuit hoc modo, ut rebelles, quoad Episcopus in vivis esset, Vallis cederent, sed post ejus fata hanc præbendam recuperare ipsis licitum foret (a).

§. 5.

Brandus non tantum bonum & frugi Præfulem, sed etiam litterarum & litteratorum fautorem semper egit. Ipius enim opera scriptæ sunt pleræque nostratum Historiæ & vitæ Heroum, quæ antiquitatis notitiam nobis pandunt. Ipsi etiam Annales, ut & *Sturlunga*, ad ejus (b) usque tempora adscribenda sunt. In officii administratione vigilantissimus fuit; quotannis enim bonos confirmans, malos increpans, errantes in rectam viam reducens, infirmos consolans, ecclesias inuisit, unde non mediocris pietatis laudem sibi acquisiuit (c). Nimis tamen superstitionibus deditum fuisse sequentia monstrabunt.

§. 6.

Anno 1197. quendam curiæ Holensis sacerdotem Thorlacum, Thorlacus Skalholtensium nuper Episcopus in somniis admonuerat, aggravescerent tempestatem & annonam in melius mutatum iri, si sanctitas sua, (sanctæ reliquiæ) ex terra eruta, publicæ adorationi prostitueretur. Hoc (rem itidem confirmante Ormo sacerdote, qui quondam Thorlaco a confessionibus fuerat, sed jam in familia Sæmundini vivente) Episcopo, cæteroque plus satis superstitioni dedito calcar addidit, ut eadem æstate

T t 3

ad

- (a) Hinc pater, Brandum in Holensi (pariter ac Thorlacus in Skalholtina fecit) diœcesi præbendarum jura a laicis auferre conatum esse, licet non pari severitate opus aggresseretur. Vid. supra Sect. 3. cap. 6. §. 6.
- (b) Conf. *Sturlungam* lib. 3. cap. 38; *TORFÆUM* in *Ser. Reg. Dan.* pag. 44. *BIOANUM* de Skardsá in *Prœem. Annal.*
- (c) Pietas Sæmundini nunquam satis laudari potest; nam illa in omnibus ejus tam dictis, quam factis se ostendit, interim a superstitionis labe non facile solvendus; omne, ut ajunt, nimium vertitur in vitium.

ad Paulum Skalholtensium Episcopum, reliquosque insulae Proceres in generalibus comitiis confluentes, litteras daret; quibus ut superstitione, quam ipse imberberat, ab aliis etiam acceptaretur, pervasit. Hinc frequenti Senatu, non jam dissimulante, sed approbante & quasi iter monstrante Paulo, in leges refertur, ut Thorlaco posthac vota nuncupare licitum esset, corpusque, nequid idololatriæ deesset. hac ipsa æstate adorandum proponeretur. Quæ de re Brandus, a Paulo certior factus, tali festivitati interfuturus, Skalholtum, artimo, non viribus, valens advolat.

§. 7.

Eodem anno sub festum natalitiorum Brandus reliquias Jonæ Ogmundini e terra erutas, probeque elutas, novo inclusas conditorio, publice ostentari fecit. Aquam vero, quæ huic usui adhibita fuit, ut presentissimum omnium malorum medicamen asservari curavit. Et ne Sæptus hic solitariæ vitæ tædio afficeretur, simul effossas Biorni Holensis exuvias novo locello donavit (a). Neutrum tamen publice adorandum aut invocandum docuit; usque dum tandem Anno 1200. nive cum frigore ingruente, sed penu & pabulo deficiente (b), mendicæ cuidam extreme fortis, tempore quadragesimali in multam noctem precibus invigilanti, in ipsissimo cathedræ fundo, vir quidam fulgente facie, vestibus splens, perque omnia humanam fortem superans, apparuit, monens, omnia in melius itura & mutanda, si Ogmundini reliquiis divinus cultus tribueretur (c). Nec mora, quam primum hæc Brando innotuerunt, tam effæta tum temporis ætatis, & viribus destituta, ut lecto surgere aut se movere nequiret, iussit aliquantulum reliquiarum Ogmundini sibi admoveri, quo facto melius se habere sibi pervasit. Adhibitis tandem, quæ omnino adhibendæ videbantur ceremoniis, s. Non Martii, quibus vix interesse potuit, actionem animo dudum destinata operæ perfecit (d). Sequentibus

-
- (a) Forte Biorno ut consanguineo suo effossionis habuit honorem, nunquam tamen publico adorationis honore dignatus est.
- (b) Hoc in Islandia, præsertim quadrante boreali, non novum, ut experientia & Antolo abunde testantur.
- (c) Scilicet angelus tenebrarum in angelum lucis se quandoque transformare potest.
- (d) Cæremoniæ eodem fere aut similes adhibitæ fuerunt ac in effossione Sancti Thorlaci, de qua supra, Sect. 3. cap. 6. §. 16. cap. 7. §. 4.

quentibus comitiis, litteris Brandi, cooperantibus Gudmundi Arii persuasionibus, festum Jonæ Ogmundini, sanctissimis festis adnumeratum fuit (a), obiit pius Præsul Anno 1201, festo Sixti, id est 8. Idus Augusti, officii 38, qui Holfensium Episcoporum ultimus conjugii vinculo senet adstrinxerat.

CAP. V.

De Gudmundo Arii filio.

§. I.

Gudmundus Arii filius (b) Anno 1160. hanc lucem primum adspexit. Quinquennis patre (c) amisso, in contubernium Ingemundi patruelis sui acceptus, literis tam graviter operari cœpit, ut duodecennis Acolytus, & sequenti anno Subdiaconus crearetur. Anno 1179. ad externos iter paravit, at Neptuni & Æoli inclementia diu multumque jactatus, tandem sub hyemem repulsus, naufragium passus est, in quo crus ei diminutum fuit (d).

§. 2.

- (a) Festum Ogmundini in omnibus nostratum calendariis notatum occurrit; sed in extraneis non legitur, nec unquam ille a Pontificibus Romanis sanctorum albo inscriptus fuit. Conter *Sturlungam* lib. 3. cap. 35.
- (b) Genealogiam *Landnama* pag. 63. 116. & *Sturlunga* lib. 2. cap. 39. exhibent. Majores quidem claros habuit, sed ipse ex adultæino congressu natus fuit, nam mater, deserto marito, ex Ario quater concepit; vide *Sturlungam* l. cit.
- (c) Arius Gudmundi pater, aulam Erlingi Comitis sequens, in prælio ad villam Ridjökul 1165. commisso, non sine singulari laude occubuit, nam se pro Comite hostibus occidendum objecit. *Sturlunga* lib. 2. cap. 40.
- (d) Cum inter æstuantis maris fluctus navis jactaretur, Gudmundi crus ad latus scaphæ illisum ita comminutum fuit, ut calx antorsum, digiti vero retrorsum versi conspicerentur, quod malum totam eam hyemem lecto stixum detinuit. Sed sub æstatem Reykholas decessus, a Sacerdote quodam artis medica perito, sanitati restitutus fuit, qui ossium fragmenta, ex cute adhuc eminentia, forcipibus extraxit. *Sturlunga* lib. 3. cap. 2.

§. 2.

Anno 1184. sacerdotio initiatus, primo Hofensî; deinde Miklabajensî, & tandem Vallensî templo præficitur. In hoc officio, præter quotidianam sacrorum operationem, crebris se jeuniis & precibus ita maceravit, ut reliqui, num talia diu perferre possent, non immerito *debitarent*, decimas vero, oblationes, aliosque redditus, quantum ad vitam & victum, vestitumque opus non habuit, egenis distribuit. Præterea in rivorum, fontium, taliumque consecratione multus fuit, quæ ei tantam famam & sanctitatis opinionem pepererunt, ut vulgo *Bonus* cognominaretur. Sed quidam Episcopo, Gudmundum ecclesiæ bona dilapidare insufurrantes, effecerunt, non tantum, ut a Vallensî parochiæ administratione remotus, minus lucrosæ præficeretur, sed etiam hæreditate Ingemundi patruelis, Episcopo, nescio quo legum prætextu, cathedræ Holensî illam vindicante, privaretur.

§. 3.

Anno 1195. ab Haldora Abbatissa Kyrkebajensî evocatus, abitur paravit, quod ubi parochianis innouit, Episcopum na ipsi discedendi veniam concederet, rogarunt. Vallis itaque sequentem hyemem transigens, festis diebus ossa quædam & sanctorum reliquias osculanda & adoranda proponere solebat, quod haud contemnendi lucri causa existit. Sed præfectus villæ Thorsteinus hæc taliaque irridens, nescire se, an eorum an indigetum reliquiarum essent, dixit. Huic itaque Gudmundus sub ætatem discessurus, ut blasphemus & irrisori dicam scripsit (a). Anno 1198. Brandum Holensem cadaveris Thorlaciani effossioni interfuturum, Skalholtum sequitur, in qua processione Præcentoris dignitatem & proximum ab Episcopo locum obtinuit.

§. 4.

Annis 1199. & 1200. quartam occidentalem circumiens varia pertrasse fertur miracula (b), quibus tantam sibi celebritatem acquisivit, ut reversus

(a) Vide supra Sect. I. cap. I. §. 53. 54.

(b) Tribuuntur ei præter fontium consecrationes, quorum ab ipso denominatorum in qua-

vertens (Nam hyemes cum Kolbeinó Tummæ filio, tunc temporis borealis quadrantis facile primo, transigere solebat) & monasterio Thingorlenfi

vis fere provincia plures adhuc indignantur, multa miracula, ut larvarum & dæmonum fugationes, ægrotorum sanationes, futurorum prædictiones, infoliti & miraculosi raptus, non dissimiles ac de Olao Tryggonis in ejus *Vita* cap. 77. 79, aut de Sancto Andrea Pastore Slaglofensi, referuntur, aliæque, quorum pleraque superstitioni seculi genium sapiunt. Unum tamen quin adscribam superfedere nequeo. *Sturlunga* lib. 3. cap. 36. " Þetta hauff bar so til, hann saung yfir síúkum kararmanni, " og bar yfir hann helga dóma lína, hann lá í beck hiá þeim síúka manni og " sofnadi hann á bænnine, at því þeim þótti er vid vóru. Diáknri hanns lá í beck " hiá hönum, og hnie Gudmundr Prestfr á hana ofan er hann sofnadi. Enn er " hann hafdi skamma stund legit, þá kendi Diákninn ei at hann lægi á hönum, enn " hann lá oc so adrir, at hann lá þar lángra stund. Enn er hann vaknadi, spurdi " Diákninn, því hann kendi hanns ei, er hann lá á brjósti hanns? enn hann vildi " ei legja. Þá kom saga sú um veturinn vestan úr fiórðum, at sá madr er Snor- " re het, vestan úr Skálavík, hann var leikinn af slagdi einu, oc sókti hann tröll- " kona so miög, at hugdi hann mundi ei undan komast. Enn þessa sömu nótt, " er ádr var fráagt, þat var laugarnótt, þá fór hann einn til tíða, oc var miög " lángr at fara, þá kemr at hönum tröllkonan oc sækir hann, oc bægir hönum til " sialls. Þá bidr hann at Gudmundr Prestfr dugi hönum, ef hann er so mikils ráð- " andi vid gud, sem hann hugdi, og leyfa hann af slagdi þessa. I því síyndist " hönum, lein líos kæmi yfir hann, enn líósinu fylgdi madr í kyrkio-kápu oc " hafdi vatnstöckul í hendi oc stökti yfir hann. Þá hvarf tröllkonan, so sem " sycki hön nidr, enn hönum fylgdi líósid allt til bæar, oc þóttist hann giörla " kenna, at líósinu fylgdi Gudmundr Prestfr Arason. Nú bar það saman á einni " nótt, at hann vitradist Suorra, og Diákninn kendi ei þúnga af hönum. " Id est: *Hoc autumno accidit, ut pro ægroto quodam, qui jngiter lecto detinebatur, preces funderet, & super illum sanctas imponeret reliquias. Ille in scamno apud ægotantem decumbens, prout præsentis reputavere, inter orandum obdormivit. Ejus diaconus in eodem juxta illum scamno decumbebat, super quem Gudmundus obdormiens se declinabat. Ubi autem paulisper decubuerat, illum sibi superjacere diaconus non pensensiseebat, quamvis tam hic, quam cæteri (præsentis) illum ibidem diu jacentem viderent. Ubi vero expergeret, diaconus illum, quare suo in sinu jacentem non pensensiserit, interrogavit, ille autem responsum redclere noluit. Hyeme exin ista de simibus occidentalibus perferebatur velario, virum nomine Snorronem de Skalavico a lamia quadam impetitum fuisse, quem gigas ista tam acriter insicclabatur, ut spem elabendi non haberet. Noctē vero prædictā, quæ erat Saturni, soli illi, ad missam (audiendum) per viam admodum longam proficiscenti, gigas occurrit, eumque insicclans, ad montes devium agit. Tunc ille Gudmundi sacerdotis, si modo iste tantum apud Deum valeret, quantum hic illum (valere) reputaret, ad se a lamia ista libe-
randum*

Uu

rensi appropinquans, a Carolo Abbate & Gunnlogo Monacho, viris id temporis Islandorum doctissimis, antiphonam hæc concinentibus: *Vir iste in p. pulo suo mitissimus apparuit*, magnificentissima processione exciperetur.

§. 5.

Anno 1201. australem orientalemque quadrantem, eodem modo convivia captans, & miracula subinde perpetrans, peragravit, in quo itinere literas a Kolbeino, ipsum in locum nuper defuncti Brandi Holensis electum esse nuntiantes, accepit. Calendis enim Septembris curiæ Holensis cives, Vallis de Episcopi electione acturi, comitia habuerant, in quibus Kolbeinus aliique Episcopum extra suam quartam quærere dedignant, rejecto Magno, quem pater Gissurus Nomophylax summopere commendabat, Gudmundum frequentes elegerunt. Hoc audito ad Kolbeinum properans, verecunde quidem semet initio excusavit, sed instante Kolbeino aliisque, altera denuo comitia, pro ipsius vocatione stabilienda, in quibus ipse popularium vota coram audiret, habere placuit, quibus peractis, tandem oblato oneri humeros submisit. Kolbeinus deinde electum lauto exceptum convivio (a), & donis mactatum, Holar deduxit, ibidem septem stipatus comitibus, quod hyemis restabat, commoratus & rei domesticæ dispensatorem agens, quod cum se inconsulto factum fuisse Electus postea diceret, eorum amicitia paulatim dissiuæ cepit.

§. 6.

randum, auxiliatum imploras. Eodem momento lumen sibi superveniens videre sibi visus est, quo in lumine vir erat, casula indutus, spargillum manu tenens, quo illum aspersit. Tunc gigas tanquam deversa disparuit, ipsum vero (Snortonein) lumen usque ad villam comitabatur, in lumine vero Gudmundum Arii filium sacerdotem præsentem accurate recognoscere sibi visus est. Hæc eadem coincidebant nocte, tam quod Snortoni apparerit, quam quod Diaconus ejus gravitatem non pensavisset.

- (a) Kolbeini convivium hoc modo describitur: Electo tronus, Regio more erectus fuit. Ipse autem Kolbeinus famuli instar ministrans, trita & foraminosa mappa mentem imprudens stravit. Sed errore cognito factum excusare cepit. Cui Pæriul regessit: *Nilil quidem reserve. Mappam samen hanc esse typum Episcopatus sui, saltem etiam illum futurum, quod ejus vaticinium non omnino vanum fuit, ut ex dicendis apparet.*

§. 6.

Anno 1202. Paulo Skalholtensium Antifite de sua electione per epistolium certiore facto, ipsiusque approbatione accepta, ab eodem invitarus Skalholtum latus advolat (a), unde ipsius ad Archiepiscopum literis præmuni-

U u 2

(a) Litteræ de hac re inter Gudmundum & Paulum Episcopos, ut & Sæmundum Jónz, Pauli fratrem, ex *Sturlunga* lib. 3. cap. 60. exscriptæ tales sunt:

" Páli biskupi sendir Gudmundr prestfr sem nú er kallaðr biskups efnis, kved-
 " iu Guds og sína. Eg hefr játaft undir meiri vanda enn eg sé fær, og haft ei
 " ydart lof til oc ráð sem vera átti. Nú vil eg bida ydr álita af guds álfa, sem
 " þer erud skyldir til at segis, hvad ydr er nærst skapi. Vili þer annann mann
 " kiósa til þessa vanda oc vegs, er eg hefer ómaklegr undirjátaft, þá vil eg feginn
 " uppgesa. Því eg verð þess af nockrum var, at þetta þykist ófínale hafa, oc
 " hef eg því ráðit Sigurd Ormsfon til hárfórða, at menn kvíddu hárfórðum
 " mínun. Nú kíótid annadhvört, hvad sem Gud kennir ydr, oc sendit mer bref
 " um sem fyrft, hvört þer kíótit mig til edur frá. Vale." Id est: *Gudmundus*
Pastor, & jam vulgo dictus Electus, Paulo Episcopo salutem Dei & suam. Majus
quam cui par sum, onus subii, non tuo consilio & venia, uti fas erat, usus. Itaque
vos exortatum eo, ut Dei nomine decernatis, prout indicare vobis incumbit, quod vester
fert animus. Quodsi quenquam alium ad istud onus, honoremque, quem ego suscepi,
eligere velitis, libenter eundem depositurus sum; Etenim ex nonnullis percipio illos in-
consulto hoc fecisse sibi videri. quare Sigurdum Ormonis filium, æconomum constitui,
eo quod æconomia mea in dubium veniret. Itaque alterutrum prout Deus vobis sug-
geret eligite, literisque, quam primum fieri potest, missis, certiore me reddite, utrum
me, nec me eligatis. Vale.

" Páll Biskup sendir kvediu guds oc sína Sæmundi bróður sínum. Bref
 " biskups efnis kom til mín, at eg skyldi kíóla annann mann til biskups. enn
 " hann lættt vers búinn at uppgesa kosninginn. Hann hefer ráðit til stadarfor-
 " ráða Sigurd Ormsfon, þvíat menn vóro úggandi um hanns hárfórða. Eg þykist
 " þess kenna á brefi hans, at hann ætlar utan í sumar ef hann er ei frá kosnu,
 " þvíat hann villdi, at eg skyldi annað hvort kíóla hann til edur frá. Nú vil eg
 " þú segir, hvad eg skal adkveda." Id est: *Paulus Episcopus Sæmundo fratri,*
salutem Dei & suam. Accepi literas Electi, ut scilicet alium Episcopum eligere,
quo facto, ille se electioni rennaciaturum significat. Sigurdum Ormonis æconomia præ-
posuit, quoniam ipsius æconomia procuratio in dubium vocabatur. Ex literis ejus per-
sensit ipsum sequenti æstate peregre profecturum, nisi electio irrita fiat, insistit enim
in eo, ut ipsum electum, vel non electum censeam. Itaque quid decernam, enun-
ciat, exopto.

" Páli Biskupi sendir kvediu guds oc sína Sæmundr Jónsfon. Veistu bródir,
 " at Gudmundr hefer ei verið mikill vin í málum vorum; ein þó er hann leyfðr
 " af

præmunitus navigio se credit (a). Solvens vero e portu Eyafjordens circa medium ætatis navigationem, priori parum propitiorem experitur. Tandem

"af mörgum mönnum, oc líkligt, at því se kofningr undir hann komin, at þat innu guds vili vera. Spyr eg- at hann se margs vegna veltíðfallinn bredi gæðsku sumar, og síðlemis, og reinfliis. Enn ef nockud er annad í, þá taki það vanda af Nordlendingum, at þeir ábyrgð hálf-ir kíör sitt. Enn það er mitt ráð, kíós hann heildir til enn frá, því ei er víst hvör líkligre er til, at gudi líki vel enn sá, og er varu best at betta í. Þat er óráðid at fá se, at eige megi nockud ad finna. Einhliur giörduft Nord- lendingar ad um kíör sitt, beri þeir nú ábyrgd fyre hve verdr." Id est: *Paulo Episcopo Sæmundus Jona salutem Dei & suam mittit: Nosti frater, Gudmundum haud fuisse partibus nostris, nihilo secius a compluribus laudatur. Electionem autem Dei voluntate ipsi obvenisse verisimile est. Accepi quidem ipsum ob multas res idoneum, nempe humanitatem, bonestatem & castitatem, id quod plurimi interesi. Quodsi res aliter se habeat, id incumbat onus civibus borealibus, qui in hac electione Jui ubi sunt consilii. Verum cuiusvero me fratre ipsam eligas, incertum enim est, quis illo sit magis idoneus, qui Deo melius placeat; Est igitur ex maxime probabilibus hoc periculo committendum, nec in propatulo est, dari cui nihil vitio verti possit. Sna tandem sponte boreales delectam habere, quibus ergo futura cura sint.*

"Páll Biskup fendir guds kvediu oc sína Gudmundi Biskups efni. Gud hefr kost þig til biskups og var, og ertu fastliga kofinn ad guds lögum og manna, so sem á þessu löndi má fullgíast. Nú er gódir menn hafa þeuna vanda á þig lagt, þá ber oss naufsyn til, at finna þig sem bráðast. Þvíad eg kendi það í breki ydru, at þú munt utan ætla í sumar, ef so er sem þú mundir kíösa. Nú vil eg koma til móts vid þig ef þú villt, enn kunna þúck, ef þú sekir mig heinn, enn skyllda þig ei til, þvíat eg á mörg erinde vid Erkiliskup, þau er eg vil þú franslytje, oc komir á minn fund, ádr þú fer utan." Id est: *Paulus Episcopus Gudmundo Electro salutem Dei & suam. Deus ac nos te Episcopum eligimus, quare legibus divinis & humanis firmiter electus es, quoad inser nostrates fieri potest. Ceterum cum viri prestantes hec tibi onus imposuerint, necesse est ut te quam civitate conveniamus, quippe ex epistola vestra percepti, te proxima estate peregre discessurum, si modo voti compos evaderes. Itaque si tibi placeat, te conveniam, si autem domum meam veneris, gratissimum tibi eris, non enim id tui officii duco. Etenim mihi res multa cum Archiepiscopo intercedunt, quas ut procurares, megre aut discessum tuum convenies, percipio.*

- (a) Hujus itineris comitem fíbi adscivit Rasmus Sveinbjornonis virum pietate & vitæ sanctimonia clarum, qui post mortem a quibusdam divorum numero inscriptus fuit. Hæc in laborum & exantlate molestiæ præmiium, ut & indissolubilis amicitie pignus dedisse dicitur *Lapidem solis*, cujus, aut similis in *Vita Dni Olai* Norveg. Reg. cap. 144. mentio etiam injicitur. Quid per hunc lapidem solis-intelligi debeat, aliis eruendam relinqvimus. Sed quoad certiora edocemur, statimur fuisse opali quoddam

Tandem tamen non sine vitæ periculo Norvegiam tenens, Anno 1203. 8 cal. Martii ab Erico Archiepiscopo Holensium Præful consecratur. Dum vero revertens, adque orientale insulæ littus appellens, Paulum Skalholtensem & Jonam Grönlandensem Episcopos, non sine mutua congratulatione offendit.

§. 7.

Afscnsâ cathedra, tantum abfuit, ut aliquid de solitis pietatis exercitiis omiserit, ut quædam nova prioribus superaddiderit, quorum unum saltem hic recensere libet. Imminet Sedi Episcopali ab oriente magnæ altitudinis mons, Holabyrda dictus, in cujus medio fere latere vallecula quædam seu aperta cavitatis, hodieque *Gvondarskål*, (∞. Gudmundi cavitatis) vocata, in qua saxum ingentis magnitudinis, *Gumundar altare* nuncupatum, conspicitur. Huc quotidie, tempore præsertim quadragesimali, nudis pedibus, nulla habita inclementis aëris ratione, asperam arduamque viam, in aliquot stadia se porrigentem, preces matutinas ibidem fufurus, emensus est.

§. 8.

Bonorum statim ecclesiæ prodigus, inque subditos magis quam speraverant, imperiosus esse cœpit. Kolbeino Tummæo ipsius sanctimonia, dum privatus fuit, inescato, suam ad tantam dignitatem evectionem plurimum debuit; Sed in folio collocatus, ipsius, aliorumque de se bene meritorum oblitus, solus pro lubitu omnia agere & dirigere voluit. Sigurdum Ormi filium, virum primariæ dignitatis, ejusque uxorem, quos quam primum suam ad episcopatum electionem inaudiverat, œconomiz præfectos & rei familiaris dispensatores elegerat (a), amplissimisque, si se sua-

U u 3

que

dam genus, forte quod Italis vocatur *Girafole*, nonnullis tamen *Astroites* aut *Astria* vide ANSELM. BOETHI *Hist. Gemm.* lib. 2. cap. 47. & seq. aut magnetem quendam, folis vel lunæ sequacem, de quibus legendus KIRCHERUS in *triplici regno Naturæ* Sect. 3. cap. 2. seq.

(a) Epistola quam Gudmundus Sigurdo & ejus uxori hac occasione scripsit talis est: "Kvediu
" guds og sína, sendir Gudmundr, sem nú er kalladr biskups efni, Sigurdi og
" Þuridi.

que omnia sibi concederent, promissionibus impleverat, abominari cœpit. Unde Sigurdo (quo facilius a se remotum perfunderet) ut œconomiam monasterii Thveraënsis susciperet, persuasit.

§. 9.

Cum Kolbeino autem statim aperta exercere cœpit odia, quæ primum in causis Asbiorni cujusdam sacerdotali munere fungentis eruperunt. Huic Kolbeinus ob rem pecuniariam dicam scripserat, sed Præful constituto judiciali processu, infula, stola, baculoque ornatus intercessit, & Asbiornum non tantum infontem, sed eorum jurisdictioni omnino exemptum esse protestatus est. Kolbeino autem nihilo fecius iudicium exercente, & ex juris civilis rigore Asbiorno aqua & igne interdicante, Præful ne cedere videretur, id enim suæ dignitati non parum detrudere credebat, Asbiornum non tantum satellitem sibi advocavit, sed etiam Kolbeinum ejusque asseclas diris devovit. Litem autem ad tempus Paulus Skalholtensis Præful, ejusque frater Sæmundus sua auctoritate sopivere, persuadendo Kolbeino, ut ipsi Episcopo rei arbitrium committeret, qui ex eorum sententia modicam sibi pecuniæ summam adjudicavit, cujus dimidium Kolbeinus ex tempore solvit, dimidium vero asseclas pendere iussit, quo tamen Præfuli nequaquam satisfecit.

§. 10.

Eadem ætate Kolbeini amicis & affinibus, sibi que quondam carissimis Sigurdo Ormi & Hallo Klepjarni amicitiam renunciavit, & paulo post

" Þurídi. Gud hefir miklar jarteknir gjörðt, at ver skyldum efna vor heit, sem
 " ver erum skyldugir vid ydr ad fá staðfestu. Nú er eg skyldugr þíns fulltings,
 " þvi eg hef meiri vanda á mig jótad, enn eg se sér ad bera. Nú byð eg ykkur til
 " Staðar forráða með mér og hárvardveitlu, og komið sem fyrst má, þviad þad
 " gegnir betr Staðnum og oss." Id est: *Salutem Dei & suam Gudmundus, jam*
Electus appellatus, Sigurdo & Thnrida mittit. Magnum Deus miraculum fecit, quod
votum nostrum prestare possimus, cujus in vos rei sumus, ut firmam vobis exhibeamus
stationem. Tui jam adminiculi opus habeo, majus enim onus subii, quam cui ser-
ndo par sim. Jam praefecturam opum Cathedrae & œconomiam mecum (obcedam)
vobis offero; Quamprimum (igitur) occasio datur, venite, id enim tam Cathedra quam
vobis maxime expedit.

facris interdixit, caussans eos rustico cuidam pecuniam injuste abjudicasse, alterum vero ex cœnobio Thveraënsi extractum male mulcasse. Horum communionem Kolbeinus, primo quidem, ne Episcopum irritaret, vitavit; sed cum non diu in sententia perstaret, neque dimidium promissæ pecuniæ solveret. pari pœna plectitur. Hinc 80. armatis stipatus, domesticis quibusdam Episcopi diem dicturus, Holas venit, quod ille præsciens, ascenso ædium tecto, Episcopali ornatu fulgens, novam in Kolbeinum ejusque asseclas, lingua vernacula, ut omnes intelligere possent, execrationem intonat; Sed hæc etiam controversia amicorum interventu eo modo sedata fuit, ut Episcopus Kolbeinum cum sociis absolveret, ille autem actionem omitteret, totius vero causæ arbitrium penes Archiepiscopum foret, cujus iudicio se statutum uterque promittebat. Nunquam tamen pristina redintegrari potuit amicitia; Nam Episcopus novas semper Kolbeini subditis actiones intendendo; ille vero parum vel nihil cedendo, antiqva renovarunt odia.

§. II.

Skæringsus erat male morato cuidam Acolytho nomen, qui clientem quendam Kolbeini constupraverat. Præful vero ejus patrocinium suscipiens, proque eo satisfactorius, non contemnendam pecuniæ summam obtulerat. Sed respuens conditionem Kolbeinus, lege in reum agere constituit, bonaque ejus, a Sigurdo Ormi adjutus, publicavit; quo cognito præful, utrumque denuo cum asseclis, anathematis fulminibus percussit. Hoc illi magis exasperati, alios etiam ejus asseclas ob conversationem cum Skæringo, exilii reos proclamarunt; quorum bona proscriptionis Kolbeinus, Anno 1208. ingenti armatorum numero stipatus, Holas tendit. Hoc præsciens Episcopus, ecclesias provinciæ visitaturus, quos Kolbeinus damnaverat secum ducens, cumque iis, ut insontibus victitans & ad sacra aditum permittens, abitionem maturat. Ejus exemplum contra Kolbeinus & sui, quos deoverat Præful, sequentes, ut insontes sacris interfuerunt, & publicis negotiis operam dederunt, qui mos deinde, quamdiu in vivis fuit Gudmundus, in Holana diœcesi invaluit (a).
 gente

(a) Duplex quondam fuit proscriptionis civilis, minor, quæ nostra lingua vocatur *fiörbaugsgardi*, major autem *skóggangr*; binæ vero minores in eodem subjecto simul concurrentes

gente ætate Episcopus domum revertitur, multis quidem viris bonis & virtute præditis, pluribus vero malis & factiosis stipatus, qui rapinis & maleficiis, tam in indigenas rusticos, quam in advenas mercatores, causantes eos cum Kolbeino & excommunicatis victitasse, grassabantur. Per Modruvallas transiens, sacrum quoddam scrinium, aliasque sanctorum reliquias, ne contactu excommunicatorum profanarentur, abstulit (a). Quam Kolbeinus, ejus frater Arnorus, Sigurdus & Hallus Klepjami, contumeliam, & (ut vocabant) spoliationes non ferentes, armatos ex omnibus sibi subiectis provinciis, Episcopum invasuri congregarunt.

§. 12.

Septimo Idus Septembris Episcopus Holas venit, postriede qui est beatæ Virginis natalis, sacris si licuisset, operaturus Sed eodem die Kolbeinus, (reliqui enim nondum advenant) sedem Episcopalem obsidione cinxit. Et licet Ogmundus Episcopi cognatus, aliique seditiores pacis condiciones interferrent, aliud tamen, quam ut Præsul hac vice cum suis illæsus abiret, convenire non potuit. Hac ille accepta conditione, trecentis stipatus varii generis hominibus, (nam hunc numerum 3. Abbates, 40. sacerdotes, quidam fortes & armati viri, & non pauci utriusque sexus mendici implebant,) abequivavit (b). Kolbeinus vero instigante Brúo

(acerdote,

rentes majorem æquabant; cum tali modo reis visitantes, eos recipientes, adjuvantes, aut occultantes, parem sibi reatum contraxerunt, nisi jurisjurando religione firmare possent, nihil sibi de eorum proscriptione constituisse. Ex hoc fundamento Kolbeinus Episcopi affectus ob communicationem cum Skirringo proscripsit. Vid. supra Sect. I. cap. I. §. 18.

- (a) Non immerito inter majoris momenti paradoxa numerari debet Gudmundi Præsulis pietas seu zelus, credentis Sanctorum reliquias excommunicatorum præsentia profanari, imo ipsa templa eorum sepultura, aut etiam sanguine innocentium, si iis aspergeretur; sed facinorosos templis tanquam asyulis includere, iisque pro castris & munimentis tutas esse duxit. Sed non hoc solum modo Fapicolæ culicem decolaverunt, camelam autem deglutierunt.
- (b) *Sturlunga* libr. 4. cap. 3. " Máriumeffo aptan, var hringt illum kluckum, og er sagt ad Kolbeinn og menn hans heyrdu ei kluckna hlióðit. og nú ridr búkap af stadnum og med hönum þriú hundrud manna. Þar voru 3. ábótar, 3. múnkar, 40. prestar, marger klerkar, féllði röskra manna, sumt voru strákar, stafkar og

sacerdote; pactis non manens, abeuntem cum suis persequi cœpit. Hinc Episcopo & Abbatibus; ne manus confererent, frustra clamantibus, acre prelium committitur, in quo Kolbeinus, lapide caput percussus, Præfuli tamen ante mortem reconciliatus & absolutus, occubuit, præterque ipsum ex suis octo, in quibus Brusius sacerdos. Ex episcopalibus etiam nonnulli desiderati sunt.

§. 13.

Reliqui complices Kolbeino occiso, aut fuga, (in quæis Arnorus & Sigurdus) salutem quæsierunt, aut victoris misericordiam (in quæis Hal-lus) implorantes, pro modulo facultatum & statu causæ, pecunia vitam dedemerunt (a); Quod deinde lytrum Præfulis emissarii, turmatim provin-cias

" og gaungu konur. " Id est: *Vigilia festi Mariæ omnes campana pulsabantur, quarum sonitum Kolbeinum ejusque affectas non audivisse, perhibetur. Episcopus deinde cathedram velingens, inde equitat, tribus stipatus Abbatibus, tribus monachis, quadraginta sacerdotibus, multis clericis, & virorum fortium magno numero. Quidam (ejus assecularum) erant erronei, & utriusque sexus mendicabula. Si Gudmundo ex conditio pugnandum fuisset, & concessam, ut quotquot posset, evocaret, certe 200. sacerdotes & mille armatos in aciem producere potuisset. Mos enim fuit Episcopis manus cum hostibus conferturis, omnes suæ provinciæ Abbates & sacerdotes evocare, & unictive inungere, ut omnes, aut quam plurimos paræcia incolas & subditos secum adduceret. Hinc JONAS EGILLI in *Vita Ögmundi* scribit: " Hann " skyldedi hvær prest, at ríða til alþingis og hölmenna féim mest. " Id est: *Cunctosque sacerdoti, ut quam maxima posset, frequentia stipatus, comitia universalis adiret, injunxit. Quo pacto Ögmundus MCCC. (id est 1560. nam numerus centenarius major hic ut alibi, in antiquis rationibus Islandicis intelligendus est.) armatorum contraxit, in quo exercitu sine dubio fuerunt 300. sacerdotes, nam ejus tempore habuisse diocæsin Skalholtinam 400. aut etiam plures sacerdotes, facile adducor ut credam, cum pleræque majoris notæ templa duos, tres aut quatuor numerarent Pastores. Hinc est, quod eorum fidem sollicitare non possim, qui 600. Clericos in prælio Fortvicensi cecidisse scribunt. Cum enim Dania plus decuplo populiosior sit, quam Islandia, & ibidem quinque Episcopi occubuerint, quorum quævis forte 200. clerici stipabant, haud absurdum, imo valde verisimile est, majorem eorum partem pro & cum suis Episcopis cadere voluisse & gloriosum duxisse. Conf. supra Sect. 3. cap. 3. §. 5. pag. 275.**

(a) Ipse simul actorem & judicem agens, primo omnibus fidelitatis juramentum extorsit; quo præfulto, pauperibus 12, mediocribus 20, 40. 60, ditissimis 80. thalerorum pre-tium

cias percurrentes, rapinasque & varia nequitia: genera exercentes, rigidi-
 issime extorserunt. Horum pleraque licet Episcopo, partim infcio, par-
 tim non jubente fierent, ipsi tamen vulgò omnia imputabantur, præfer-
 tim cum e rigore disciplinæ ecclesiasticæ nihil remitteret; nam in eos,
 qui solvendo non erant, pariter ac injurias questum ad se venientes, diris
 & devotionibus plerumque debaccatus est, quo summam sibi infamiam &
 vulgi odium attraxit, futuræque calamitati viam stravit. Pauli etiam
 Skalhól-

tium, quo ant vitam aut excommunicationem redimerent, imposuit, quæ *Sturlunga*
 libr. 4. cap. 3. his narrat verbis: " Biskup leggir nú gjöld á alla þá er ad hönum
 " höldu farid 3. hundrud vadmála, á sumu 5. hundrud, eðr 10. hundrud, so sem
 " hönum þóttu sakarnar. Af einum Bónða hafði hann 20. hundrud. Biskup fend-
 " ir nú menn sína, til ad draga saman þetta fe, oc treystuð þeir ei fámennir ad
 " fara, enn þeir er fyri látú, þorðu ecke annað enn gjalda slikt er þeir kröfðu,
 " enn kölludu ráu. Nú er illr kurr í bændum, þóttuð hafa látid höfðingjann,
 " enn fengid hálfir sneipu, látid frændr sína oc vini, sumir linu, og gjalda fe á
 " þad ofan, kalla þeir þetta allir hernað, og ráu er þeir láta; hinir ólmast því meir
 " yfir ad fara med flokkintum. gesa adrar sakir fram hía bændunum, Þeir gingu
 " og yfir bá þeirra Arnórs og Sigurðar, og giöra marga luti þá er biskup bað
 " eige, hellðr hannadi þeim. Þeir brendu bæ einn og unnu á nockurum mönnum
 " þeim, er þeir þóttuð sakir vid ega. Einn tíma drápu þeir mann, oc var madr
 " fyri þeim dreppinn og prestur. Enn þad sem biskups menn giörðu óspakligt, þat
 " kendu bændr biskupi. Biskup kallar bændr í sama banni sem adr þeir létuð,
 " þyat þeir villdu ecki hallda, þad er þeir höfðu fest um sumarid, og villdu allt móti
 " hönum giöra þad er þeir mattu. " Id est: Episcopus omnibus qui ipsam impet-
 " erant, multam, tres pantorum inquilinorum hundredas, quibusdam quibusque, aut
 " etiani decem hundredas, prout cujuslibet ab eo (in se) offensiones reputabantur, irro-
 " gavit. Uni Colonos viginti hundredas extorsit. Ad has deinde multas corrogandum
 " Episcopus suos misit, qui absque frequentia iter suscipere non sustinuerunt, qui autem
 " impetebantur, non aliud præsumebant, quam quicquid impetabatur expendere, id ta-
 " men rapinam esse dictitabant. Hoc colonos pessime ussit, principem suum amiserant,
 " ipsi ignominia affecti; Cognatos & amicos, quidam etiam membra amiserant, & multa
 " illis jam præterea irrogabatur; Talia tumultum, & latrocinium appellabant. Ili in
 " contrarium eo magis furantes & magno numero grassantes, alias ab his diversas astio-
 " nes colonis præterea intentant. Villas Arnori & Sigurdi depraedabantur, & multa
 " alia quæ Episcopus iis non præcepit, sed interdixit, peragebant. Prædium quoddam
 " combusserunt, & quosdam viros quibus erant insensu, laesere. Hominem quendam (præ-
 " tereo) interfecere, ipsi quoque unum (viticum) & sacerdotem (a colonis) interfectos
 " desideravere. Sed quicquid episcopales violentum commiserunt, id coleni Episcopo im-
 " putabant. Episcopus colonos, eadem ac ante transactionem, excommunicatione teneti
 " urgebat, eo quod pactis estate præterlapsa imis non steterint, & quantum in iis suum
 " esset, sibi obfistere conarentur.

Skalholtenſum Antiftitis, ingentem hanc providentis procellam, pacemque cum Kolbeini confanguineis incundam ſvadentis, ſuam præterea non tantum operam, ſed & pecuniam ad exulceratos mitigandum animos obferentis, monita ſprevit; ferociter poſtulans, ut is tanquam collega, in omnibus per fas & nefas ſecum ſtaret & conſentiret.

§. 14.

Omni itaque pacificationis ſpe ſublata, Kolbeini cognati & affines (a) Anno 1209. numeroſo collecto exercitu, ipſum Holis, in aliquali ſuper ædium tectis erecto munimento ſe cum ſuis continentem, maxime vero facinoroſis, de quorum ſalute & reconciliatione omnino deſperabat, templo incluſis, invaſerunt. Serum erat diei, cum opugnatores, militari ſublato clamore, Cathedram episcopalem corona cingerent. Oppugnationem vero, data opera, plurimos ab eo noctu (ut evenit) tranſfugituros, præſagientes, in proximam lucem diſtulerunt. Antequam invaſionis ſignum daretur, Arnorus Præſuli optionem dedit, ut ſi reorum quorundam, qui in templo eſſent, vitam redimere vellet, cathedram nunquam reverſurus deſereret, ſi minus, omnes interneſione delendos, ipſumque invitum avehendum fore minitatus eſt, ea autem reſecta, prælium committitur, in cujus primo ardore propugnantium duodecim, oppugnantium vero ſex perierunt. Quo factò Præſul a Snorrone Sturlæo, ut ſua ſe fidei committeret, invitatus, extemplo ad eum tranſiit, eodemque die cum eo abiit. Reliqui expeditionis focii præſertim Arnorus & Sigurdus, reos ex templo extractos, quosdam membrīs, quosdam vero (& inter hos Skiæringum) vita privarunt, eosque in locis profanis tumulari curarunt, ſuos vero, non obſtante excommunicationis pœna, in ſepulchro condiderunt. Omnes, quotquot a partibus Epifcopi ſteterant, pecunia mulctarunt, nemine contra ne hiſcere quidem audente, in omnibus hiſ ſe Epifcopum imitari dicentes, qui talia exempla, tam in propria,

X x 2

quam

(a) Hi fuerunt, Arnorus Kolbeini frater, Sigurdus Orni ejus vitricus, Thorvaldus Giſfuri filius Arnoris patruelis, (nam Thurida Kolbeini mater fuit Thorvaldiſi ſoror); Jones Sigmundi, affinis, Sighvatus Sturlæus, ſororem Kolbeini ſociam thori habens; Snorro Sturlæus Sighvati frater, Magnus Gudmundi Thorvaldiſi affinis, & Thorvaldus Vatnsfiordentis.

quam in contrariae partis aëleclis prior statuerit (a). Ad rapinas deinde conversi, ne a templi quidem ornamentis sacrilegas manus abstinerunt. Decimas Episcopo debitas a suis per universam diocesem colligi curarunt; reliquaque cathedræ bona & redditus pro lubitu dispensarunt. Sacerdotibus ut ipsos ipsorumque satellites absolverent, sacrisque assidue operarentur, edicto Præfulis nomine proposito, minaciter mandarunt. Horum fama cum ad Præfulis, Reykholti cum Snorrone exulantis, aures perveniret, contrarium confestim emisit edictum, quo templum Holense, utpote excommunicatorum sepultura profanatum, claudi mandavit; omnemque in universis diocesibus templis sacrorum operationem severe prohibuit. Sigurdus vero & Arnorus, quibus hæc fudes in oculis erant, sacerdotes, ut nihilo secius suo fungerentur officio, vi aegerunt (b).

S. 15.

- (a) Præful enim suos a Kolbeino proscriptos, in sepulchro condi, Kolbeimianum autem se excommunicatos sacra tantum mole in loco profano contegi curaverat. Pari modo hi jam procedebant. Ögmundus autem Episcopi patruelis, non tantum 480. joachimnicorum valore, sed etiam perpetuo ex quadrante boreali exilio multatus fuit. Immenfas itaque hoc modo eos corrasisse divitias oportet, sed quæ simili modo profundebantur, nam male paræ male dilabi solent. Hic est ille Ögmundus Sæis, qui firmam adeo nactus est senectam, ut octogenarius omnia munia militaris detestari obire posset, & inter 80. selectos viros conspectus, eorum vegetissimus videretur, quod hic quasi in transitu notantur. Conf. *Svarlunga* libr. 4. cap. 5. 6. 29.
- (b) De his *Svarlunga* lib. 4. cap. 5. ita: "Aunlig og hörmulig kristni var þá at líða, sumir prestar lögdu mestulauug fyri hræðslufakir vid gud, enn sumir frómda fyri hræðslufakir vid höfkingia, enn sumir ad siáls síns vilia. Höfud kyrkian, móðirin, sat í sorg oc sít oc sumar dæturmar med henni, enn sumar gleymdu þenn." ar harmi, og líftu sein lyfti; enn engi þótti um at vanda ne satt ar mæla." Id est: *Miseræ tunc & tristis erat ecclesia facies. Sacerdotum quidam ob timorem in Deum ab operatione sacrorum destiterunt, quidam autem ob timorem potentum, aut etiam sumptu arbitratu illa peragebant. Ecclesia principalis, mater, luctu & dolore affligebatur, & cum illa quadam etiam filia, quadam vero tristitia ejus oblita; ex voto vivebant; sed nemo reprehendere aut verum edicere audebat.* Quibus verbis Author videtur eorum sententiam adprobare, qui sacris operari destiterunt. Sed cap. 7. reliquis, seu secus facientibus faventior videtur, dicens: "Prestar nir fóru sínu fram um þionustugjörðina, hvað sem biskup sagði, oc höfdu hellst ráð um sínu vanda vid Gunnlaug múnck, er mesti klerkr og góðvilhamdr þótti þar í sveitum." Id est: *Sacerdotes, ingratis Episcopi, quoad sacra peragebant pro suo quicquæ arbitrato se gerbant, & de suo periculo maxime consulerent.*

Gunnla-

Hic si quærat, jurene an injuria Kolbeinus episcopales reos egerit, ut & Episcopos Kolbeinum ejusque affectas, justene an injuste infectatus fuerit, & excommunicaverit; Responso ex supra de statu ecclesiæ & republicæ allatis depromenda est; ex quibus constat, nullam Episcopis specialem & a civili segregatam concessam fuisse jurisdictionem, sed plerasque Clericorum causas a Magistratu civili, ex tenore legum universalium, judicatas fuisse, ea tamen adhibita cautione, ut ubi leges divinæ & humanæ dissentirent, hæc illis cederent. Jam vero Kolbeino hæc erat cum sacerdotibus, altero de re pecuniaria, & altero scortatore, quos ei ex juris Civilis tenore judicare & proscribere licuit, reliquisque, quos in auxilium vocaverat, haudquaquam integrum fuit ejus mandata subterfugere (a), unde pater, jus Civile a Kolbeini parte stetit, eumque, quæ fecit, optimo jure facere potuisse. Episcopus autem pro se ipsissimam legem divinam, id est Eisteni Archiepiscopi, de sacerdotum & templorum privilegiis Constitutiones (b), summam eorum violatoribus minantes excommunicationem, & antiquum Conclusum, quod leges humanæ divinis cedere deberent, allegasse videtur; unde Kolbeinum, cum affectis, qui sacerdotes ad templum & cathedram Holanam confugientes, lege humana, injuriam reos agere volebat, persequi & diris devovere, sibi optimo, id est

X x 3

divino

Gunnlogum monachum, qui in istarum tribunalis vicinia doctissimus & bestvolentissimus reputabatur. Unde patet: (a) Gunnlogum melius sapuisse & talia interdicia haud multi fecisse, (b) vulgi & plurimorum de religione judicium, ex quorum mente Author externum ecclesiæ statum, id est caeremoniarum diversitatem & templi Holani pollutionem, tam misere deplorat. Sed malos hominum mores, odia, factiones, rapinas, homicidia, & omnimodam barbariem, ne vebulo quidem inculcat; quod haud obscure docet, quantum caeremoniis & operi operato tribuerint.

- (a) *Grágás*: "Skylldir ero menn at fylgja Goda til dóms allir þeir er næstir ero, ef hann vill þá það hafa, hvort þeir ero hanns þingneun edr eigi. Þriggia marka útlegd ver þeim ed fylgja, ef hann vidr dóminn fullann, enn hárbaugsgard ella." Id est: *Omnes maxime vicini Pratorum ad processum (executionis) peragendum stipendum, si illos evocaverit, sive ejus sint subditi sive non; (& hoc) sub reatu trium marcarum, si modo processus perficere peragatur, sin minus, sub proscriptionis minoris pœna, tenentur.* Si hæc cum actis Episcopi, quæ in precedente §. retulimus, conferantur, patebit, quam injuste rusticos exagitaverit.

- (b) Vid. supra pag. 237: 239. Lit. A. B.

divino jure, licere conclusit, quod etiam ante ultimum hocce prælium, & postquam Paulus Episcopus eos in concordiam reducerat, facere non defecit, adeo ut ipse hujus incendii fax & tuba fuisse haud obscure innuat (a). Cum itaque altera pars Civili, altera autem Ecclesiastico se nisi jure, contenderet, restat ut dispiciatur, cujusnam auctoritas hic prevalere debeat, quod facile fieri posse videtur; quam primum probatum fuerit, Islandos, tum temporis gentem & civitatem liberam, nulliusque subiectam imperio, Archiepiscopum Nidarosensem pro domino agnovisse, qui leges ipsis præscribendi haberet potestatem; De quo nobis nihil intonuit, non enim sequitur, licet unam aut alteram ejus acceptarint Constitutionem aut consilium, quod omnes omnino tale quid accipere & statim pro lege habere debuerint. Unica itaque; si ulla exstat, Episcopi defensio in antiquo illo sita est Plebiscito: *Jus civile juri Ecclesiastico cedere debet.* Quod quanti, præsertim in causis criminalibus, sit momenti, aliis judicandum relinquimus.

§. 16.

Integro apud Sturlætum transacto anno, Gudmundus sub ætatem 1210. ex sinu Rutaford soluturus, navibus Holar tendere cogitavit. Hoc cum Arnorum non lateret, coacto exercitu, omnes portus occupavit. Mutare itaque institutum Præsul necessum habens, ætatem, pererrando quadrantem occidentalem, consumsit. Sed ne nihil agere videretur, sacerdotem quotquot ipso prohibente, aut sacra fecerant, aut cum devotis communicaverant, anathemate percussit, quod tamen clerus Holaris, usus consilio viri non minus pii quam docti Gunnlogi monachi Thingörens, renfis,

(a) *Sturlunga* libr. 4. cap. 2. " Þá fóru til menn at leita um fáttir á þann hátt; at öll mál skyldo vera undir Erkebiskupi. Gáfu þeir Kolbeinn þá upp lektir allar, en biskup tók þá alla úr hanni. Biskup hófst jafnan Kolbeins menn at sökum um ymsa hluti; Tiundar-mál, oc kyrkiofárhöld, oc um vídtöku vid fáteka frændr sína. Bændr tóku því þungliga, oc virðu svo, at engi metti vera í frídi fyrr biskupi. Id est: *Tunc transactio eo modo tentabatur, ut omnes cause Archiepiscopi committerentur. Kolbeinus tunc & ejus asscclæ omnes penas remisere, Episcopus vero illos absolvit. Episcopus Kolbeiniani actiones varias (dein) intentavit, jam de decimis, jam de curatela templorum, jam de receptione cognatorum egenorum. Hoc coloni agere ferentes, ac si vicini quietum agere per Episcopum liceret, reputabant.*

rensis, susque deque tulit. Anno 1217. Bredabostadi in tractu Steingrimsfiörd hyemavit. Sub ætatem in conventu, inter ipsum & Arnorum pacificendi gratia instituto, licet hic, ut ad Cathedram rediret, sacra tantum, clericos, aliæque ad officium pertinentia curaturus, de reliquis seu rebus politicis non sollicitus, lubens concederet; contrahi tamen non potuit, cum ille limitibus septam potestatem spernens, solus omnia dirigere vellet. Paulo post incio Arnoro, viginati stipatus viris Eyafjordensem provinciam intrans, ab Hallo Klepjami humaniter recipitur, quod ubi cognovit Arnorus, cum armatis obviam it, sed quo minus ad manus veniret, per Hallum stetit. Hinc remotiorem provinciæ partem peragrans, in tentoriis quidem, sed non in templis, sacris operatus est, quod, quamdiu cathedrale templum ulstratum non esset, nefas esse duxit. Vergente ætate literæ Thoreri Archiepiscopi adferuntur, quibus, ut quam primum Præful cum suorum quibusdam, similiter & Arnorus cum sociis coram ipso comparerent, jubebantur (a). Seorsum vero Arnoro & Sigurdo, ut Præfuli decimarum reddituumque episcopalium, tantum traderent, quantum ad professionis sumtus faciendos sat esset, mandabatur; quæ ita eorum animos mitigarunt, ut sub hyemem Holas tuto adire, ibique hybernare liceret.

§. 17.

Anno 1213. ex sociorum numero suas & reliquorum vices acturi Arnorus & Thorvaldus Giffuri Norvegiam petunt. Præful etiam bis solvit, sed toties ad eadem littora rejicitur, secundaque vice adeo ægrotans, ut feretro e navigio portari necessum habuerit. Holis itaque jam nolens, quod volenti sæpe non licuerat, hyemavit. Tandem Anno 1214. integrum quadriennium absfuturus, enavigavit, cujus maximam partem cum Nicolao Osloënsi Episcopo, cujus ex misericordia victitabat, transegit. Sed dum absuit, status ecclesiæ Holensis, unoquoque quod luberet faciente, pacatior fuit.

§. 18.

Anno 1214. Thorvaldus & Arnorus in patriam remeaverant, eodemque Thorerus Archiepiscopus obierat, idque in causa potissimum fuisse

(a) Litteras Thoreri Archiepiscopi pia gravitate plenas e *Sturlunga* libr. 4. cap. 8. supra exhibuimus pag. 255.

fuisse videtur, quod Præful non priusquam Anno 1218., & quidem re infecta, ad cathedram rediret, in eo saltem tam diutina absentia patriæ utilis, quod virum quendam literatum, nomine Upsum, quem ludo licentio, Holis instituendo præficere constituerat, secum adduxit. Sed quam primum Holas venit, præter multos discipulos, etiam pro more, varii generis hominum colluvies, quæ mox omnia cibaria consumsit, ad eum confluxit. Ingruentem itaque meruens famem Arnorus, intempesta nocte cum suis Holas venit, qui Præfulem e lecto sublatum, manibus pedibusque obnitentem, per ædes & plateas tractum, rhedæque impositum ad prædium suum, transvexit, ubi quod restabat hyemis in ergastulo quodam, malefici instar, uno tantum utens servulo, custodiebatur. Reliquam autem multitudinem Arnorus dissipavit. Rector Upsus Vallas cum quibusdam discipulorum pœcivit, ubi reliquum hyemis illos informando consumsit.

§. 19.

Anno seculi 19. Arnorus in Norvegiam transiturus Præfulem secum adducere constituit. Longum itaque & difficile terrestre, ad navem in portu ad ostium amnis Hvita consistentem, iter ingressus, Præfulem lectica seu traha gestatili, quam bini portabant equi, impositum, proletariis quibusdam hominibus custodiendum commisit, qui equos per paludosa & salebrosa adeo incaute egerunt, ut ruptis ligamentis, discussaque lectica, ipse per aspera viarum traheretur (a). Ad portum cum ventum esset, ventis & æstu maris diu detinebantur, quod audiens Præfulis antiquus amicus, Ejulfus Kari filius, perque exploratores de rerum & locorum circumstantiis certior factus, piam, sed periculosam de liberando Episcopo suscipit consultationem. Naclus itaque noctem vento & procellis sædam, vigilibus altum stertentibus, Præfulem ex tabernaculo extractum secum primo domum, quam in Insula Flaterya habuit, avexit; & cum, ne Arnorus re cognita eos persequeretur, timeret, inde in sinum

Kiellin-

(a) Præter facta tam crudelia, scommata etiam non raro concoquere necessum habuit; Inter alia *Kampum* eum vocabant, nescio quid, si non ad barbulam alludentes. *Kamp* enim lingua Islandica barbulam vel amyttacem significat.

Kiellingarfjord, ubi in sylvis diu latuerunt; sub autumnum autem Flateyiam, hyemem secum transacturum reduxit (a).

§. 20.

Anno 1220. relicta Flateyia Ejulfus Præsulem Holas deducit, qui confestim provincias peragraræ cepit. Sed coloni tantæ multitudini sustentandæ impares (centenos enim secum traxit), hospitia ei denegarunt: Ivarus, Mulensis semel quidem ipsum cum universo comitatu excepit hospitio; Sed paulo post, sub prætextu templi isthic inaugurandi revertentem, collectis quadraginta armatis abegit. Idem & alii fecerunt. Helgastadas deinde templum illic inauguraturus divertens, tempus quantum potuit traxit, quod populo murmuris & querelarum ansam præbuit, qui tandem sumtum pertæsus, Arnorum & Sighvatum in subsidium vocavit, qui se Ivarus Mulensis adunxit. Hi ipsum templo & cœmeterio pro munimento utentem, aggressi sunt, quo in prælio paucis desideratis, sed dispersa universa multitudine, Isleifus Halli filius Præsulem recepit; a quo discedens, ad extremum usque diœceseos terminum, templorum encœniis tempus fallens, contendit; Sed cum per easdem provincias regredi non auderet, per montes & tesqva iter faciens, tandem in diœceseos Skalholtinæ tractum Eliótshlíð, dictum pervenit, unde, postquam ditiorum hospitia & humanitatem expertus fuerat, ad Sæmundum Oddensen divertit, qui ipsi cum nonnullis asseclarum, insequenti hyeme alimenta præbuit.

§. 21.

Anno 1221. occidentalem quadrantem pererrare cepit. Sed cum Arnorus, hac ætate, nunquam reversurus (in Norvegia enim obiit), peregre abiret, svadente & deducente Thordo Sturlæo, sub hyemem Holas petit.

(*) Hic non pauca Auctor *Sturlunga* miracula agnoscit, inter alia, quod quam primum Ejulfus cum toga candida, alioque episcopali amictu ornaverat, per invias paludes in tenebris, & immani tempestate transeuntes, ne eas quidem senserint; igne fatuo viam monstrante. Reliqua sunt ejusdem fariarum, quæ qui cupit, adeat *Sturlungam* lib. 2. cap. 24. & passim alibi.

petit. Ast mores non mutans, tantam contraxit mortalium multitudinem, ut brevi omnium indigus fieret. Suis itaque accolæ rebus timentes, ne sine tutore & capite essent, Thomæ Sighvati filio, juveni strenuo & inquieto provincie præfecturam obferunt, eumque sibi duces constituunt, qui confestim Episcopo nunciari curat, ut aut ipse inutilem & perniciosam illam colluviem dimittat, aut se cum suis eam dissipatorum. Hoc accepto nuntio Præful, cum suis in insulam Malmeyiam transit, Thomas autem Holas occupavit, ibique usque ad 3 Non. Febr. Anni 1222. refedit. Tunc enim borea cum nimbo & frigore acriter perflante, quocirca excubiæ Holis minus fideliter curabantur, triginta episcopales, duobus ex Malmeyia vecti navigiis, Holas nocte concubia improvisi venientes, Thomam e lecto protractum, varieque exulceratum, cum duobus aliis necarunt, (quod tamen Præful severe vetuerat.) totidem vero altero pede mutilarunt. Quo factò in Malmeyia diu subsistere non audens, Grimseyam, ut longius distitam, ita tutiorem sedem sibi elegit. Sed nihilo minus illic eum Sighvatus Sturlæus, Thomæ pater, & Sturla Sighvati filius, cum trecentis armatis invaserunt. Episcopum 80. armati & 30. utriusque sexus mendici, stipabant, quorum multi, interque eos vir fortissimus Eijulfus Kari, ceciderunt. Duo autem clerici, qui Episcopum diu sectati fuerant, evirationis poenam subire coacti sunt (a). Sighvatiatorum 32. desiderati sunt. Hac pugna pugnata, Præful captivus, eadem, qua Sighvatus nave avectus, cum ipse miserrimus, (ut agebat) nihil posset, Deum vindicem invocavit (b).

§. 22. 7

(a) Hi forte præ aliis ejus affectis ob mustrositatem male audiebant; Nam tales etiam non raro in suo satellitio habuit, ut ex Skiaringii extemplo patet; Non tamen id pro certo de his affirmare audeo, nam soleme fuit Sturlungis, hac contumelia etiam castos & honestos viros afficere, modo eorum hostes essent, & his male cuperent. Exempla dat *Sturlunga* Mör. 5. cap. 46. libr. 9. cap. 9.

(b) *Sturlunga* lib. 4. cap. 32. " Þeir Sighvatr létu leggja hendr á biskup oc fór hann á því " skipi úr eyrunni sem Sighvatr var á. Gudmundr biskup had þá gud hefa sin, " því eg má ekkert vesalíngriun minn." Id est: *Sighvatus & reliqui Episcopum capi fecerunt, qui eadem de insula navi ac Sighvatus cecebatur. Tunc Gudmundus Episcopus, Deum, ut sui loco vindictam sumeret, oravit, ego, enim (inquit) mihi nihil valeo. Quæ verba & imprecationes, ut & comminationes, quæ leguntur lib. 4. cap. 24. nullam extraordinariam redolent sanctitatem. Erat enim ultionis rabe cupidus, & ita contumax, ut ab incepto non facile desisteret: quod, ut omnia ipsius*

facta

dona & hospitia captans oberravit, usque dum ægrotus valde sub festum natalitiorum, Hvammum ad Thordum Sturlæum deportaretur, ejusque tandem apud Sighvatum fratrem hujusque filium Sturlæam intercessioni debuit, ut vergente hyeme, Anno 1228. sedem Holensem adire liceret. Inde tamen paulo post, instinctu Kolbeini (a) Arnoridis, qui patri in prætura Skagfiordensi successerat, & odium in Præfulem, quasi hæreditate a patre acceperat, expulsus, propriam diocæsin, sed ut solebat, segniter valde, multisque factiosis & furibus (b) circumdatus, visitare cœpit. Hæc ejus visitatio, magno cum plebis malo & murmure, sed parvo vel nullo emolumento, usque ad diem viridium Anni 1229. perduravit; quod Kolbeinum movit, ut dispersa penitus ejus factione, ipsum cum duobus tantum sacri ordinis viris Holas ire juberet, parvoque inclusum cœnaculo (in quo etiam, excepta missa cum verbis institutionis, sacra fecit) fere per integrum biennium sub custodia teneret, nisi quod ultimo Anni 1230. per quartam occidentalem, solitam mendicitatem facere licuit. Quo tempore mortuo Thoro Archiepiscopo (c), Canonici Nidarosienses ipsum Præfulem, Rex autem Hacon & Dux Skulo ejus adversarios ad dicendum causam evocarunt.

§. 24.

Anno 1231. forum generale frequentans a Snorrone Sturlæo sustentatur, indeque occidentalem quadrantem, præcipue Thordi Sturlæi

-
- (a) Kolbeinus hic fuit Arnori filius, communiter *Ungi* & juvenis dictus, in quo tamen pleaque præcocia fuerunt; Sed ratio cognominis fuit, tam, quod quindecim tantum annos natus, regimen provincie suscepit, quam ut a patre suo Kolbeino Tumzo, cognatoque suo & synchro, Kolbeino Arnori filio, dicto nunc Kaldalio, nunc Stadar-Kolbeinus, discerneretur.
- (b) Hi non tantum in alios furis & maleficiis, sed & invicem discordes cædibus in suos deincebantur. Memoriae proditum est, Episcopum Husawiko discedentem, filis Rafii Sveinbjornonis, utpote suorum integerrimis, de rebus furtivis apud omnes anquirendi potestatem fecisse, qui etiam omnes tam intente percuratati sunt, ut ne ipsum quidem Episcopum dimitterent. Multa itaque furto ablata inventa sunt, quæ possessoribus restituta fuerunt. *Sturlunga* lib. 5. cap. 8.
- (c) Inter Nidarosienses Archiepiscopos duo occurrunt, quorum utriusque Thoræ nomen fuit, prioris supra mentio facta est, qui Anno 1214. obiit, sed de posteriore jam nobis sermo est, qui Anno 1228. cathedram ascendit, sed 1230. ipso Paschatis festo decessit, non vero 1234. ut habet *Descr. Norv.* pag. 93.

ditionem pervagans, usque dum Sturla Sighvatinus, dispersa ipsum sequente multitudine, domum reverti cogit. Anno 1232, Sigurdus qui nuper Archicathedram ascenderat, missis literis Præfuli ejusque adversariis, ut sine mora coram se. de controversiis disceptaturi, apparerent, severissime edixit, ipsumque Gudmundum ab officio suspendit. Dicto anno Klepjarnus Halli, qui cum Kolbeino Holas venerat, infontis cujusdam (ut videri voluit) necem ulturus, homuncionem quendam Præfulis sectatorem occidit, qui prope templum decedens, cruore illud aspersit, unde pro immundo, usque dum Præful illud lustraret, habitum est; Sed numerata pecunia in gratiam receptus, absolutionem impetravit. Sub autumnum pro more provincias peragrarare constituit; Sed de quorundam rusticorum conspiratione certior factus, reverti cogitavit; cumque nec id tuto posset, ad Brandum Hofdensen deflexit, quo cum sesqui annum pro re nata habitus mansit.

§. 25.

Anno 1232. cum Sighvato Sturlæo & Sturla Sighvatino ea demum conditione in gratiam rediit, ut Sturla suas & parentis vices acturus, Romam abiret. Hic cum Reges, Haconem Norvegiæ, & Valdemarum Daniæ convenisset, per Germaniam iter faciens, in Paulum Hamarensem Præfulem (a), qui de insula Sacra in stagno Miors sita cum Rege Hacone contendens, Romam proficiscebatur, incidit, ipsoque non tantum interprete, sed etiam intercessore Romæ usus est. Ibi suam & patris vicem agens, & pro utriusque delictis satisfactorus, nudus pedes per urbem circumducitur, & ante majoris notæ templa non mediocriter flagellatur. Deinde ab utriusque peccatis absolutus, in patriam Anno 1235. revertitur; Et hoc tandem modo longa illa injuria, longæque ambages, quas cædes Thomæ Sighvatini secum traxit, finitæ sunt.

Y y 3

§. 26.

(a) Paulus hic in Catalogo Episcoporum Hamarensum, quem dat *UNDALINUS Desfr. Norv.* pag. 37. undecimus est. Civitas autem *Hamar* antiquitus inter maximas Norvegiæ urbes numerabatur. Nam circa Annum 1300. cives habuit 1800. Sed Anno 1536. Hamarentis episcopatus Osloënsi adjectus fuit; Unde urbis splendor & divitiæ paulatim decreverunt. Tandem vero 1566. a Svecis penitus delolata fuit. Vide *UNDALINUM* l. c. & Nobiliss. *HOLBERGII Hist. Dan.* Tom. 2. pag. 171. seq.

§. 26.

Anno 1234. Sighvatus & Kolbeinus, dissentionibus in aperta odia erumpentibus, infectis signis, hic 600, ille vero 400. armatorum collectis, obviam ire cœperunt. Uterque autem Episcopum secum habere discutiens, legatos eum accercitum Hofdam miserunt, ille vero rejecto Sighvato, cum Kolbeinianis profectus est, quod tamen non in Kolbeini gratiam, sed Urækir filii Snorronis Sturlæi, qui jam Kolbeino militabat, fieri profectus est. Antequam acies colliderentur, Præsul confessionibus audiendis & absolutionibus dandis operam navans, eos hac vice non conflicturos, dixit, quod & evenit. Nam quorundam interventu factum est, ut Magni Skalholtensis Episcopi arbitrio commissis controversiis, sine cæde & sanguine discederetur. Hinc Holas se conferens, ibi quod vitæ reliquum fuit, quietus traduxit. Viribus enim paulatim deficientibus, tandemque oculis captus, orando, canendo & sanctorum vitas audiendo tempus fallere conflevit.

§. 27.

Anno 1237. morti perquam vicinus monachum quendam, amico carissimo Thordo Sturlonio suo nomine salutem dictum, simulque eos ineunte vere una futuros nunciatum misit, quod Thordus, cum uterque jam effœtus, decrepitæque esset ætatis, mirans, rogavit, num ne de inimicis suis aliquid etiam locutus fuerit? cui monachus: eos brevi invicem dissentientes ferocissimarum instar ferarum femet perdituros & dilaniaturos dixit, in quo eum animus non fefellit; nam utraque vaticinatio paulo post suum facta est complementum (a). Ipse enim ærumnis, ætate & diutino morbo fessus 17. cal. April. quo ante 53. annos sacerdotio initiatus fuerat, ætat. 77. episcopatus 34. vitam cum morte commutavit (b).

§. 28.

-
- (a) Inter ipsius Præsulis & Thordi Sturlæi mortem non integer mensis intercessit, quod autem de inimicis vaticinatus est, biennio post impleri cepit. Nam Sighvatus & Sturla, aliique tres Sighvati filii, in prælio Aurligstadenfi 1239. a Kolbeino & Giffuro Thorvaldi occisi fuerunt. *Sturlunga* lib. 6. cap. 17.
- (b) Quemvis christianum in pulvere cubantem mori debere dixerat; Hinc adstantes ipsum in agone e lecto sublatum, asseri cineri superinftrato imposuerunt, in quo obdormivit, unde

§. 28.

Vir omnium judicio officio par, nisi id gessisset (a). Nam ante id omnibus carus, venerabilis, imo mitissimus in populo suo publice & privatim audiebat. Eo autem suscepto, omnibus invisus & contemptus existebat, imo omnium rigidissimus habebatur. Vix dimidium longi satis temporis, quo officio præfuit, intra suam diæcesin mansit, sed plerumque extra eam, ut exul & omnium indigus, inutilem & subinde nequissimam secum trahens sodalitatem, mendicorum more oberravit. Plerumque sæpissime sumtui & tædio, paucis vero (nisi quibus miraculorum patratiōne subvenisse credebatur) & gregi quidem suæ curæ commisso minimo fuit ufui aut emolumento. Cum Magnatibus continua exercebat odia, quos non, ut debuit, sapientia & lenitate in ordine continere, aut aberrantes reducere, sed dirarum & devotionum vi & rigore terrere & frangere, frustra sæpe conabatur. Plebi etiam & invisus & despectissimus fuit, non tantum

unde autem hunc fidei articulum hauserit, non liquet, si non ex dolentium & lugentium more, qui in cinere jacere eoque se aspergere solebant. Hic mos non tantum apud Judæos, sed & gentiles Asiaticos invaluit. De illis ex scriptura clarius est, quam testimonia opus sit adduci. De his consulendi Authores Græci, imprimis *HOMERUS* de Priamo lugente mortem Hæctoris. Hinc apud Papistas Judaismi sumas mos est initio quadragesimæ cinere aspergi, cum epiphonemate: *Memento quod cinis es & in cinerem reverteris*. Sed quod sub Papatu talis ceremonia monachis in usu fuerit, peris etiam ex summi viri *ERASMI ROTERODAMI colloquio*, quod inscribitur *Funus* notum est, ubi hunc morem satè deridet. In exsequiis statim non vulgare miraculum sanctitatem Gudmundi prodens accidisse fertur, quod tale fuit: Templum Holense tuæ temporis vetustate fere collapsum, valde nutabat, adeo, ut cum jussu ædificati binæ tantum campanæ pulsarentur, magnopere titubaret; Minus autem cum quatuor, & prorsus nihil cum omnes simul vehementissime moverentur, cui non per omnia ab simile est, miraculum, quod in exsequiis Formosi, Episcopi primus Portuensis & postea Pontificis Romani factum esse dicitur, cujus cadaver Stephanus successor e sepulchro extractum, præcis tribus anterioribus digitis quibus Episcopatum Portuensem ejuraverat, in Tiberim abjecit; Sed cum a Johanne Nono, semel in inventum, in priorem tumulum inferretur, Sanctorum imagines, curvatæ, quæ prætervectum est, veneratæ esse feruntur.

- (a) Tale de Galba Imperatore judicium fert gravissimus Author *TACITUS Histor. libr. 1.* Sed quod de Caligula, *TACITUS* & *SVETONIUS* dicunt: nec unquam existisse meliorem servum, nec pejorem dominum, nimis durum est in nostrum retorquere. Monachum autem quem Episcopum multo præstantiorem & forte utiliorem, agere cum potuisset, firmiter pervasi sumus.

tantum ob crebras transitiones, gravesque exactiones, sed etiam furta & maleficia, quæ improbissima mortalium colluvies, quam secum circumduxit, ipso plerumque incio perpetrabat. Suis quidem satellitibus ob lenitatem & munificentiam semper fuit carissimus, sed eo ipso, nempe ad omnia ipsorum maleficia connivendo, omniaque quæ ipsi dabantur, illis tribuendo & impendendo, sibi & odium & contemptum publicum contraxit. Nec unquam adeo, tam religio & status ecclesiæ, quam politia & status reipublicæ, ac ipso sedente, in diocesi Hølenſi vacillavit.

§. 29.

Extra suam diocesin quosdam, ut in Skalhøtenſi *Sæmundum* Jonæ, Snorronem & Thordum Sturlæos, aliosque, qui ejus, ob calamitates quas perpeſſus est, miſerti fuerant; in Norvegia itidem nonnullos primariæ dignitatis viros, ut & doctos quosdam & religioſos, qui ejus pietatem venerabantur, vigiliis vero, jejuniis, adſtrictamque vitæ rationem admirabantur, fautores & Patronos naſtus eſt. Sanctitatem ejus ſeptuaginta circiter poſt mortem annis, orbi primus inculcare tentavit Audinus Ruſſus qui Anno 1314. juſſu aut ſvaſu, ut ipſe dixit, Haconis Norvegiæ Regis, oſſa Gudmundi effodi, novo loculo includi, & omnium venerationi exponi curavit. Idem Ormus Præful circa annum 1344. fecit. Jonas Erici annonæ caritatem 1375. averſurus, ut quarumvis poſſeſſionum pars centeſima in Gudmundi canonizationem erogaretur, vorum fieri curavit, quam collationem Sacerdotes Sigurdus Lopti & Thorſteinus Brynjulfi Romam perferre juſſi ſunt, ſed Sigurdo in itinere mortuo, res in nihilum recidit. Anno 1402. ingruente peſte vovebatur, loculum ſeu ſcrinium Gudmundi 40. ponderibus argenti ornandum fore. Anno 1522. clerus Hølenſis Ogmundo Skalhøtenſi inter alia objecit, quod ducentos aureos monetæ Rhenanæ, qui in Gudmundi canonizationem collati fuiſſent, ſurripiſſet (a). Anno 1525. Jonas Arii ultimus Romano-Catholicorum diocæſeos

(a) Mos erat antiquus, præſertim in Paganismo, mortuos cum annulis aut armillis ſepelire. Vide *BARTHOLINI Antiqu. Dan.* libr. 2. cap. 10. qui etiam a primis christianis noſtratibus obſervatus eſſe videtur. Hinc inter miracula Jonæ Ogmundini recenſetur, quod ipſius ſandapila a viris fortiſſimis, loco dimoveri non potuerit, priusquam annulus digito aptatus fuiſſet. Sed cum noſter nullum reliquiſſet annulum, mortuus

cefeos Holanæ Præful, e Norvegia in patriam redux Olaus Archiepifcopum, Boni Gudmundi canonizationem in fe recepiffe, & bono cum deo omnino futuram promiffiffe, nunciavit (a). Sed Papifmi tenebris paulo post clariffima Evangelii luce, quod per fubfequentem Reformationem fplendere cœpit, difculfis, hujus rei nunquam deinde mentio facta eft.

CAP. VI.

De Botolpho.

§. I.

Anno 1236. vivo adhuc fed ægrotante & oculis capto Gudmundo Arii, Biornus Hialti filius fucceffor a popularibus deftinatur, qui eodem anno

eum ab Ejufo sacerdote Valleni dono accepit, tantoque ille mortales mortuus quam vivus liberaliores expertus eft, ut non tantum auro ornatus fepeliretur, fed etiam poft fata ingentem auri summam Romam mitteret, fcrinium 40. ponderibus argenti ornatum poffideret, & præterea 200. aureos in bonis haberet, cujus femper aut fape vivus indigus fuit.

- (a) In Calendariis Danicis impreffis nomen Gudmundi ad 16. Martii legitur, quod non Papicolarum fuperftitioni, fed celeberrimi Viri Arue Magnæ in patriam pietati debet; Qui oftendere volens Iflandiam non fecus ac alias regiones Sanctis fuperbire poffe, hunc honorem Thorlaco Skalholtensi & Gudmundo Holenfi ab amico & patrono fuo Nobilit. Olao Römero impetravit. Et hinc eft quod ante 1707. alia nomina ad 16 Martii & 23 Decembr. notata effe cernamus. Sanctitas præterea (ut voebant) noftri in Norvegia tam celebris & non minoris facta fuit, quam in Iflandia. Ibidem enim haud pauciora miracula feciffe putatur, & ut non plebs modo, fed & Magnates quidam, ipfe Rex & Epifcopi fe ejus precibus & interceffionibus commendarent; quidam etiam, fubfequenti tempore, ejus imaginem, non publice tantum in templis & facellis, fed & domi aut in larario, inter Sanctorum fimulacra & cruces confituerunt. Quapropter, (ni infigmter fallor) Gudmannus ille, de quo agit Perill. PONTOPPIDANUS in *Everriculo Pagan. & Papifmi*, apud Norvagum inventus & religiofe cultus, nihil aliud fuit, quam noftri fimulacrum. Talia enim apud nos etiam inventa funt, etfi nulquam religiofe colantur.

anno peregrinationem suscipiens, Romam usque pervenit, sed in regressu mortem oppetivit (a).

§. 2.

Mortuo itaque Gudmundo monachus quidam Nidarosienfis, nomine Botolphus, natione Norvegius succenturiatur, qui una cum Sigurdo Skalholtensi Anno 1238. ordinatus, cathedram 1239. ascendit. Vir ut videtur valde quietus, sequere non tantum alienis non intermiscens, sed & de suis parum sollicitus; vix enim dimidium temporis, quo episcopatum gessit, Holis sedit, ideoque nihil in horum temporum historiis & Annalibus, de eo relatu dignum reperitur, præterquam quod una cum collega & Brando Jonæ inter Gissurum Thorvaldi & Urækiam Snorronis de nece Snorronis Sturlæi & Klangi, aliisque mutuis injuriis litigantes, in conventu, qui ad pontem fluvii Hvítá Anno 1242. habebatur, intercessorem egerit (b).

§. 3.

Anno 1243. in Norvegiam transit, nec unquam deinde ad cathedram reversus est. Sed eo absente Holanæ dioceseos inspectorem egit Sigurdus Skalholtensis (c). Rebus autem æconomicis Kolbeinus Arnori, Kaldalios a quibusdam, a quibusdam vero Stadenfis seu Stadarkolbeinn cognominatus, præfuit. Obiit Botolphus in Norvegia, anno salutis 1246, episcopatus octavo (d).

-
- (a) Hic est ille *Kigra Bjornus*, qui Kolbeino Tumæo, cum Holis esset Anno 1201. perquam familiaris & a manibus fuit, sed Gudmundo Præsuli minus acceptus. Vide *Sturlungam* lib. 3. cap. 58. lib. 5. cap. 46. coll. cum *Annal. Flateyens.* & *Holensibus. Conf.* supra Sect. 3. cap. 8. §. 6.
- (b) *Sturlunga* lib. 6. cap. 24. 36. coll. supra Sect. 3. cap. 9. §. 3.
- (c) Thordus Sighvati, Grundæ in traçtu Eyaford, intra dioccesin Holensensem agens, a Sigurdo Skalholtensi petiit, ut sibi sacris interesse concederet, quod certe non fecisset, si Botolphus tunc temporis Holis fuisset. *Sturlunga* lib. 7. cap. 46.
- (d) Ut testatur *ARNGRIMUS* in *Comm. de Islandia.*



CAP.

CAP. VII.

De Henrico Caroli vel Kari filio.

§. I.

Post Botolphum cathedræ Holanæ Henricus etiam natione Norvegus obtruditur, qui Anno 1247. accepto episcopatu, cum Thordo Sighvati, a Rege Hacone, ut populares sibi subjectos & tributarios faceret, in Islandiam mittendo, arctam iniit amicitiam (a). Sed Islandiam attingens, a Thordi adversariis in partes ductus, ipsi inimicissimus existit, eumque non tantum ut Regii mandati negligentem, sed ut prævaricatorem, & qui sibimet, non vero Regi, insulæ dominium acquirere allaboraret, detulit.

§. 2.

Suscepto anno 1249. ad Regem itinere, ut Thordo Gissurus Thorvaldi & Thorgilfus Bodvari substituerentur, effecit. Biennio itaque hujus rei

Z z 2

rei

(a) A christianissimi in Islandia primordio usque ad Sigurdum & Botolphum potestas eligendi Episcopos penes cives fuerat. Sed Rex Norvegia, in id jam omnes nervos intendens, ut Islandos sibi tributarios faceret, nihilque se sine Episcoporum auxilio perficere posse cernens, e re sua esse putavit, si alienigenæ, & quidem ex suis subditis, ad id honoris eveherentur; indigenas vero avite libertatis tenaciores esse expertus fuerat. Svasu itaque & consilio Vilhelmi Cardinalis, qui tunc temporis Regem coronandi gratia in Norvegiam venerat, affirmantis, inconveniens prorsus esse Islandos, secus ac alias nationes, nulli supereminenti potestati subjectos vivere; Henricum, virum sibi addictissimum in Botolphi locum Holanæ cathedræ intrusit, qui Regis de se conceptam opinionem haudquaquam, quantum in eo erat, frustratus est. Nam ut videtur, non minorem laborem & sedulitatem in id impendit, ut Islandos Regi Norvegiæ, quam ut Christo subderet. Sunt qui ipsam ab ipso Cardinale ordinatum fuisse scribunt, sed falluntur, ut ex *Historia Haconis Haconidis* colligi potest. Refert equidem *ABSALON BEYER* Ledor quondam Theologiæ & Rector scholæ Bergenensis in *Norges Alder, Velde, Opfomsf og Tilstand*, Episcopos Færienses de Capitulo Bergenf, Orcadenfes vero, Hebudenses, Islandos & Grönlandos e Capitulo Nidarosienfi desumptos fuisse, cit. *SCHÜNNINGIO* in *Beskrivelse over Trondhjemf Domstole* pag. 247, qui Beyero non suffragatur, nec quod ad Islandiam attinet, suffragari potuit, ut ex dicendis patebit.

rei gratia in Norvegia consumto, Anno 1251. in Islandiam reverti instituit. Sed cælo & falo hyemantibus, ad litora Norvegica repulsus naufragium facit, tandemque Anno 1252. cathedræ restituitur (a). Subsequenti hyeme Thorgilso Bødvari, quem Rafnus Oddi & Sturla Thordi insidiosè captum, ut Gissuro, per cuius latus ipse Rex petebatur, societatem & amicitiam renunciaret, ipsis vero fidelitatis iuramentum præstaret: invitum adegerant, sed sui juris factum, pactis non stantem & ad se fugientem in gratiam Regis Episcopus humanissime excepit; Rafnum vero & Sturlam confestim ipsissimo natalitiorum festo, anathematis fulmine percussit. Sed cum Thorgilso idcirco ad suos tuto redire non liceret, ut eos in gratiam reduceret, media hyeme, iter non minus laboriosum quam *periculosum* in provinciam Borgarfjord suscepit, quo tamen, adscito licet Brando Abbate, qui tum temporis, absente Sigurdo Præsule, ecclesiæ Skalholtensî præfuit, nihil efficere potuit (b).

§. 3.

Anno 1253. Gissuro Thorvaldi, in singularis amicitiae signum prædium Flugumyram habitandum tradidit. Sed eadem ætate, ab Ejulfo Thorsteini, infensissimo Gissuri hoste, lauto exceptus convivio, donisque maestatus, Gissurum primo clam, & paulo post palam abominari cepit; Nam eodem autumno, incenso per Ejulfum & complices prædio Flugumyra, in quo Gissuri uxor & tres filii, cum 20. aliis conflagravit, eodem die ipsum cum universa incendiariorum turba absolvit, & hospitio

(a) Conf. *Vita Haconis Haconidis* ad hunc Annum, & *Sturlunga* lib. 7. cap. 48. & lib. 8. cap. 7.

(b) Vel hinc patet, quam fidam operam Regi Norvegiæ navare voluerit Henricus, quod, quam primum Thorgilso, Regis emissario & satelliti injuriam factam inauditiv, ejus adversarios, quorum neuter tunc temporis ipsius subditus, seu curiæ Holanz civis fuit, indistincta causa, sacris interdixit. Hoc quidem de minore excommunicatione intelligendum est, interim tamen ab *αλλοτροπειστικισμῶς* crimine non facile absolvendus, quod non tantum in concilio Nicæno, sed & Constantinopolitano cautum fuit. Henrici autem factum, Brandus Abbas Verensis, Skalholtensî eo tempore Officialis, cum eos in viam reducere non posset, ratum esse jussit. Vide *Sturlungam* lib. 8. cap. 14. 15. 16. 17.

tio exceptit Gissurum vero qui non multo post injurias ulciscens, octonos horum occidit, diris devovit (a).

§. 4.

Sequente ætate Gissurus ab Henrico excommunicatus, & præterea utriusque Episcopi fufurris traductus, a Rege evocatur. Itaque, ne provincia Skagfiordensis ipso absente sine Prætoze esset, Oddum Thorarini eidem præfecit, illique injuriarum, quæ adhuc alta mente repositæ manebant, vindictam mandavit, ut & judicii publici executionem. Nam antequam discesseret, Ejulfum, cum quindecim incendiariorum, interque eos Thorsteinum, Ejulfi patrem, ut facinoris conscium, publica auctoritate proscribi curaverat.

§. 5.

Oddus ne nihil agere videretur, quatuor proscriptorum in insula Grimseyæ latitantes occidit. Thorsteini autem & quorundam aliorum bona publicavit, quo cognito Præsul eum primo repetundarum accusavit, & deinde quædam, quæ templorum conservationi concredita fuissent, abstulisse causans, excommunicavit. Oddus autem ignominie injuste sibi, ut putabat, illatæ impatiens, Præsulem in prædio Fagrances convenit, absolutionemque flagitavit. Sed cum illa, ni ablata prioribus possessioribus restitueret, & Gissuri partes defereret, tandem post

Zz 3

longum

(a) *Sturlunga* lib. 9. a cap. 1. ad 9. Inter alia *Sturlunga* lib. cit. cap. 6. ita: " Þat er " at segja frá brennumönnum, ad þeir ridu til Hóla, tóku lauf af Henrik bisk- " upi og tók hann vel vid þeim. " Id est: *Inciendiarii dei Hóla equitaverit,* " quos Episcopus Henricus absolvit & benigne exceptit. Et cap. 8. " Enn er Henrik " biskup spurdur þessi tíðindi (*scilicet quod Gissurus de quibusdam incendiariis pamas* " *sumferat*) lýsti hann stórmálum yfir Gissure og öllum þeim mönnum er þessa ferd " med hönum fóru. quod hann þá vera gridnídinga, hafa gengid á grid og " gjörðar sættir og bannadi ad hringia edr syngia so þeir væri nær. " Id est: *Episcopus Henricus de his certior factus, Gissurum, & omnes qui cum eo huic expedi-* " *tionis interfuerant, delictorum atrocium reos proclamavit, eos sadsifragos appellans,* " *qui inducias & pacta violaverint, prohibuit etiam ut illis presentibus campana pul-* " *sarentur aut caneretur.* Unde Finnbiörnus Helgonis, quod conficius aut confultor " incendii Flugamyrensis exstiterit, ipsi haud obscure object. Vid. infra §. 6.

longam altercationem & sesquipedalia verba, Episcopo manus iniecit, invitumque ad castellum Flugumyrense, quod in rudericibus exustæ villæ remansit, devexit, ibique aliquamdiu detinuit. Ille autem, ne idem sibi, quod Gudmundo Aarii acciderat, eveniret, timens, scilicet ut male mulctatus & omnium egenus extra regionem relegaretur, per Rafnum, Sturlam, Ejulfum, Thorgilsum, aliosque ad sui liberationem conspirantes, exercitum 800. virorum colligi curat, qui tamen post festum venit, nam quam primum ejus captivitas evulgata est, non tantum per universam diœcesin sacrorum usus & exercitium intermissum fuit, sed etiam provinciales conglomerato 200. rusticorum globo, prece magis quam vi libertatem impetrarunt, quam ubi nactus est, Oddum denuo diris devovit. Qui geminam hanc providens procellam, ad tempus provincia excessit, dilapsis vero exercitibus iterum advolat, cumque Rafnum & Ejulfum invasurus in colligendo exercitu totus esset, ab ipsis præoccupatus, cum septem assaelis occiditur, & quoniam duplici excommunicatione tenebatur, profani instar profano pulvere obruitur.

§. 6.

Thorvardus vero Oddi frater, necem ejus ulturus, tantamque familiaritatem ignominiam deieturus, non quidem instigante, sed non profusus incio aut inhibente patruo Brando Abbate (a), tracto in parres communi cognato Thorgilfo Bodvari & Sturla Thordi, cum Ejulfo & Rafno magno prælio conflixit, in quo Ejulfus ipsius Thorvaldi hasta transfusus occubuit. Rafnus vero vitæ fuga consuluit, quo cognito Episcopus Thorgilsum & Thorvardum dirissimis imprecationibus persequitur, neque ullo modo, æquillimas licet proponerent conditiones, absolutionem impetrare potuerunt. Sed nihilo fecius provinciales Thorgilfo præturam Skagfiordensem detulerunt, quod Præsulem pessime ussit, unde antiqva eorum amicitia in fumum odium degeneravit. Hic enim Thorgilianos devovendo, ille autem Episcopales plectendo, mutua odia exercuerunt, quandoque etiam coram ad minas, tantisque viris indigna verba descensum fuit (b), usque dum subditi malorum pertæsi, ut pristinam redintegrarent amicitiam,

(a) Vide infra cap. seqr. §. 4.

(b) *Sturlunga* lib. 9. cap. 36. "Biskup var þá miög reidr, oc mælti miög óþargilig orð

citiam, exorare eos potuerunt, quam deinde constanter coluerunt. Nam Thorgilfus a Præfule abfolutus, magnificentiffimum ei præbuit epulum, largiterque donatum dimifit; Eodemque quo hæc gefta funt anno, cum Ivarus Angeli filius qui Sigurdo Skalholtensi, ut ipfe fua in Regis negotiis promovendis & perficiendis feigniore relicto, Henrici fidem & auxilium imploraret, conjunctisque cum Thorgilfo confiliis & viribus, ut Skagfjordenfes & Ejafljordenfes coloni, Regi obfequium promitterent, efficere potuit (a), quo peracto in Norvegiam tranfit, integrum quadrennium

” vid Þórgíll, þan fem ei hæfir at rita. Hann mælti ad Þórgíll og hanns mönn-
 ” um mundi þat eeki heimilt er bændr gæti, og ei skal ydr jörd heimil ad gánga
 ” á, og ei himinnu ad horfa á, og engann hlut heimilann nema helvíti. Þórgíll
 ” þagdi og Ivaradi engu. Biskup kæði sakir á Finnbiörn; em Finnbiörn Ivaradi
 ” þvi, af sinni hendi. Herra, segir hann, þessi ord, fem þer höfud talad í dag
 ” vid Þórgíll legunaut minn, munu þykia vitrum mönnum óskynsamliga töld, og
 ” þó hinn heimkasti og hinn ilgiarnasti maðr hefði svo talad, þá mundi hann
 ” þykia nær dauða verdr. — Er það nú líóst fyrri allra manna engum, ad þá
 ” gullhálfana, sem her hafa gefið yfir sveitir med ránum og reffingum, þá háð
 ” þer lítið standa hiá ydr vid altari í heilagri kyrkiu, og lagt á þá alla virði; og er
 ” það nú lýgelaust, ad þeir hafa marga menn innbrendt, og marga menn sak-
 ” laust í reyki inni kíast. Um sum illvirke þeirra er stumum mönnum tvínelis
 ” laust, hvert þer munud allvel þurt hafa um fetid um allar vitundir; em það vita
 ” allir, ad brennuvargar eru rækastir giörver bæði í guds lögum og manna.
 ” Spratt biskup þá upp og sagði diöfulinn mæla fyrir mun hönum. ” Id est:
*Episcopus ira astuabat, & admodum ingratis verbis Thorgilsum alloquebatur, quæ nec
 scribi decet. Dixit (inter alia) Thorgilsum & ejus assecclas justo titulo non posside-
 re, quod coloni illis darent, nec terra, inquit, justo vobis erit titulo quam calcetis,
 nec calum quod aspicietis, nec ulla res justo vobis titulo (vrit) præter infernum.
 Thorgilsum tacuit, & nihil respondit. Episcopus Finnbiörno causas intenuavit, Finn-
 biörnus autem respondit: Dominus, inquit, hæc verba, quibus contubernalem meum Tho-
 rgilsum hodie allocuti estis, viris sapientibus insipienter prolata videbuntur, quamvis &
 stultissimus illa ac malignissimus homo protulerit, morte seve dignus habeatur.*
 — Jam in propatulo est, vos cervices illas arveas, quæ rapinis & cadibus per has
 provincias grassata fuerunt, apud sanctæ ecclesie altare, juxta vomit ipsos stare
 sinere, & omni honore profectus est tamen tenuis evictam, illos multos i nocentes
 suos incendio consumpsisse, & fumo suffocasse. Quorundam equidem illorum seclerum
 quibusdam non ambigitur, vos a conscientia non perfecte esse immunes; Illud vero
 omnibus est notum, tam legibus divinis, quam humanis, incendiarios summum esse
 piaculum. Episcopus tunc exsiliens, diabolum per os ejus eloqui, dixit.

(a) Longa & tædiösa hæc injuriarum & maleficiorum series in *Surlunga* lib. 9. ut & *Historia Haconis Haconidis* legi potest, quo curiosum lectorem remittimus.

ennium in Regis satellitio commoraturus, in quo tandem, cum Holensium episcopatum annis 13. gessisset, quinquennium vero tantummodo Holis egisset, Anno 1260. vitæ finem fecit. In templo Divi Olai, quod Tunsbergæ est, ipso Rege ei parentante, sepulturam nactus est (a).

CAP. VIII.

De Brando Jonæ filio.

§. I.

Brandus Jonæ quarti Holensium Præfulis Brandi Sæmundini ex filia nepos & eponymus (b), litterarum fundamentis, quam primum per ætatem licuit, rite positus, per sacros ordines usque ad sacerdotium gradatim ascendit, tandemque anno 1247. Abbas Verensis constituitur (c).

§. 2.

Speclata ejus prudentia & pietas effecerunt, ut ipsi a Sigurdo Skalholtensium Præfule Anno 1250. peregre ituro, integrumque quadiennium abfuturo, Ecclesiarum cura committeretur. Quo fungens officio, non tantum varias popularium controversias sopivit & sepelivit, sed etiam alias sæpe inter dissentientes arbitrum & pacis sequestrum egit (d).

§. 3.

(a) *Vita Haconis Haconide* ad annum 1260. " Henrich biskup var jardadr ad Olaf " kyrkio i Tunsbergi, oc þackadi síðlftr Kóngr suung á grafarþacka. Ingdi miög " til lofs hönnum um marga luti, sem verdngr var. " Id est: *Henricus Episcopus in templo Olai quod Tunsbergi est, sepultus fuit, cui ipse Rex in exequiis parentavit, multa in ejus laudes adferens, ut & promeruerat.*

(b) Genealogiam nostri desiderans legat *Sturlungam* lib. 3. cap. 4.

(c) Cænobium hocce indifferenter vocatur *Verense* vel *Thyckvabjense*. Ipsum enim prædium, *Thyckvabair*, tractus autem, in quo situm est, *Ver* seu *Alsiaver* appellatur.

(d) Hæ controversiæ partim Holensis, partim Skalholtensis curiæ incoles concernunt. Interdum enim synchronorum Præfulum historiæ longo invicem distant intervallo, interdum

§. 3.

Anno enim 1242. Giffurum Thorvaldi & Urækiam Snorronis una cum utroque Episcopo in gratiam & amicitiam reducere allaboravit (a). Anno 1251. Ogmundum Helgonis, qui Steinunam ipsius sororem in matrimonio habuit, cum fratris sui filio Sæmundo Ormi reconciliavit, & anno sequenti cum Ogmundus rupto fœdere Sæmundum ex infidiis invadens occidisset, arbiter denuo lectus, non sine æquiritatis laude litem composuit (b). Anno 1253. ab Henrico Holensi Episcopo in provinciam Borgarfjord accercitus, media hyeme laboriosum suscepit iter, adunatisque cum Præsule consiliis, inter Thorgilsum Bødvari & Rafnum Oddi amicitiam redintegrare, sed frustra, fategit. Quocirca postridie in templo Reykholtenfis concionem habens, ad Episcopo factam Rafni & Sturlæ excommunicationem, ut Skalholtenfis Præsulis vices agens, confirmavit (c). Anno 1254. eundem Thorgilsum, qui Valgardi cujusdam cæde aliisque facinoribus graviolem disciplinam Ecclesiasticam meruerat, ad Henricum Holensem misit, ut ab eo pœnis affectus competentibus absolveretur (d).

§. 4.

dum fere eadem aut valde similes sunt, interdum eandem habentes radicem, in varios, eosque dissimiles ramos distinduntur, factoque jam longiore, jam breviori gyro, interdum ad radicem seu stipitem redeunt communem, interdum secus. Nobis autem, ne nostri res gestæ sejungerentur, hic omnes congerere visum est.

(a) Supra Sect. 3. cap. 9. §. 3. Confer *Sturlunga* libr. 6. cap. 36.

(b) *Sturlunga* libr. 7. cap. 48. usque ad 58.

(c) *Sturlunga* lib. 8. cap. 17.

(d) Factum hoc Anno 1254. antequam Sigurdus Præsul e peregrinatione Norvegia rediit. Quid autem Abbatem Episcopi vicarium ad id impulerit, dictu facile non est. Sed si conjecturam facere liceat, aut non habuit absolutam potestatem ab omnibus peccatis absolvendi; Gravissima enim delicta a solo Episcopo remitti debebant, conf. *Jur. Ecclesiastici* cap. 40; Aut licet habuerit, vir pius & prudens omnem de se maleloquendi & sentendi ansam aliis præcidere voluit; quod in dictamine pœnarum, & absolutionis forma cognato & amito carissimo plus justo indulisset.

§. 4.

Anno 1255. Thorgilso & Thorvardo Thorarini, bellum Rafno & Ejulfo ob cædem Oddi, ipsius Abbatis sobrini illaturis, expeditionem quidem diffvasit, sed ut videtur, humani aliquid passus. non severe prohibuit (a). Anno 1258. cum Thorvardus amicum suum Thorgilsum perfidiose circumventum pessimo exemplo obruncasset, & res ad seditionem & bellum spectaret, partes litigantes ab Ejulfo Abbate Thveraënsi persuaderi sibi passæ sunt, ut iudicibus pari utrinque numero selectis, arbitrum honorarium agente Brando Abbate, litein committerent. Quominus autem hoc modo controversia componeretur, Thorvardi tergiversationibus factum est, quibus causæ actores usque ad Annum 1262. eluse. Tunc enim tandem per Sturlam Thordi & Regium Legatum Hallvardum Gullsko, qui tum in Islandia agebat, de multa pecuniaria hæredibus solvenda transactum fuit. Sed cum Thorgilfus Aulicus & Præfectus Regius fuisset. ipsi etiam satisfaciendum erat. Quapropter Brandus Anno 1263, jam Holensis Episcopus. & Magni Norvegiæ Regis intimus factus amicus, Thorvardum proxima ætate ad Regem se iturum jure jurando promittere impulit (b).

§. 5.

Demandatam sibi Abbatiam, cui quindecim annis præfuit, ita ornavit, ut omnibus coætaneis facile palmam præriperet. Instituto enim inibi ludo litterario, complures juvenum erudit. quorum Jorundus Holensis, Arnas Skalholtensis Episcopi, & Runolfus Abbas Verensis famigeratissimi extiterunt. Varia opera historica elaborasse perhibetur, quæ aut ætatem non tulerunt, aut si supersunt, Auctoris nomen non præferunt. Tantum de spisso illo volumine, communiter dicto *Stjórn*, inter eruditos

-
- (a) *Sturlunga* lib. 9. cap. 25. ubi etiam Thorvardum olim Thorgilsum occisurum prædixisse fertur, quod tamen longo post tempore evenit.
- (b) Episcopum pro Thorvardo apud Regem intercessisse inde probabile fit, quod Rex non tantum ei delictum condonaret, sed etiam paulo post splendida præfectura ornaret.

eruditos non ambigitur, quod ex Latino in Islandicum idioma transtulerit, ut & vita celeberr. Germanorum Imperatoris Caroli Magni, quam noster itidem in vernaculam linguam transfudit (a).

§. 6.

Tot talibusque virtutibus tantam sibi Brandus famam acquisivit, ut Henrico Holano in Norvegia mortuo, Einarus Archiepiscopus Nidarosienfis, non jam ut antea peregrinum quendam vacuæ fedi intrudere consultum ducens, Brando per litteras successionem offerret, Nidarosiamque invitaret. Qui conditionem accepturus, protinus eo contendit, ma-


A a a 2

ximaque

- (1) *UNDALINUS Descript. Norveg.* pag. 168. refert Ericum Brochenhusium circa annum 1567. Praefectum provinciae Mandalenfis sancte affirmasse, vidisse se Codicem Biblicum, sermone Islandico ante annos circiter 300. scriptum, qui codex, siquid coniectura valeo, fuit ipse liber *Stjórn*. Minime obstat ratio temporum; Nam si annis 1:67. demseris annos 300, emergit annus 1267. qui est tertius ab obitu Brandi. Valde itaque verisimile fit, codicem, quem vidi Brochenhusius, in quo primæ singulorum capitum litteræ aureæ fuerunt, apographum quoddam fuisse in gratiam Regis vel Magnatis cujusdam ad autographum Brandianum expressum. Apud nos per rara sunt libri exemplaria, nec jam nisi in ditorum Bibliothecis reperiuntur. Sunt qui volunt nostram *Stjórn* esse meram translationem *Historia Scholastica PETRI COMESTORIS* Cancellarii Academiae Parisiensis, qui Anno 1189. obiit. In qua, ut docet *CAVEUS Hist. lit. Script. Eccles.* pag. 474. Historiam sacram a principio Genesis usque ad hunc Aetuum Apostolicorum, in compendium redegit, multis incertis, si non fabulosis, hinc inde inspersis; De historia quoque Ethnicorum quædam incidentia, pro ratione temporum inseruit. Quæ de Historia Manducatoris lata sententia minus bene quadrat in librum *Stjórn*; Nam licet multa fabulosa contineat, & subinde quædam ex Historia Ethnica aspergat, non tamen (ut puto) est ipsa *PETRI COMESTORIS Hist. Scholastica* quam multis locis allegat, ut & alios ejusdem sermone Authores, quorum fabulas & somnia sacro Textui commiscet, eoque pulcherrimum conatum non parum conspuerat. Cum vero accurata libri recensio tantum exposcere volumen videatur, ut nostræ paginae angustia id nec capiat, nec insituti ratio id penitus exposcat, tali labore eo lubentius superfedemus, quo accuratius & plenius id dudum præstitit Illustriss. Siallandiæ Episcopus *LUDOVICUS HARBOE* in Tractatu *Isländische Bibelgeschicht*, qui libro *Dänische Bibliothek* inferus est. Id pro certo habemus, hanc Bibliorum versionem seu Paraphrasin Norvegicam, aut si mavis Islandicam, quam ipse Author rogatu Magni Norvegiæ Regis se adornasse fatetur, omnium quæ exstant septentrionalium, longe antiquissimam esse.

ximaqve hyemis parte in Regum aula transacta, Anno 1263. ab Archiepiscopo & Capitulo Nidarosiensi Episcopus Hølenfis solenniter electus & declaratus, una cum Gilberto Hamarensi 4. Non. Martii in præsentia duorum Regum, univversæ aulæ, duorumqve Episcoporum Petri Bergenfis & Thorgilfi Stafangrenfis, inauguratus fuit, collarumqve sibi Episcopatum sequente ætate adiit, quem vix sesqui-annum rexit; Nam Anno 1264. præmatura morte abreptus fuit (a).

- (a) Author *Sturlunga* qui Brando synchronus vixit, tale ei præbet elogium libr. 7. cap. 45. " Brandr prestfr Jónsón var vígdr til Abóta á Því ári sem Hákon " Kóngr var vígdr undir kórónu, hann red fyri austr í Þyckvabæ oc var ágatr " höfðinge. klerkr gódr, vitr og vinfell, ríkr og góðgiern, og hafdr mikts mann " heill." Id est: *Sacerdos Brandus Jone filius in Abbatem consecratus est eodem anno, quo Rex Hacon coronatus. Ille (monasterio) Thyckvabænsi in (quarta) orientali præfuit, & erat magnas eximius, bene doctus, sapiens; multis amicis beatus, potens, benignus, & multorum favore gaudens. Quod sine assentatione dictum esse putamus.*



HISTO-

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ ISLANDIÆ.

PERIODUS III.

Ab Anno MCCLXIV. ad Annum MCD.

SECTIO I.

De mutatione regiminis Islandorum, Regibus Norvegiæ, eorumque Satrapis, quos Islandiæ præfecerunt, ut & Archiepiscopis Norvegiæ.

CAP. I.

De mutatione regiminis.

§. I.

Hactenus de rebus Islandorum ecclesiasticis in statu reipublicæ Aristocratico degentium egimus, quarum moderamen ad hæc usque tempora, per ducentos, plus minus, annos, ab Archiepiscoporum nutu & Episcoporum placitis unice pependit: Posthac autem, de iisdem quidem, aut similibus rebus gentis nostræ scribendum nobis erit; sed quæ, sub statu reipublicæ monarchico, aut, si penitius inspexeris, ex monarchico & hierarchico mixto; Novus enim legum Codex, qui hoc tempore incolis datus fuit, Regem equidem Ecclesiæ caput agnoscit, sed nihilominus Episcopum ipsi a latere collocando, rempublicam bicipitem facere

cere videtur; cujus verba sunt: *Duo sunt Dei servi & dispensatores, Rex & Episcopus; Rex a Deo habet secularem potestatem in rebus secularibus; Episcopus vero habet a Deo spiritualem potestatem in rebus spiritualibus, adeo, ut alter alterum in omnibus justis causis legitime adjuvare debeat, seque ipsos noscere, quod hanc potestatem non a semet ipsis, sed a Deo habeant, quoniam Dei dispensatores sunt* (a). Causæ autem mutationis regiminis & status reipublicæ, præter rerum fata, seu verius, ipsius Dei beneplacitum & dispensationem, qui solus tempora mutat & imperia transfert, hæ fuerunt præcipuæ: (1) Antiquæ Aristocratix, primo in Oligarchiam, tandem vero in Tyrannidem & Anarchiæ quendam speciem, degeneratio; Nam sub ipsam hanc mutationem, Magnatum, quo quis potentior, eo perditior esse cœpit, omnia vi & armis gerere, rapinis, cædibus, incendiis, seditionibus, omnimodisque iniuriis, nullum modum vel metam statuere, ita, ut liqueat, aliquando 1300. armatos, & 20. navium classes, ex altera parte, ad intestina certamina & mutuam perniciem producta fuisse, quæ nefanda licentia eo tandem temeritatis processit, ut a rebus & personis sacris sceleratas manus non abstinerint Potentes, cui malo mendo non alia visa est expeditior ratio, quam si omnes unius Regis imperio cœrcerentur. (2) Regum Norvegiæ in nostrates humanitas, preces, periversiones & speciosissima promissio, quibus ambitiosos quorundam nostratum animos impleverunt & demulserunt. (3) Accessit & ipsa religio, (efficacissimum in rebus gerendis telum & instrumentum) Nam Wilhelmus Episcopus Albanus, Ecclesiæ Romanæ Cardinalis, cum in Norvegia, circa Annum 1247. præfens adesset, cujus verba, quasi ex tripode, aut ex ipsius Pontificis ore prolata essent, accepta fuerunt; inconveniens & impium esse, Islandos præter reliquarum gentium morem nullius Regis imperio subjectos, suis moribus, suoque ingenio vivere, palam dixerat, Regique, ut eosdem suo adjiceret imperio, author svasorque exstiterat; quod plebi Islandicæ inculcare & persuadere, Episcopi, ad id a Rege, Cardinalis instinctu subornati, haud quaquam omiserunt (b). Cum vero nobis in sequentibus negotia & res, non tantum sub Norvegiæ Regum imperio, sed eorundem Præfectorum nutu & iussu gestæ, tractandæ

(c) *Cod. Leg. Island.* Tit. de Religione Christiana cap. 2.

(b) Quo & pertinet nexus subordinationis inter Episcopos Islandicæ & Archiepiscopum Norvegiæ, qui sub republica dudum obtinuerat.

dæ sint, ut hic primo, de hac imperii & regiminis mutatione, deinde autem, suis locis, de ipsis Regibus, ut ecclesiæ nutritiis ac tutoribus, eorumque Præfectis, quorum opera, ad expediendum negotia usi sunt, quædam inferamus, haud abs re esse videtur.

§. 2.

Tempore Aristocratia, quæ Islandis circiter 390. annis duravit, res eorum sat florentes fuerunt, ideoque a vicinis Regibus, Dano, Norvego, Sveco. Anglo. Scoto. ut & Orcadum Comitibus, aliisque Magnatibus, partim ut vicini, partim ut amici colebantur, imo, tanti aliquando æstinati sunt, ut filias & cognatas iis nuptum dare non dedignarentur. Loptus Sæmundi (Polyhistoris) filius Thoram Magni Nudipedis Norvegiæ Regis filiam, uxorem duxit: Hordo Grimkeli filio Haraldus Gothiæ Comes filiam suam Helgam nuptum dedit: Thorvallus Thidrandi Droploigam Biorgulfi Hetlandiæ Comitis filiam, Fimbogus Robustus Haconis Norvegiæ Comitis neptim, in matrimonio habuerant: Sæmundo Jonæ, Orcadum Comes, matrimonium filia obtulit, sed per Sæmundum stetit, quo minus contractum fuit; Cæterum, non obstantibus amicitia legibus, quidam horum, Islandorum libertati insidiosi deprehensi sunt; Nam præter Haraldum Gormi filium Danicæ Regem, quem aliquando classem in Islandos paratam habuisse, sed magicis artibus absteritum ab instituto destituisse ferunt, Norvegicos Reges id plus simplici vice tentasse, certum est. Quorum primus fuit Haraldus Pulchricomus, qui quendam, nomine Unum Gardari filium subornavit, Præfecturam Islandiæ eidem pollicitus, si Islandorum Primatibus captis aut interfectis, Regis potestati insulam subjiceret; & quo minus incolis suspectus esset, duodecim tantum virorum sodalitie stipavit; Insulani vero insidias subolentes, eum recipere noluerant, & prius quam aliquid tentare posset, a Leidwiso Athleta, cujus filiam stupraverat, e medio sublatus fuit (a).

§. 3.

(a) De Aristocratia Islandorum agit ARNGRIMUS *Crymog.* lib. 1. cap. 7. §. 8. 9. Sed de mutatione Reipubl. lib. 3. unde quædam horum mutuati sumus. Conf. *Landnam* pag. 131.

§. 3.

Idem etiam tentavit Olavus Crassus, qui circa annum 1224. Thorrarinum Nefjulfii, (al. Neflioti) filium, natione Islandum ad populares misit, Regia munera Optimatibus perferentem, Regiumque favorem & nescio quos aureos montes pollicentem, si homagium Regi præstarent, populumque ad tributum solvendum inducerent. Si vero his petitis satisfacere recusarent, vellent saltem Insulam Grimseyam suæ potestati permittere, ipsique, quorum nomina ediderat, firmandæ amicitia gratia, ad se in Norvegiam transire. His Regis blanditiis, nonnullis Magnatum victis, parum abfuit, quin voti Rex compos fieret, ni in conventu, qui hujus rei gratia ad generale insulæ forum habitus fuit, Einarus de Thvera sententiam rogatus, luculenta oratione, conatibus obviam iisset, quæ ad oculum demonstravit, si Regi colla submitterent & ejus tributarii fierent, nihil aliud restare quam ut tributum tributo adderetur, usque dum tandem, nec fortunarum nec proprii capitis habituri essent potestatem; Nec prudentius esse, ipsi insulam Grimseyam concedere; ibidem enim vel sola piscatione mediocrem exercitum alii posse, qui sine dubio inde in continentem Liburnicis excursiones facturus foret, incolasque, quorum habitationes ob locorum situs adeo sint raræ & distractæ, ut unus alteri contra subitam hostium irruptionem auxilio esse nequeat, facili negotio subacturus: Eo autem Regis petito, ut primarii reipublicæ viri ad se veniant, nihil aliud intendi, quam ut isdem secum detentis, plebs abscisso quasi capite trunca in obsequium deducatur; Benignum sane, humanum, mitem & clementem hunc esse Regem, sed incertum, an tales habiturus sit successores; hujus itaque amicitiam, donis & muneribus, qualia sint equi, falcones, panni carthagini, & id genus alia, commendasse atque retinendam, sed libertatem fortunarumque jura facta esse conservanda, & cum singula hæc Regis petita insidiosa sint, & benevolentia titulo tantum fucata, omnia rotunde perneganda esse didicit (a). In hanc Enari sententiam ab omnibus, pedibus manibusque itum est, conclusum simul, ut Magnatum filii aut fratres ipsorum loco Regem salutatum irent, quos ille initio benignissime excepit, sed in patriam reversuros, invitos secum detinuit, uno solum excepto, quem in Islandiam eadem fere in mandatis habentem remisit; Quæ omnia cum Islandi surdis auribus præterirent;

(a) Vide ARNGRIMI Crumog. l. cit. & Vit. Olai Crassi.

terirent; Rex juvenes durius tractare, inque ipsam Islandiam aliquod gravius tentare velle videbatur, ni hoc ipso tempore cum Knuto Magno Daniæ & Angliæ Rege bellum & intestinæ seditiones, in quibus, pro ipsius Norvegiæ imperio & propria salute, certandum erat, peropportune intervenissent, unde omnis spes rei petiti potius decollavit.

§. 4.

Simile quid etiam Olai frater uterinus, & in Regno tandem, post Magnum Olai filium successor, Haralldus Sigurdi filius, Imperiosus dictus, non quidem vi aut aperte, sed beneficiorum illecebris, tentare voluisse creditus est, sed de successu desperans, a proposito destitit; permanitque Islandicæ reipublicæ status Aristocraticus usque ad tempora Haconis Haconidæ, qui rem ab aliis frustra petitam ad optatum finem perduxit.

§. 5.

Hacon, de quo nobis hic sermo est, nothus fuit & posthuma proles Haconis Sverreris filii, (a), Norvegiæ Regis, natus Anno 1204. In juventute vanas expertus est cleri & tutorum fraudes & technas, qui regnum ei eripere voluerunt; quod nec prius adeptus est. quam mater ordalio, seu portatione ferri candentis probaverat, eum ab Hacone Rege genitum esse, & thronus ei a totius Regni Senatu adjudicatus fuerat, adjuvante factione Prætorianorum, qui se Birkebeinos nominabant, & Sverreris familiam tanto amore, quanto clerus odio, prosequerantur. Primum imperii decennium inquietarunt Ribbungorum & Baglorum factiones, quorum duces Regium sibi nomen & honorem adrogabant, illis autem subjugatis aut dissipatis, cum Skulio ei res fuit: Hic, Ingi Regis, seu regni, antequam Hacon thronum ascenderat, usurpatoris, frater, a Clero adjunctus, regnum primo arripere voluit, sed a factione Birkibeinorum victus, Comitis titulo & tertia Norvegiæ parte beatus acquievit: Postea autem Regius socer factus, & Ducis nomine insignitus, mentem non mutavit, nam

(a) Quæ de celeberrimo hoc Rege habet *Lexicon universale* & nonnulli alii, partim incerta, partim erronea sunt, quæ omnia refutare non est hujus loci nec nostri officii.

nam Regi semper infidus fuit, eiqve infidias struere nunquam destitit, quæ Anno 1240. in apertam tandem rebellionem eruperunt, & ipsius complicitate vita steterunt. Cum vicinis autem Hacon pacem coluit, præterquam quod cum Svecis quædam velitationes, & cum Danis nonnullæ hostilitates inciderunt, quæ tamen non in apertum bellum eruperunt; sed Anno 1257. Hafniæ in præsentia Regum sedatæ sunt. Regno & subditis commodissimum sese præbuit Regem, scelera enim severe punivit, virtutes autem magni æstimavit & remuneravit, leges correxerat & emendavit, plurima templa aliaque splendide ædificia erexit, omnibus se mitem benignum & humanum præstitit, &, ut verbo dicam, in armis & toga æque clarus, omniqve virtutum genere ornatus fuisse fertur. Anno 1247. a Vilhelmo Cardinale, ejus rei causa in Norvegiam a Pontifice missus, magna pompa & cæremoniis coronatus fuit, qui honor magni constitit (a). Coronam vero imperialem cum honore & titulo cæsareo; quem ei Innocentius IV. obtulit, magno animo constanter renuit. Ex Margretha Skulli Ducis filia suscepit: (1) Haconem, qui Anno 1240. jussu patris Rex proclamatus, Anno 1257. obiit. (2) Magnum, qui eodem anno Regis titulo ornatus, sed 1261. in nuptiis, quas cum Danica Principe celebravit, coronatus fuit. (3) Christinam, quæ 1252. Philippo Castellæ Principi nupsit (b). (4) Ceciliam, quæ eodem anno Haralldo Hæbudarum Regi elocata, una cum marito naufragio periit. Anno 1263. ex expeditione Scotica revertens, recuperatis, quæ defecerant, provinciis, victor & voti compos factus, in Orcadibus 18. cal. Januarii, anno ætatis 60. regni 47, vitam cum morte commutavit.

-
- (a) Quod præter 500. marcas Cardinali datas, Pontifici Romano 15000. marcas sterlingearum numeraverit, vix est credibile, nam præterquam quod Sturla Theodori, Author synchronus, qui *Haconis Vitam* scripsit, expresse dicit, quod Rex coronationem potius omittere voluerit, quam Clero in minimis gratificari, Norvegiam tum temporis, tantarum impensarum vix capacem fuisse, verisimile videtur. Fatetur autem, laudatus Author Regem Cardinali multa pretiosa dona dedisse. Confer *TORFÆI Hist. Norv.* Tom. 4. lib. 4. cap. 35. ubi verba *MATTHÆI PARISIENSIS* adfert.
- (b) Christina hæc inter eos locum mereri videtur, qui pedem regno Dano-Norvegico extulerunt, cujus vestigia in *Vita Haconis* a Sturla Theodori conscripta manifeste legi possunt, quæ Perullist. *PONTOPPIDANI* diligentiam, in *Vestigis Dan. extra Daniam*, effugisse videtur. Confer *TORFÆI Hist. Norveg.* Tom. 4. libr. 4. cap. 42. 43. & 44.

§. 6.

Primus, cujus opera uti voluit Augustissimus Rex, ad persuadendum Islandis, ut se, suaque omnia Norvegis dederent, fuit celebris ille Historicus Snorro Sturlæus. Hic, in Norvegia circa Annum 1219. præfens, per Dagfinnum Regis Consiliarium efficere potuit, ut expeditio quæ a Norvegis in Islandiam adornabatur, ultum injurias, quas Sæmundum Jonæ, aliosque Islandos suis mercatoribus intulisse rebantur, omitteteretur: Id autem, quo facilius obtinere posset, Snorro, Islandos calliditate & technis, quam aperta vi aggredi, fatius esse dixit, & ut fama tulit, sua se auctoritate & consiliis effecturum, ut Islandi Regiæ potestati subjicerentur, promisit, deque hac re, cum Islandis Regis nomine transfigendi potestatem accepit; Baronis seu Nobilium titulo & privilegiis præter alia munia in pretium operis ornatus, unde a Norvegis ut Legatus aut pacis inter Norvegos & Islandos sequester æstimatus, Islandis autem ut proditor patriæ abominationi fuit; quæ omnia in Islandiam reverfus dissimulavit, & sive quod de successu desperavit, sive per fallaciam, nam mens viri cum voce non semper consensit, tantum absuit ut promissâ præstaret; ut ne unquam quidem tentaret (a).

§. 7.

Anno 1235. Rex Sturlam Sighvati filium, Snorronis sobrinum, Roma in patriam tendentem, promissionibus de totius Islandiæ Præfectura obtinenda allectum, ad persuadendum popularibus, ut se suaque Norvego Regi submitterent, ipsique subditi & tributarii fierent, subornavit, simul monens, ne cædibus aut aperta vi, sed calliditate opus aggrediatur. Ille autem monitorum immemor & moræ impatiens, (erat enim ingenio acer feroxque) omnia rapinis, cædibus & sanguine miscere cœpit, quæ violentia ipse deum vita stetit (b).

§. 8.

Cum itaque cerneret Rex, & indigenas avitæ libertatis tenacissimos esse, & nihil se sine Episcoporum auxilio perficere posse, iidem

B b b 2

enim

(a) *Sturlunga* libr. 4. cap. 25. *Hist. Haconis Haconida.*(b) *Sturlunga* lib. 6. *Hist. Hac. Haconida.*

enim tunc temporis, animæ instar, corpus illud publicum dirigebant, alienigenas, eosque ex suorum clientum numero electos, Islandis imponi curavit, e quibus fuit Henricus Caroli filius; Huic, Anno 1247. ad Cathedram Holensem proficiscenti, svafu & consilio Vilhelmi Cardinalis, Thordum Sighvati filium adjunxit, eademque de Islandis ad sui obsequium ducendis, mandata dedit, idque, quam primum Islandiam ingressi sunt, tentare cœperunt, sed accepta tantum in deditionem provincia Borgfiordensi (quæ tamen brevi post descivit) nonnullisque, quæ Snorronis Sturlæi antea fuerunt, prædiis, Regio Fisco adjudicatis, invicem discordes facti, ab incepto destiterunt (a). Denuo ergo Rex eidem Henrico Præfule, iisdem instructo mandatis, Anno 1251. Gissurum Thorvalldi & Thorgilsum Bødvari coadjutores dedit, qui pariter ac priores, capitali inter se dissentientes odio, (Præful enim utrumque collegarum anathematis fulmine percussit,) nihil plane effecerunt (b).

§. 9.

Anno 1254. Sigurdum Skalholtensem Episcopum, qui integrum quadriennium in Norvegia hæserat, cui Aulicorum quendam nomine Sigurdum Silke-Augæ Ƴ: *Byssinum oculum*, adjunxit, ejusdem negotii causa in Islandiam ablegavit; & mox, anno sequente, virum Nobilem Ivarum Englafon, seu Angeli filium, superaddidit, qui Skalholti cum Præfule hybernans, remissioremqve in perficiendis Regis mandatis quam speraverat, animadvertens, ineunte vere 1256. Henricum Holensem adiit, qui junctis cum Thorgilfo Bødvari filio viribus & consiliis (amicitiam enim jam redintegnaverant), tantum effecit, ut Skagfiordenses & Ejafiordenses Regi obsequium & tributum promitterent (c).

§. 10.

-
- (a) *Sturlunga* lib. 7. cap. 47. *Hist. Haconis Haconide* ad hunc Annum.
 (b) *Sturlunga* lib. 8. cap. 7. seq. *Hist. Haconis Haconide* ad Annos 1251 & 1252.
 (c) *Sturlunga* lib. 9. cap. 50. *Hist. Haconis Haconide* ad hos Annos. Menda in *Cronica*, irrepierunt, vocantem Sigurdum Episcopum Norvegiæ, & Gissurum Ducem; Comes enim, sed non Dux fuit. Sigurdus autem fuit Norvegiæ natione, sed Episcopus diœceseos Skalholtinæ.

§. IO.

Anno 1258. Gissurum Thorvalldi Comitibus titulo & dignitate ornatum, unaque Aulicum quendam Thorvaldum Album, Comitibus facta & consilia observaturum, in Islandiam misit; Sed Comes proprio magis honori & emolumento quam Regis commodo velificans, hac vice nihil promissorum præstitit. Quod ubi Regi innotuit, Ivarum Arnlioti & Paulum, Lynseimam ineunte ætate Anni 1260. ad Islandos, multa secum monita, epistolas, & edicta perferentes, legavit, sed qui similiter ac priores, eadem ætate re infecta ad Regem redierunt, quod per Comitibus potissimum amicos stetit caussabantur (a).

§. II.

Ultimam legationem Halvardus Gullskór 3: *Deauratus calceus*, Anno 1251. obiit, qui id demum obtinuit, (omnes jam in idem vires, Gissuro Comite, Rafno Oddi, aliisque intendentibus) ut Islandia Norvego fieret tributaria, nec tamen simul tota, orientalis enim quadrans ad huc restitit, qui Anno 1264. in deditionem demum consensit (b).

§. 12.

Leges & Conditiones deditionis fuerunt:

- 1) *Ut Rex Islandis jus patrium sartum tectum conservaret.*
- 2) *Ut de navibus & extraneis mercibus, insulæ maxime necessariis, quotannis Islandiæ prospiceret.*
- 3) *Ut hereditates Islandis forte in Norvegia obtingentes, eisdem post quodvis temporis intervallum possidentibus concederentur.*
- 4) *Ne Islandi portoria solverent.*
- 5) *Islandi ejus estimationis essent in Norvegia, cujus olim, atque ejusdem juris compotes, ut cum optimi, & prout iisdem Rex Norvegiæ suis diplomatibus confirmaverat.*

Bbb 3

6) Rex

(a) *Sturlunga* lib. 9. cap. 53. *Hist. Huc. Hac.*

(b) *Sturlunga* lib. 10. cap. 9. & *Hist. Huc. Hac.*

6) Rex pacis publicæ custodem ageret omnibus viribus.

7) Insulam per Comitum Sarrapæ loco immisissum, Rex gubernaret, cui Regis nomine, dum ipse suo officio, erga Regem fideliter, & erga subditos jussu fungeretur, & dum conditiones & Privilegia a Regia parte inviolata servarentur, incolæ omnem legitimam audientiam præstarent: His autem non servatis, Islandi nullo juramento erga Regiam Majestatem tenerentur (a).

CAP. II.

De Magno Haconis filio; vulgo Lagabæter.

§. I.

Patri in expeditione Scotica Anno 1263. extincto, successit filius Magnus, quem pater Anno 1257. consortem Regni fecerat. Hic Ingi-borgam Erici Danorum Regis, (vivi Plogpenning, sed post mortem Sancti vocati) quem frater Abel Anno 1250. nefarie obtruncari curaverat, filiam, Anno 1261. uxorem duxit, statimque post nuptias, ut sentiente patre, una cum conjugē magna solennitate coronatus est. Vulgo vocatur Lagabæter seu *Legum emendator*, eo quod ex quatuor Norvegorum Legum codicibus, quibus hætenus usi fuerant, unum fecit, cujus præscripto omnes regni incolæ posthac viverent. Laudatur etiam ob singulare pietatis & pacis studium, nam præter alia pietatis indicia, sibi ipsi de decimis ex omnibus redditibus, subditorum more solvendis, legem præscripsit (b). Cum Danorum Rege, qui uxoris dotem solvere renuit, controversiam quidem habuit, quæ tandem ad manus venit, ita, ut prelio certarent, in quo Magnus inferior fuit. sed alias semper pacis amans, & inter litigantes pacis conciliator existit; hinc controversias de finibus inter ipsum & Svecum obortas, amica disceptatione, quam gladio & vi

(a) Quæ supra de mutatione Regiminis in Islandia retuli, prolixè narrantur in *TORFÆI Hist. Norv. Tom. 4. lib. 5.*

(b) Hæc constitutio habetur in *PONTOPPID. Annal. Eccles. Dan. D'plom. Tom. 1. pag. 728. ad Annum 1267. Conf. TORFÆI Hist. Norveg. Tom. 4. libr. 6. pag. 364.*

transigere maluit: nec alia, quam pacis amor, causa fuit, quod Orcades & partem Scotiæ, quæ inter Norvegos Scotosque perpetuum Eridos possum fuerat, Scotorum Regi vendidit: Similiter etiam, cum Jona Nidarosensi Archiepiscopo, viro irrequieti ingenii, honoris, opumque appetentissimo, Anno 1277. transegit.

§. 2.

Islandos, quos pater non vi, sed precario & splendidis conditionibus, ut focios magis quam subditos Norvegiæ regno adjecerat, in fide & clientela retinere omnibus modis annixus est, unde factum, ut ex eorum popularibus Præfectos illis imponeret, ut ex §. 4. dicendis patebit; & ut novos hosce subditos eo magis demulceret, Rex leges eorum corrigendas suscepit, quas eis primum per Thorvardum Thorarini, Sturlam Theodori & Indridum Böggul transmisit. Cumque non satis elimatæ viderentur, manus operi denuo admovens, perfecit; Sed Anno 1280. morte præventus introducere non potuit; Easdem itaque per Jonam Nomophylacem, ipsis transmisit & commendavit Ericus filius & successor, cujus svasu tandem receptæ sunt, indeque id nomen habent, ut *Fonsbók*, seu codex Jonæus vulgo audiant, quæ ad hunc usque diem magna ex parte Islandis in usu sunt. Præter hunc Codicem, Rescripta quædam Islandis misit, quorum extantiora sunt:

α) Circa Annum 1276. quo rogat, ne incolæ alias leges recipiant, quam quæ a se & Archiepiscopo confirmatæ sint.

β) 1277. in quo, eos, qui causas aut lites Prætorum judicio subducunt, ab Episcopis easdem judicari cupientes, objurgat.

γ) Huc etiam referri meretur conventio cum Archiepiscopo Anno 1277. inita, qua omni juri Leges Ecclesiasticas conscribendi & subditis obtrudendi, pro se suisque posteris renunciatis; Archiepiscopo ejusque successoribus idem addidit, quæ, cum postea, pro Regni lege publica habita, & ab Episcopis Islandiæ sæpius allegata fuerit, ad finem hujus Cap. inferetur.

δ) Nec omnino prætereundum diploma, quod codici juris præfixum legitur, utpote de Regis pietate, humanitate, erga subditos amore, &
de

de omnibus bene merendi studio, optimum veraxque ferens testimonium, datum Anno 1280. qui fuit Regi emortalis (a).

§. 3.

Ex præscripto fœderis, quod cum Islandis fecerat Rex Norvegiæ ejus se sceptro submittentibus, Præfectum seu Satrapam iisdem præponere tenebatur, quod per primum sexennium seu ad annum usque 1270. omissum, aut (ob certas quidem, sed nobis ignotas causas) dilatum fuisse videtur, eo enim tempore Historiæ & Annales, quotquot nobis inspicere licuit, Regii Præfecti, qui reliquis incolis cum imperio præfuit, nullam faciunt mentionem; aut statuendum, quod verisimilius est, Gissurum Thorvaldi, quem Rex circa Annum 1258. Comitibus titulo ornauerat, & Rafnum Oddi, qui inter primos Regi se submiserat, aliquid imperii in reliquos habuisse, licet Historiæ id non expresse dicant, quod tamen ultra annum 1267. de Gissuro non potest extendi, eodem enim Gissurus svasu Jorundi Episcopi, cucullo accepto, monasterium Vidense inuit, ibidemque proximo anno 2. id. Januarii obiit.

§. 4.

Anno autem 1270. Islandiam propriam nactam fuisse Præfectum certum est, tunc enim Rex Rafnum Oddi & Ormum Ormi filium, utrumque natione Islandum, in Alicorum numerum prius adscitos, univèrsæ Islandiæ præfecit, quorum Ormus in provinciam tendens, undis absorptus est, Rafnus vero incolomis evadens, totius Insulæ Præfecturam solus obtinuit. Natus fuit celebris hicce vir Anno 1226. patrem habens Oddum Alæ seu Alexii filium, avum vero maternum Rafnum Sveinbiornonis, quem Thorvaldus Vatnsfiordensis infontem insidiosè occidit. Anno 1242, decimum sextum ætatis annum agens, Theodori Kakali partibus sese adjunxit, eiqve deinceps constanter adhæsit, tantique ab eo habitus est, ut Theodorus neptem carissimam Thuridam Sturlæ filiam, virginem excellentis formæ, dotis & qualitatatum, nuptum ei daret. Anno 1280. una cum Sturla Theodori, in Gissurum Thorvaldi movens, Thorgilsum

(a) Edictum hoc Codici Legum Islandico præmissum, etiam latine versum legi potest apud *TORFÆUM Hist. Norveg.* Tom. 4. libr. 6. cap. 5. pag. 350.

sum Böldvari filium, contrariæ partis ducem, Stafholhti, ex insidiis adortus cepit. Giffuro autem potiri fortuna impeditus, cum eodem, sequente ætate, verbo in gratiam rediit, quæ tamen nunquam sincera fuit. Anno 1255. Giffuri satellitem Oddum Thorarini ejusque assecas occidit, sed in prælio Thveraënsi, quo Thorvardus Oddi frater, necem ejus, adfectis in societatem Sturla Thordi & Thorgilso Bodvari, ultum ibat, fufus fugatusque fuit. Anno 1262, primus, aut inter primos Islandiæ Magnates Regis Norvegi sceptro sese submisit, aliisque, ut idem facerent, auctor fuit, ideoque a Regibus magni semper æstimatus. Cum affine suo Sturla Thordi inimicitias exercuit, quem Anno 1263, cum paulo ante ipsius insidias ægre evaserat, captum, & tantum non vincitum in Norvegiam coram Rege causam dicturum, transmisit. Anno 1277, Nobilium privilegiis decoratus fuit; Sed Anno 1279, Regis, Regniqve supremus factus est Vexillarius. Quid tanquam Islandiæ Satrapa, cui annos 19. præfuit; in officio gesserit, alibi a nobis est expositum, ideoque hic actum agere nolumus. Tantæ fuit autoritatis & æstimationis, ut licet Arnas Thorlaci filius ei sæpe excommunicationem minaretur, ejusque convictum ut excommunicati fugeret, nunquam tamen ipso actu eum excommunicare auderet; Regiqve de eo aliquando scriberet, si modo Regi consultum videretur, uni cuidam totius Islandiæ satrapiam concredere, Rafnum solum officio parem esse. Tandem jussu Jorundi Archiepiscopi in Norvegia Anno 1288, diris devotus fuit, sed ab eodem paulo post absolutus. In expeditione Danica, cui 1289. interfuit, fidelem Regi manu & consiliis navans operam, in minimo digito, parvum, ut primo videbatur, vulnus accepit, quod vir militaris fortitudinis famam aucupatus, contempsit, sed sensim adeo increvit, ut omnem respuerit medicinam, & Tunsbergæ Norvegorum vitam ei eriperet, cum vixisset annos 63. Vir, omnium judicio constans, prudens, magnanimus & patriæ amans.



Ccc

(a) Trans-

(a) *Transactio inter Regem & Archiepiscopum.*

In Nomine Patris & filii & Spiritus Sancti! Amen.

Ut certitudo presentium, det veram in perpetuum & evidentem memoriam preteritorum, noverint universi, tam presentes quam futuri, quod cum nuper inter illustrem Principem Magnum Dei gratia Regem Norvegiæ, & venerabilem Patrem Johannem, eadem gratia Archiepiscopum Nidrosiensem; materia questionis esset suborta super eo, quod idem Archiepiscopus asseruit, ut aliqve cause, que ad forum Ecclesiasticum canonice pertinebant, usque ad tempora dicti Regis ex consuetudine antiqua & ab Ecclesia quodam modo propter discordie periculum & pacis dissidium evitandum, per patientiam tollerata, coram secularibus iudicibus tractabantur, insuper quod privilegiis Ecclesie sue quibusdam, & specialiter privilegio Magni ejusdam, ut dicebatur, Regis Norvegiæ derogatum fuerat, ut creditur, non utendo maxime in ea parte privilegii, qua continebatur, quod presatus Magnus devovit se & regnum suum beato Olavo Regi & Martyri, & in signum subjectionis precepit, coronam post defunctum suum & omnium in regnum sibi succedentium, offerri presato Martyri in Ecclesia cathedrali, nec non & cuidam constitutioni patrie per eundem forte Magnum edite, que innuit Reges Norvegiæ debere eligi &

(a) *Sättargjörð herra Magnúsi Kóngs oc Jóns Erkebiskups.*

I nafni fandr oc sonar oc heilags anda amen.

At sannleikr nálegra hluta geri off eilífa sætt (oc fullkomit minni lídandi hata). Þat se öllum mönnum kunnigt hiáverandum oc vdrkennendum. at nýliga medan kærni esni hafa upprunnit millum ágæz höfðingia oc vrdulugis herra. Magnús Noregs kóngs, oc herra Jóns med þeirri samri miskunn erkibiskups af Nidarósi, yfir þri sem herra erkibiskup sagdi. at nockur mál þau sem laugliga heyrdu til heilagra kirkju undæmis. prófaliz oc dæmdiz firir leikmannadómi allt til dagha Magnús Kóngs af forni lídrenju. oc nockut suo kirkjuonar þolinmædi. at forðadz fundþycki oc fiárbrigdi. Svo oc í því at undandráttir (hafdi mikill veittr verit verndubrefum kirkju hanns) hafi veittr verid brefum kirkium hanns letliga. svo sem sýniz. firir vanræktar saker. oc einkanliga fielsibrefi Magnús Erlingssonar Noregs kóngs. sem sagdz allrahellz í þeim hluta brefsins er teget at þesse same Magnús. het sig oc ríki sitt hinum helga Olafi kóngi. oc til merkis at hann gerdz undemadr hins helga Olafs Kóngs. (oc) í Nidaróskirkju. band hann at offra kórónu hinum helga Olafi epter fráfall sitt, oc allra þeirra er epter hann kunnu at koms til ríkis. Svo var oc afðregin ein skapan (landins) um þenna Magnús gjör (letliga)

rettliga

in electione Archiepiscopum & Episcopos inter ceteros Electores voces precipuas obtinere, que omnia predicta venerabilis Pater Archiepiscopus tanquam sponse Christi in parte sollicitudinis procurator fidelis petiit, ut in usum & in Ecclesie sue utilitatem Dominus Rex predictus in posterum duceret admittenda. Ad respondendum vero articulis supra dictis, ac contra petitionem Archiepiscopi, supradictus dominus Rex illustris sufficienter asseruit, se habere rationes si super hiis coram iusto iudice duceret contendendum, & maxime contra electionem, subjectionem & oblationem coronæ de quibus vix vel nunquam posset probari Nidrosiensem possessionem habuisse, & novum genus exactionis videri poterat, illud ab eo exigi, quod non fuerat hæctenus attemptatum vel consuetum. Considerans itaque prefatus Pater Archiepiscopus ex una parte se non posse supra memorata absque scrupulo conscientie vel conniventie pertransire, ex altera, si super hiis moveret questionem, posset perturbacio & discordia magna inter Regnum & Ecclesiam suscitari, multorum animabus & corporibus nocitura, presertim cum non solum in tollendis consuetudinibus contra populum, verum etiam in aliis directe contra ipsum Regem & totius Regni potenciam agi videretur, pacem & concordiam volens eligere, ad dicti domini Regis Magni Dei gracia illustris clementiam, tam Ecclesie quam Regno, sepius ac manifestius exhibitam & ostensam, se convertit,

C c c 2

suppli-

rettliga (at) er syner (Noregs kóngur) Noregs kóngs skulu kiósfast af kofninginum erkibiskups. beidiz af hálfu sinnar áhyggju. suo sem trúrr fyrirhyggjumadr (brúðar kríftz) at herra Kóngurinn skyldi tilleggia hedan í frá til nytia oc nytsemdar heilagri kirkju. En til at svara (greinum) oc móti-beizlu herra Erkibiskups. Sagdi virdu-
ljgr herra Magnús Kóngur sig hafa kóngligar skynsemdar. ef hann ikylldi þræta yfer þessum hlutum fyrir rettum dómara, oc allra hellz móti kofningi, undirgjöf oc offran kórónunnar. af hverium hlutum varla má edr alltri prófaz Nidaróskirkju hafa (hafi) oc mætti sínaz nýr hátt kraufunnar. er þat krefdz af hönum, sem eigi var her til freitad. ne uant. Nú skodar (skodanda) herra erkibiskup (erkibiskupi) af einni hálfu sig eigi mega yferhylma þessi hluti utan samvizku (lár). oc annarri hálfu fá hann at ef hann hefði kærur efni yfer þessum hlutum. mætti rugl oc mikid fundiþycki uppkueikiaz millum rikisins oc kyrkiunnar. meinsamligh maurgum stlum oc líkómum. allrahellz med því at eigi at eins af venium, af tókundum móti fólkinu. helldr iafivel í audrum hlutum. móti síalfum kónginum. oc allz mætti rikisins. sýndiz gjort vera. af því at herra erkibiskup villdi frid oc samþycki. sýner (stærri) hann sig til müldleiks oc góðvilia. herra Magnús Kóngs, hvern er hann hafdi optliga oc opinberliga rett (ted). oc veitt. suo kirkium sem ríkinu. biddandi at þeir skyldu

supplicans, ut inter se de predictis omnibus taliter ordinarent, quod cederet ad honorem Dei omnipotentis & utilitatem Ecclesie majorem, animarum ipsorum, & tocius sibi commissi populi ad salutem. Prefatus autem Dominus Rex Illustris ex solite benignitatis affectu, quem ad honesta queque, & maxime circa Matrem Nidrosiensem Ecclesiam habuit, & habere dignoscitur, volens eam amplioribus libertatibus & privilegiis suis temporibus decorari, tanquam pacis amator & cultor justicie, post multos tractatus hinc inde habitos super predictis, interveniente consilio & assensu Episcoporum, Baronum, & Canonicorum Nidrosiensium & Capitulorum aliarum Ecclesiarum Cathedralium in Norvegia existentium, cum dicto Patre Archiepiscopo, Anno Domini 1277. in vigilia beati Laurentii apud Castrum Tunsbergense, in Ecclesia fratrum minorum, duxit amabiliter componendum in hunc modum, videlicet quod predictus Pater Archiepiscopus, pro bono pacis & majori Ecclesie commodo & animarum procuranda salute, renunciavit cum consilio & assensu Capituli sui, nomine Nidrosiensis Ecclesie, pro se & successoribus suis, canonice intrantibus, in perpetuum, omni juri: si quod in predicta electione Regum, subjectione seu oblatione corone habebat vel habere poterat, tam in petitorio, quam in possessorio, ratione dicti privilegii seu aliarum literarum seu legis, vel quocunque alio modo sibi competere videretur, omnibus

aliis

skylldu suo skipa allum þessum hlutum millum sin. at þeim veri til æru gæð almáttikum oc kirkium til meiri nytsemdar. síðstra þeirra sálum. oc allz sólks. (þeim í hendur fengins) til gæfu oc gíptu. Enn fyrst herra Kónginnu. af fyrst vanaligrar góðgímdar er hann hefer haft til allra semiligrá hluta. oc allra heliz til heiligrar kirkíu í Nidarósi. oc sýnt er at hann hefer viliandi hana þryla. sua sem fridr ellskari. oc ségari rettættis. med meira frelsi oc verndar bresfum á sínum dagum. Epter margar vidrtaulur. hafdar af hvorstuegia hendi. giordi hann vináttufamliga sett vid herra erkibiskup med ráði oc samþykkt annarra biskupa oc lendra (lærd) manna. oc korsbrædra af Nidarósi. oc korsbrædra af annara biskupsstólum (biskupsstóla valdi). þeirra sem í Noregi eru. á Laurenuciusmesso aptan í kirkíu berfættis bræðis í Tunsbergi. þá er lidner vóru frá burd vars herra þúsundrad vetrá oc tuu handrud vetrá oc háutiú oc síau vetr. á þenna hátt. Ath virduligr herra erkibiskup. fyrir góðu fridarius (marki). oc meiri nytsemd kyrkiunnar. oc sálna hiálp oc heilfugaf upp fyrir sígh æfnliga. med ráði oc samþykkt korsbrædra sinna undir nafni Nidaróskirkíu fyrir sig. oc allra sinna laugligrá eptérkomeinda. allt valld oc tilkall. ef hann hefti nockud. edr hafa mætti. yfer saugdum kofningh kónga. undergíft edr offran kórónunnar. suo í tilkalli. sem í eigu. Saker þess verndarbréfs er hugmált

aliis juribus ad Ecclesiam spectantibus, que in Legibus Patrie continentur, & Ecclesiarum privilegiis aliis, semper salvis, dummodo superstit aliqvis qui legitime possit & debeat iure hereditario succedere; si vero nullus inveniatu successor iure hereditario, Archiepiscopus & Episcopi inter ceteros nobiliores & discretiores Regni Electores in electione tantummodo voces primas & potissimas obtineant, protestando secundum suas conscientias, quod sinceriter ad illius electionem laborabunt, quem Regno & Regnum inhabitantibus judicaverint apciorem. Prefatus autem Dominus Rex renunciavit pro se & heredibus & successoribus suis in perpetuum, omni juri, si quod in audicione examinatione & determinatione causarum ad Ecclesiam spectantium haftenus habuerat, inhibens firmiter univcrsis exactoribus & legiferis Regiis, tam propinquis quam remotis, tam presentibus quam futuris, per totum regnum, ne de ipsis causis presumant judicare, vel pretextu alicujus consuetudinis, quam retroactis temporibus Reges habuerant vel habere visi fuerant, se aliquatenus intromittant, sed per judices ecclesiasticos tales cause de cetero libere dirimantur, ut sunt hec, omnes cause clericorum quando inter se litigant, vel a laicis impetuntur, matrimoniorum, natalium, juris patronatus, decimarum, votorum, testamentorum, maxime quando agitur de legatis ecclesiis

málz sem ádr. er umtalad. edr annarra brefa laugligrá þar um. edr med hverium hætti. er sýndiz hönum tilheyra. Aullum ödrum rettendum. iafnan ósköddum. þeim sem tilheyra kirkjuannar. oc í landlaugunum eru. oc í andrum verndarbréfum kirkjuannar. oc meðan nockur skal, edr má epterkoma laugligrá erfð. En ef engi finnz epterkomandi med laugligrá erfð. þá haf erkibiskup oc biskupar med annara manna rádi oc samþykkt. þeirra sem kíöla skulu. sýstu oc mestu (rautta) í kosninginum (vitnandi) af eins vitandi epter sínum samvitzkum. at þeir skulu rettliga hafa (tarfa í) kosning þess sem þeir deama nyttsamligan vera ríkinu. oc þeim sem rikid byggja. En herra Kóngrinnu gaf upp fyrir sig. oc suo sína eringia oc epterkomendr eilífuga allt valld oc tilkall. ef hann hefer nockud haft her til, at heyra edr prófa. edr órskurd veita þeirra mállum. sem heyra til kirkjuanni. fyrirbiöðandi fastliga öllum sýlamönnum oc laugmönnum kónganna. suo nær sem hiari. suo hiáveröndum sem tilkomendum um allt ríkid. at þeir dirhízst eigi þess at deama um þessi mál. ne hluti sig nockurskyns í því at fyrriku nockurar veniu er kóngar hafa hafi. edr sýnz hafa haft fyrirmeir. Helledr skulu þesskyns mál af kirkjuannar dömara fríðsliga skápaz. hedan í frá. suo sem þessi mál tegia. (þessor mál eru. klerkamál) þá er þeir þreita millum sín, edr sökiaz af leikumönnum. um hiúskap. oc hverfu hverr er laugliga getinn. um kirkna frelsi, um tíunder. oc heit. oc skipan er menn gera á síduz-

& pijs locis & religiosis, tuicio peregrinorum visitantium limina beati Olavi & aliarum Ecclesiarum Cathedralium & in Norvegia & eorum cause. Item cause possessionum Ecclesiarum, sacrilegii, perjurii, usurarum, simonie, heresis, fornicationis, adulterii, & incestus, & alie confimiles, que ad Ecclesiam spectant mero jure. Salvo semper Regio jure in hiis causis, ubicunque debetur ex consuetudine approbata vel legibus Regni multa pene pecuniarie perfolvenda. Item denuo concessit Dominus Rex, & firmiter observari precepit, ut semper licitum sit Archiepiscopo & Episcopis in Capellis a Regibus fundatis vel dotatis, sic ut & in aliis Ecclesiis & Capellis sue provincie, instituere idoneas, sine ipsorum & aliorum laicorum assensu & presentatione, personas. Item concessit quod in electionibus Episcoporum & Abbatum Nidrosiensis provincie, nulla vis, nulla potentia, nulla auctoritas Regis vel Principis interveniat, sed ille presiciatur, quem ipsi, ad quos electio pertinet, vacanti Ecclesie, scientia & moribus judicaverint aptiorem, denunciante ante confirmationem, electionem factam, Domino Regi, qui pro tempore fuerit, per Canonicos ejusdem ecclesie, vel decens nuncium & honestum, si presens fuerit, vel in via per quam fuerit ad confirmationem transiturus, ut tunc, pro ut moris est, Regio aspectui personaliter se presentet. Item concessit, quod

Episcopi, b

á síðuzstum daugum sínum. fyrir sál sínni. allraheltz ef þat gefa kirkium edr beigum stöðum. edr klaustrum. vænd pílagríma þeirra sem fara til stadar hans helga Olafs kónigs. oc annara biskups stóla í Noregi. oc þeirra mál. suo & sína um mál kirknacígnanna. um bannz verk. oc meinsæri. um okr. oc þar sem felldr eru oc keypter andliger hluter. um villu edr vantrú. um fríttulísi. um hórdóna. oc frændfemis spell. oc ónnur mál þvílík. sem til kirkna heyrta. ath hennar retti óskóðum ísfnan kónigsretti í þeim málium. hværvætna þar sem af vel prófadri veniu. edr laudlaugum á kóngi at gíaldaz sísríekt. Suo iáttadi oc herra Kónigrínni á nýa lók. oc baud fastlíga at geyna. at ísfnan se herra erkibiskupinum oc biskupum sílíksat oc gera oc skipa samlíga lærða menn. suo (í þeim kapellum) þær kapellur sem kóngar hafa látid uppgera edr sínar eigner til gefa. sem í óðrum kirkium edr kapellum síns erkibiskups ríkis. utan þeirra oc annara leikmanna samþykkt. edr þrefenzan. Suo iáttadi hann oc at eeki aft ne máttz. oc eeki valld kónigs edr annara verallígra hófdingia híyctiz (lutiz) í kofuing biskupa edr ábóta í Nídarós erkibiskups ríki. hældr skípiz íá fyrir eda þeir til hverra er þeir til hverfa er kofuinghínn heyrta deama nýtsamlígr (nýtsamlíga) vera at víkzu oc sídferdi. þeirri (kirkíu) er sínn sírstíóra hefer míst. skulu þeir boda gíorfan kofuing. ádr en staddíft se þeim kónigi. sem þá er. Um kórsbrædr þeirrar kirkíu sem þá er edr vídrkíemlíg sendíðol oc samlígt.

Episcopi, Abbates seu Clerici in expeditione ire cum Rege, vel ad hoc quicquam de suo impendere minime teneantur, nisi forte necessitas tam gravis & evidens immineat, quod id a Dyocesano Episcopo, & sapientioribus Ecclesiasticis viris fieri permittatur. Item denuo concessit, quod Regibus non liceat approbatas Patriæ Leges, & scriptas ac penas pecuniarias, sive in clericis sive in laicis contra antiquam consuetudinem, in Ecclesiarum seu clericorum dispendium immutare. Item concessit, quod liceat Archiepiscopo & ejus successoribus emere aves, gerosalcones griseos & austures sicut ab antecessoribus suis est actenus observatum. Item annuit & concessit, quod in dandis decimis, de terris & mansionibus suis, Reges omnino sequantur Canonicas sanctiones. Item concessit quod 30. *Lester* farine mittantur ad Islandiam, ex parte dicti Archiepiscopi, quando sibi visum fuerit illis presertim temporibus, quibus id patrie pacietur uberius, propter hoc in aliis rebus portandis licentia non negata. Item concessit Domino Archiepiscopo vectigalia de una navi, singulis annis de Islandia ad suam dyoccesin veniente. Item concessit denuo & mandavit omnes peregrinos, limina beati Olavi & dictarum Ecclesiarum Cathedralium in Norvegia visitantes devocionis causa tam advenas quam indigenas, sive gverre tempus sit, sive pacis, in cundo & redeundo, firma

semiligt. nema herra kónggrinn fendi. edr se nær. edr ákuedi um hverri hönum se. skal hann vera staðfastr at því sem sidr er til. presenti hann hiðlfan sig kónginum. Suo iðtædi hann oc at biskupar (ábótar) edr klerkar skyldi ecki skyldir til at fara i leidángsrferd med kónginum. ne til þess nokkud leggja af sínu. nema erin nauðsyn se til. at þat lofadiz af biskupi. oc enim vitruztum klerkum þess biskupsdæmis. Suo hit sama at eigi lofiz kónginum um at skipta til skada kirkiannar edr klerkanna. landz laug samþykkt oc ritud. oc siárpínu. hvört at þat er heldr á klerkum edr leikmönnum. móti fornri skipan oc veniu. Suo mælti hann at lofa skyldi (erkibiskupi) biskupi oc hanns epterkomendum at kaupa fugla. geirfalk. grávali. oc gáshauka. suo sein her til hefer verit giort. af hanns formönnum. Suo iædi hann oc veitti at kóngr skyldi fylgja fullkomliga tíundargerðum af laundum oc bæinum sínum epter guds langum. Suo iðtædi hann oc at þriátiu lesta miöls skyldu fendaz til Islandz af erkibiskups hálfu þegar erkibiskupi sýniz. oc allrahellz á þeim tímum sem árgángtr landinz er. eigi því heldr veitaz hönum at flyta adra hluti. Suo iðtædi hann oc herra erkibiskupi landaura af sínu (einu) skipi á hueriu misseri (ári) því sem kemr af Islandi til hanns biskupsdóms sua sem bref hanns vottar. Suo iðtædi hann oc á nýja leik. oc haud alla pílagríma. vítiandi staðar ens helga Olafs. oc annarra biskupsstóla í Noregi. fyrir sílu sinni. bædi innlendzkra oc útlendzkra. huort sem í landinu er fridr edr eigi. at þeir skulu aurgluga í góðum fridi heiman fara.

firma securitate potiri, qui vero inventi fuerint ipsos indebite molestare, nisi forte aliquis vel aliqui exploratores esse presumantur, & propter hec ipsos ad probationem capi contingat, juxta quod culpa requirit, per judicem Ecclesiasticum pena debita castigentur, & ad parendum judici Ecclesiastico per Regem & ejus ballivos & exactores, si necesse fuerit, compellantur. Volens autem insuper predictus Dominus Rex Ecclesiam Nidrosiensis adhuc amplioribus beneficiis, quam huc usque habuerat suis temporibus honorare, Domino Archiepiscopo & suis successoribus pro se & suis heredibus in perpetuum centum homines ab expeditionibus Regis & vacationibus & a tractione navium & specialiter de tributo, quod vulgari *Leidange* appellatur, concessit liberos & immunes, ita quod quidam ex hiis centum, (qui *Stutulfveinar* appellantur) a predictis sint immunes, eo modo, quo homines Regis esse solent, & (ante) tempus compositionis facte habebant, cum duabus aliis personis, quas ipsi ad hoc de sua familia duxerint eligendas: ceteri vero cum secunda persona predicta gaudeant libertate. Item cuilibet Episcoporum videlicet Aslönensi, Bergensi, Stavangrensi, Hamarensi, secundum modum predictum concessit homines 40. nisi forte Domino Regi Archiepiscopo & Episcopis, propter gravem reipublice necessitatem, vel Regni defensionem visum fuerit aliter expedire ad tempus, ita quod cessante necessitate seu defensione, predicti ho-

mines

fara. oc heim, nema nockur þeirra sýniz vera niðnarm:dr. oc verða þeir tekur til prófanar fyrir þat. þá skulu þeir þínaz með þeim þinum sem til heyrer. fyrir kirknanna dómara, epter sinni misgerð. oc til hýðni kirkiunnar dómara. skulu þeir nauðgaz ef nauðsyn er til fyrir herra kónginum. eðr hanns sýllumönnum. eðr öðrum umbodsmönnum. Nú með því yfir þetta fram. vilandi herra Kónginn heilaga Nidaróskirkju sæma með meirum góðgírndum á sínum dögum. en áðr hefir þú hafst. veitti hann herra erkibiskupi. oc hanns epterkomendum (eilífuga). fyrir sig. oc sína erfingja hundrat manna. vera fríallfuga oc hlutlaus af leidángsferðum kónganna oc kallöknum (kellanum). oc skipdráttum. oc einkannliga af leidángsferðinni. Suo þeir sem skutillfæinar eru. skulu vera hlutlaus af þessum hlutum. með þeim hætti sem kóngsmenn vöru vaner at vera. oc þeir höfðu áðr í tíma þessar lættangerðar. með þeim (tveim) öðrum mönnum sem þeir vilja hells tilkíla af sínu (hyski). En allir aðrir glediæt þessu frelsi með öðrum manni) liti. Suo iáttadi hann oc með sama hætti huerium biskupa. Oslóarbiskupi. Björginarbiskupi. Stafángsbiskupi. Hamarsbiskupi. fiorutiu manna, nema herra kónginum. eðr erkibiskupi. oc auctrum biskupum (mönnum) sýniz öðruvíss tilfelliige vera. fyrir skert almenniligrar nauðsyniar. eðr verndar ríkilins. Suo (sidameun) i) lidnum þessari nauð-

mines tam Episcoporum quam Archiepiscopi, eo ipso, predicta gaudeant libertate. Cuilibet etiam plebano dictorum Episcopatum, sive in rure sive in civitatibus morentur, concessit, quod cum duabus personis de sua familia a dicto tributo quod vulgariter dicitur *Leidangi* sint liberi, & unus familiarium, quem sibi plebanus magis noverit necessarium, ab expeditionibus Regis sit quietus. Item concessit, quod si homines Archiepiscopi centum predicti, injuriati fuerint, sibi ad invicem in curia vel navibus, scilicet propria cum duabus aliis vel comitatu dicti Archiepiscopi exhibentes, tunc iudicio ipsius Archiepiscopi debent stare; ab eo, secundum quod culpa poposcerit, & sibi videbitur puniendi; & ad ipsum in talibus casibus multa, secundum leges patrie pro transgressoribus debita, pertinebit: Nisi mortem vel membrorum mutilationem invicem sibi vel aliis, quod ablit, inferant, in quibus casibus ad Domini Regis iudicium vel ejus exactorum cum multa pertinebunt, salva Domino Archiepiscopo in hoc casu competenti satisfactione, ob sue presencie reverentiam & honorem: Si vero dicti centum homines Archiepiscopi, alibi quam in prenomminatis locis deliquerint, tunc potest lesus reum, non obstante fori exceptione sub quo maluerit Regis vel prefati Patris iudicio convenire, & multe pro talibus extortæ medietas ad Archiepiscopum pertinebit. Item

con-

maudsyn oc uernd glediz þesser menn því frelsi, suo (erkibiskupar sem) þesser menn erkibiskupi sem biskupar, sem þeir höfðu ádr. suo oc hid sama iátti hann huerium sem einum lærdum manni. Þessara biskupsstóla, huart sem þeir eru í kaupstóðum, edr herudum, skulu frjálsir vera af leidángri med öðrum tueimr mönnum af sínu lídi, oc einn af hanns þjónostumönnum þann er hann ser ser hellðr nytsamligan vera, skal frjáls af kóngs bodferdum. Suo iáttadi hann oc at ef þesser hundred manna erkibiskups verda mislættir sín í millum, í hanns gardi verandi, edr á skipum, edr á hanns skipi (edr á öðrum' rveimr), edr í hanns fylgd, þá skulu þeir standa á dómi erkibiskups, oc bæta epter því sem hönum sýnir, oc misgerd þeirra er til, oc sektir epter landslaugum, skyldan þeirra skal heyra til hanns fyrir þeirra misgerder í þessum atburdum, nema þeir veitti sín á millum edr aurdum dauda, þann sem gud lét ei uera, edr limalát, í huerium atburdum er þeir heyra med sektinni til kóngsdómsins edr hanns sýslumönnum óskaddri í þessum atburdum uidr. kuemiligri yferbót herra erkibiskupi fyrir ærusakir oc sœmdar hanns nauuítar. Enn ef þetta hundred manna misgerir annars stadar en nú uar sagt: Þá má sá koma hönam til dóms er misgjört var vid, huart sem hann vill hellðr til kóngs, edr erkibiskups, oc sektarinnar fyrir þvítka hluti, skal helmingr sektarinnar til kóngs heyra.

en

Ddd

concessit, quod sub prohibitione, a se vel suis successoribus aut eorum exactoribus seu ballivis facta vel facienda super emcionibus vel rebus de loco ad locum transferendis non intelligantur Episcopi vel clerici vel eorum laici in eorum negociis agendis specialibus constituti, sine Archiepiscopi & Episcoporum assensu, dum modo Regno vel necessitati Reipublice mora super requisicione Episcoporum dispendium sive periculum evidens non generet in premissis. Item concessit quod liceat Domino Archiepiscopo habere unum hominem qui cudat denarios, prout litera sua super hoc confecta testatur. (* Tunc etiam de decimis per totam Norvegiam sanctio inita fuit, excepta diocesi Hamarensi, Raumarikia & Soleyis, ut decimæ hæc haud imminutæ in perpetuum solvantur, de locario, instrumentis cerevisiæ coqvendæ destinatis, molendinis, hypocaustis, furnis pistorum, & locario sylvæ, salinis, retibus & plagis, ita ut horum locator decimas absque ulla subtractione solvat, conductor autem, qui in proprium emolumentum illa conducit, omnes primum impensas subtrahat, & de lucro remanente decimas solvat. De lucro autem quod de navibus provenit, postquam perfecta, & velo ac apparatu instructa est, eodem modo peragatur. Primo (*quidem*) de duabus lucri partibus de primo ejus itinere provenientis decimæ solvantur, & ita deinceps continuo, (tertia

vcto

en hálfst biskupi. Suo iáttadi hann oc tindr forbæn (forbod) af ser. edr af sinum epterkomandum, elligar af þeirra sýlumönnum, edr lensmönnum, gera edr gerandi yfer saulum kaupum edr audrum hlutum. Þeim sem flytiaz af stad oc til annara stadar. Þá skal ecki skiliaz undir biskupar, edr klerkar edr þeirra leikmenn einkannliga staddir í þeirra erendum. utan erkibiskups edr annara biskupa samþykt. (æ meitan dulan) edr med dualan, yfer epterleitan biskupa. geri eigi í þessum hlutum tala edr opinberliga háfki ríkinu, edr almennilgri kristni. Suo iáttadi hann oc at skilsofad se erkibiskupi at hafa einn mann til silfrláttu, epter því sem bref hans vortar, oc þá var samid um tíundargerð um allan Noregh, utan Hamars biskupsdæmi. oc Raumríki, oc Sóleyar, at menn skulu þessa tíund gera. æfinliga óskerda, af gerda leigum, auglögnum, mylnum, oc bødstofum, braudstofum (*forte* braudofnum), oc skógarleigum, fallrökölum, netum, oc nótum, suo at lá sein bygger þessa hluti, greidi tíund af óskerda leigumönnum, en hinn er leiger ser framvegis til afa. taki fyft af þat allt er hann legger til kostar, oc tíundi af afa sinum. En af skipa leigum greidiz med þeim hætti, at sídan er skipid er fullgert, oc segl oc reidi til fenginn. Í fyftu geriz tíund af tveim hlutum leigunnar þegar í fyftu serð oc íafnan sídan, (hinn þridi) en þat er legz til umbóta skipinu oc reida. Af búleigum öllum geriz tíund, sin peningar. Þar í lökn sem bygt er, uegner af leigukú hvert

ec

vero lucri pars) in reparationem & apparatus conferatur. De pecori-
bus conductis, quinque nummi ponderati de quacunque vacca conducta
vel pecore ei æquivalenti, in parœcia in qua elocatur decimarum loco
pendantur, ita ut locarium recipiens, aut ejus mandatarius, in ea parœ-
cia in qua elocatio fit, quinque nummos expendat. Si autem neuter ad-
fuerit, conductor (*decimas*) solvat, tantundem vero locarii, possessori de-
mutur; Caseus vero lactis die Veneris proximo ante festum Johannis
Baptistæ pabulo æquiparatur. De pecoribus vero, quibus quis per se uti-
tur, ita ut illa non elocet, de lacte unius solidi diei caseum, loco deci-
marum de lacte & locario, persolvat; qui dies erit dies Veneris proxi-
mus ante festum S. Olai prius. Sed de toto lacte alterius diei, quod die
Veneris proximo ante festum Johannis Baptistæ provenit, caseus pabulo
(*æquiparandus*) solvatur. Ita & decimæ expendantur de lana vervecum,
qui sub die in insulis sustentantur, de omnibus frugibus, tam minutis
quam grandioribus. Hæ decimæ etiam ex more consveto solvantur, quæ
hic recensentur. De omni frumento, fecali & tritico, cannabi & lino,
rapis & pisfis, decimæ de piscibus arefactis, phocis & balænis, & oleo de
sqvalis (*excœcto*), & omnis generis decimæ de piscibus. Ita & omnes na-
vium gubernatores de portionum suarum piscibus arefactis totas decimas
solvere tenentur, qui & curent ac provideant, (ut) nautæ etiam omnes
(pro rata navis & nautarum portionum) (*decimas*) in totum expendant,
ut has, nec pisces arefacti Regi cedentes, nec pensio præfidiaria, nec

D d d 2

tribu-

oc af huerin málnytu kýdagi, suo at fá sem tekr leiguna geri (greiddi) af þessu fim
peninga, þar í sökni sem bygt er, elligar hanns umbodsmadr. En ef þar er huorgi
til greiddi hann er leiger, oc falli niðr suo mikid af leigunni fyrir þeim er á, en
ostur standi vid elldi sem ádr af þeirri miólk allri sem verdr friádaginn næsta fyrir
iónsmesso. En af því búi sem menn hafa fer til nytia, suo at þeir byggja eigi,
greiddi ost af eins dags miólk allri fyrir tiund. af miólk oc leigu. en fá skal vera
friádagr næstr fyrir Olafsmessodag hinn fyrra. En af annars dags miólk allri þeirri
er verdr friádaginn fyrir iónsmesso. greiddiz ostir vid elldi. suo skal oc greidaz ullar-
tiund af þeim laudum öllum sem fædzaz í eyum úti. oc af alldini öllu. imá oc stóru.
skal tiund afgreidaz, þessar tiundir skulu oc greidaz sem vandi hefer til verid. oc
her fylgia. Af síðri öllu, rúg, oc hveiti. hampi. oc lina, næpum oc ertrum, oc
skreidartiund. af selum, oc hvaltiund. af háskerdingalyti (hákerlinga). oc allskonar
fiskatiund. Suo oc skípstiornarmenn allir eru skylldir at greida af skreid tiund alla
af sinum hlutum. oc skodi oc akti. oc suo greiddi skipuerar allir fullkomliga (sem
lutum skipis oc skipara gegner). suo at huarki skerdi tiund kóngskreid. ne landuadr.

ne

tributum in expeditiones, nec ulla alia pensio diminuat, prout illi iuramento confirmare sustinebunt, quamvis pensiones istæ prius quam decimæ expendantur; (*illi præterea*) prospiciant, ut decimas dei nomine recepturi, illis commodè fruantur, decimæ vero Domini Episcopi de piscibus arefactis in ædificio piscibus arefaciendis destinato, semper asserventur, tot vero pisces pro permutatione & conservatione solvantur, quot legibus est præscriptum. De omni ligno decimæ solvantur, de omni ble, de latumiis molaribus, de mercimoniis & omnifario quæstu operarum & fabrilis. De pice vicena quævis mensura, & de ferro vicena quævis libra pro rata expendantur.*) Si autem super aliquo articulorum in eadem compositione contentorum contigerit dubitationem aliquam suboriri, ad declarationem illius due persone ydonee, una a Rege præfato, alia vero ab Archiepiscopo vel suis successoribus eligantur, que si demum super hoc nequiverint concordare, tertiam advocandi ad id personam, liberam habeant potestatem, & valeat quod ab eis vel duabus earum fuerit declaratum. Hanc autem compositionem amicabilem inierunt sepe nominati Dominus Rex illustris & reverendus Pater Archiepiscopus, presentibus veneralibus Patribus Episcopis Andrea Osloënsi, Arnone Stavangensi, & istis Baronibus Regni, Domino Erlingo, Domino Rognaldo, Domino Andrea Plyt & Domino Gautone de Tolgo, Domino Bernone Erlingi,

ne leidángsgjörð. ne nockurar aðrar skyldir eptir því sem þeir vilja eidi fyrrehallda. Þótt þessar hlutir lúkiz fyrr en tíund. oc hagi suo til. at þeim komi til nytta sem hafa skulu. af guds hálfu. skal tíunda skreid herra biskups fylgia ísnað hiall. oc suo marger fiskar hueriu kaupi. oc afgjæzlu (afgreidzlu). epter því sem laugh vatta. Af vidi aullum skal tíund greidaz. af salti öllu. oc kuernbergi af kaupeyri. oc allzkonar vinnu atla. oc smidar. Af tíöru skal greidaz hinn tuttuki askr. af íárni hit tuttukta huert pund. epter retrri tiltölu. Nú ef nockur esan kann til at koma yfer nockurn hlut þessara greina sem í þessari sættargjörð eru. þá skal tuo kíösa til umskýringar. annan af herra kónginum. en annan af (herra) erkibiskups (erkibiskupi edr hanns) epterkomenudum. oc ef þessar geta eigi samþykkt milli sín. þá skulu þeir fríals uöldd hafa til at kíösa enn þrida manni med sér. oc þat skal standa sem þeir tveir órskera oc umfemia. En þessa (umáttuliga samfætt) samna sætt gjördu þessar samu herrar. (Göfugi) herra Magnús kóngr. oc virduligr herra Jón erkibiskup. virduligum sedrum hánerandum. herra Andreßi biskupi af Odö. herra Arna biskupi af Stafángri. herra Askatinn biskupi af Bergin. þessum barönum rikíðins. herra Erlingi. herra Ragnualldi (herra Andreßi plyt. herra Gut í röngi) herra Biarna Erlingsfyni. herra Þóri biskupsfyni. herra Auduni Hugleiksfini. herra

Vigfæli

lingi, Domino Thoria Haqvini, Domino Audeno Hugleiki, & Domino Vagleiko Odæni, & Canonicis Nidrosiensibus ejusdem Capituli tunc procuratoribus, Dominis Sigvato, Erlendo, Thorphinno, Oedæno & aliorum Capitulorum viris prudentibus & discretis, qui presentem compositionem, ut perpetuum robur obtineat, firmitatis hinc inde juramento vallaverunt, renunciantes in hoc facto omni exceptioni doli mali, fraudis, actioni in futurum, & specialiter restitutioni in integrum, & omnibus literis inter ipsos vel predecessores suos actenus quo ad renunciata supradicta habitis & obtentis, & omnibus indulgentiis & privilegiis Apostolicis impetratis & impetrandis, & omni alii remedio juris canonici & civilis, per que predicta Compositio & finalis concordia posset impediri feu modo aliquo irritari. Forma autem juramenti prestiti ex parte Domini Regis & Regni Principum talis est: Ego ponens manum meam super sacrosancta Evangelia hoc juro per Deum, quod omnia que Dominus meus Rex Magnus Sancte Ecclesie concessit, que in presenti compositione sunt nominata, Dominus Magnus servabit & omnes sui successores, & ego servabo, & omnes in statu meo successuri in perpetuum, secundum discretionem & scientiam mihi, a Deo datam & servari faciam, & adjutor ero pro viribus meis ut prefens compositio ad commodum Ecclesie observetur, presto hoc juramentum in animam Domini mei Regis Magni & omnium sibi succedentium, tam Ducum & Comitum, quam Regum, in animam

D d d 3 .

Vagleiki Audunarfyni. oc kórsbræðrum í Nídaróse. fullkomnum umbodsmönnum kapituli Nídaróse. herra Signati. herra Erlendi. herra Þórfinni, herra Auduni. oc andrum vitrustum mönnum oc skynfönum herra kóngsins. oc kórsbræðrum annara kapitula þeirra sem suðrudu (föru) at þessi sætt skylldi halldaz. oc æfniliga stadfestu hafa. fyrerbíðandi í þessum sættargerðum allt mórkast. suik. stærðar. einkannliga skipan apr til ens sama efnis. oc öllum brefum niilli þeirra (fyrri) fyrirmanna. her til höfum (höfðum ok) fengnum um þessa uppgefnu hluti. oc öllum andrum páfaligum verndarbefum. (fengnum eda sátz skulu) oc öllu öðru fulltingi guds laga oc manna. um hueria hluti þessi sættargerð. oc óendilig samþykkt megi tálunaz. eðr med nockuru móthi riúfast. En þessi var háttur eiddáts þeirra sem suðrudu af hálfu herra kóngsins. oc baróna ríkisins. Þess legg ek hönd á bók oc þvi skýt ec til guds. at alla þá hluti sem minn herra Magnús á at hallda. oc aller hanns epterkomendr. ek ok miner allir epterkomendr eilífliga. epter slíku viti oc skynsemd sem gud hefer gefid mer. oc halldaz láta. oc tilstyrkia at halldiz kirkiunni til handa. epter minum mátt oc megni. Suer ek ok þenna eid upp á sátu míns herra Magnús kóngs. oc allra hanns epterkomenda. á mína sátu. oc mína epterkomenda. Suo hialpi mer gud.

up hefer tekit af þeim til nöckurra fiórtán hundrada. Þat er þeir eigu ok haft hafa af hualum þeim sem bændr hafa slutt til landz á helgum dögum ok þar med fimtúnginn af reydi þeirri er hált fiórða hundrat vetta var á. Ok af því at skiluis uitni buduz fyrir ofs at fimtúngr ór hual huerium smám ok fótum. Þat er sluttz hefer á helgum dögum hefer fátækra manna eign erfor at fornu epter því sem lögbók ydar ok forn kristindsómsretr vattar. Því fyrirbiódum wer huerium manni í huerri stett sem hann er at taka þat af þeim. eda öðrum í hendr at greida en fylsumanni varum. Edr þeim sem hann fær til wid at taka ok skipta milli fátækra manna. En huerr sem þefs dirfiz þá viti sannliga at hann skal þat fyrirbæta at honum skal mislíka. sua at öðrum se til vidrslónar. Biódum wer ok áminnum herra Jörund biskup at lúka aptr þat sem hann hefer tekit edr taka láit frá sögdum fátækum mönnum innan þefs háls mánadar sein þer háit sed várt bref þetta. sua at þat þurfi æigi optar fyrir ofs at kæra. Þviat þat berr ollum illa at ræna fátæka menn. en allaverst forslórnarmanni heilöggar kristni. En ef herra biskup hefer ei rett gert innan þefs háls mánadar sem brefit vattar. þá biódum wer fylsumanni varum ok handgengnum monnum at taka sua mikit af biskupsgódzi. sem hann hefer af fátækra

ac etiam cum exemplari, quod possidemus, chartaceo collata, variantes antem casu inelusa sunt. Latina utriusque verso a TORFEO allata talis est:

Hæc Dei gratia &c. Conquestus est nobis Dominus Svenus Thoræris filius, pauperum Skagaþordentium vices agens, quod Episcopus Dominus Jörundur de pretio eorum, quos rustici Skagaþordentes feriis sacris ad littora adveherunt, decies quater centum, & quincuncem ceti decimani, *Reidr* appellati, qui talenta centum & duodecim cum semisse pendebat, abstulisse; cum autem testes indubitati nobis confirmaverint, quincuncem cetorum majorum minorumque, feriis sacris ad littora adveherentium, pauperibus a prima memoria secundum codicem legum constitutionesque canonicas competere, interdicimus, nequis, cujuscumque fuerit conditionis aut officii, iis quicquam adimat, aut aliis quam nostris provinciarum præfectis reddat, aut eorum curatoribus, qui & hæc inter pauperes dividunt. Qui vero hæc transgressus fuerit, norit se illam multam incursum, quam invitus, inque exemplum aliorum, pendat. Idcirco mandamus & monemus Dominum Episcopum Jörundum, ut intra duas hebdomadas, ex quo literas hæc legat, singula, quæ pauperibus abstulit, aut auferri curavit, restituat, ne tales querelas sæpius audiamus. Omnibus enim indecorum, imo & turpe est, præsertim rerum sacrarum procuratoribus, reclusis suis pauperes spoliare, aut iis quicquam injuste adimere. Quodsi Dominus Episcopus istra præscriptum terminum iis non satisfecerit, præcipimus provinciarum præfectis, no-

strisq̄

tækra manna fe tekit. ok súa mikinn ávöxt sem góðer menn síá at af megi gánga síðan er þat war tekit.

Litr. B.

(b) Þenna hátt hæfer sýflumaunnum vorum oc laugmaunnum at hafa oc dyggiliga at hallda. at geyma tit upphallds rettinda þegnanna. oc annara undirmanna virduligs herra noregs kóngs. Fyrst at aungvar sektur leggjzt á þá framur en laug votta: oc aungvar adrar nýjar álaugur. hvorki fyrir forbodan nie taksetningar edr itefnur er þeir giora í lýsingum edr brúðlaups giordum framur enn greint er. Svo oc um skipaner. þær er menn giora at síduztum daugum sínum. hvort sem giort er kirkiuum edr klauftrum edr audrum skulo ei framur halldazt enn laugbók votta. Landvarnar segl oc reida skal í kirkiu leggja sem forn vane hefer á verit. Erfa skulo leikmenn presta. oc klerka at aullu epter fornum vanda. Leidángur skulo oc allir giora epter iardar haufn oc hármagne sem laug votta. Fátækra manna sírdúngur skal takozt af aullum tiundum. ok skipozt sem at fornu hefer verit. Klerka sveinar allir skulo búá undir síkri lýdskylldu vit kóngdóminn sem adrer kóngs þegnar. gánga under bæde at sektum oc sóknum. skauttum oc skyldum. oc aullum álaugum utan svo marger menn sem lofader ero biskupum. Er þat fyrst hundrat manna erki-biskupi. þeir sem hann vill hafa til nefnt. er fríalser skulo vera af leidángur

G g g 2

urs

strisque satellitibus, tantum de bonis ejus decerpere, quantum illo temporis intervallo provenire potuit, secundum honorum virorum arbitrium, addendo.

(b) *Id est:* Hunc modum in conservando civium jure & aliorum Serenissimi Norvegiæ Regis subditorum præfecti & nomophylaces teneant oportet: 1) Ne ulla multa irrogentur, nisi quam jus canonicum vetus præscribit, nec nova onera imponantur, sive pro interditiis, sive arrestis, sive conventibus cum conjugium jam decretum: palam promulgatur, aut celebratur. Sed nec donationes testamento sive in ecclesiis, sive cœnobis, sive alios institutz, ultra legis præscripta valent. 2) Vela navium publicam pacem vindicantium in templis secundum veterem consuetudinem servantur. 3) Laici presbyterorum & clericorum veteri more omnem hæreditatem capiunt. 4) In expeditiones omnes ex agrorum proportionem impensas conferunt. 5) Quadrans omnium decimarum pauperibus cedito, dividitorque more veteri. 6) Presbyterorum ministri, Regi, tanquam alii subditi, quæ multas, tributa, citationes, collectas, atque omnia

urs gjörð. Skutilfveinar til þriggja nefna oc hver húskarl til tveggja nefna. skulu þeir friálsfir af leidángurs gjörðum oc nefningum aullum vit kóng, oc svo skipdráttum. Slikar saumu rettarbætr. skulo oc hafa forutýfir manna. hvers liódbiskups innan landz. þeir sem siálfir biskuparner vilja oc þeir hafa tilnefnt. Enn ef menn erkibiskups beriazt í hannis hiáveru sín á millum í gardi hans edr á skipi edr á audrum tveimr skipum, þá skal þá sekt hálfá eiga kóngr. en hálfá erkibiskup. utan manndrip oc lima lát. þá á kóngr einnfaman. Enn þar sem erkibiskups menn beriazt utan hans hiáveru vit adra menn þá á erkibiskup aungva sekt á því. Enn aungvar sektar eru audrum biskupum iátadar hvörki yfer sínum maunnum nie audrum maunnum. utan þær einar sem forn kristinretr vottar. skulo oc fyrrnefnder erkibiskups menn edr annara biskupa því at eins nióta fyrrnefndra rettarbóta at þeir sie allir ánefndir í einu brefi at hverium biskupsstóli. Einkannliga er ok fyrir bodit at iáta prófaustum edr þeirra umbodsmaunnum nockura almenniliga tolla. fyrirbodit er oc aullum at gefa fyrer kirkiu grauft. barnskírn. oléan. oc vors herra líkam edr adra þvílíka hluti andliga. nema þat sem med guds (góðum) vilja vill hver giört hafa. þvíat prestar eru skyldir at veita maunnum þvílíka hluti ókeypis. Svo oc þeir menn sem forellrar þeirra hafa látid upp giora kapellur. oc siálfir bændr hafa nockurn kost tillagt sier til tíða halldz edr

annars

omnia gravamina, in quæ reliqui cives consentiunt, obligantur; præter episcoporum, quibus immunitas concessa est. 7) Dapiferi in tria capita, Domesticci in duo ab impensis in expeditiones liberi sunt. Eadem privilegia singulis Episcoporum ministris intra patriam concessa sunt. 8) Si ministri Archiepiscopi domi, ipso præsentè, aut in navibus cum aliis configant, Rex & Archiepiscopus multam ex æquo participant, nisi cædes factæ sunt, aut membra amputata; his enim casibus multa omnia Regi competit, ut &, si, Archiepiscopo non præsentè, sive invicem, sive cum aliis congregiantur. Cæteris Episcopis jus multarum permissum non est, sive in propriis ministros, sive alios, præter illud, quod jure canonico est definitum. Sed nec Archiepiscopi aut cæterorum Episcoporum ministri prædictis immunitatibus fruantur, nisi nomina eorum matriculis in singulis episcopalibus sedibus inscripta fuerint. 9) Severe quoque interdictum est, ne præpositi ulla publica tributa capiant. 10) Interdictum & omnibus ne pro sepultura, baptismo, chrismate aut sacra synaxi, aut idgenus aliis, quicquam contribuant, præterquam quod cuilibet, Deo inspirante, placeat, tenentur enim pastores talia singulis sine pretio ministrare. 11) Quorum mores suis impensis sacella exstruxerunt, ipsive aliquid ad sacrorum sustentationem, aut

alia

annars heilags embættis oc vili biskup ei prest til fá sem forn vandi hefer á verit. þá sýnizt ei skynsamligt at menn missi tíðanna enn greida þó sitt út. Nú ef prófastar edr þeirra umbodsz menn ganga á þessá hluti sem nú eru talldir. oc þraungva kóngs þegnum med banne edr hardindum at ganga under sekter edr adrar nýjar álaugur þær sem þeir hafa ei fyrr undir búit. þá skal laugmadr edr sýflumadr hvorn sem bændr krefja fyrr til. skyldugr til vera at fylgia bóndum til retrra laga oc fornra. Hefer oc prófastr rettar saker á bóndum. þá skulo þeir skyllder (skyllda bændr) til at giora þeim rett. Enn ef svo sýnizt at þeir (prófastar ganga) gangi rángliga á þegna vora oc þeir vili med aungvo móti hlýða þeirra fortaulum. helldr at þeir þraungva bóndum med banne edr audrum þýngslum at ganga under þeirra álaugr. þa er off þat ólíúft. at fá nióti rettinda er audrum vill ecki rett unna. Skal þá laugmadr edr sýflumadr feigia prófastum edr þeirra unmbdzmannum at þeir munu ei rettindi giora þeim nema þeir sie rettir vid adra menn. Nú ef laugmenn edr sýflumenn verda at því sanner. at þeir vilja ei hallda kóngs þegna til rettinda. þá viti sanrliga at þeir skulo missa kóngs vináttu. oc þó iettliga þjónuftunnar med. Enn ef laugmenn edr sýflumenn vorer finna at prófastar edr þeirra umbodszmenn kennazt ei vit (skipizt vit) þat sem fyrr var sagt ef þeir ero á minnter. þá skulo þeir fyrer bióða aullum mönnum svo konum sem kaurlum at vinna fyrer þeim edr at leigia eignar þeirra hús edr

Ggg 3

iarder.

alia officia, contulerunt, si episcopus, ut usus tenuit, iis pastorem ad sacra peragenda constituere nolit, ut sacris careant, suaque impendant, ratio nulla esto. 12) Quod si Præpositi aut eorum curatores, hæc mandata transgredientes, adigant subditos Regis excommunicatione aut minis ad multas pendendas, aut ad onera subeunda, quæ prius ipsis invicta erant, tenentor præfectus noster, aut cives provinciales, prout quisquis horum prius a rusticis interpellatur, causam eorum, iuraque vetera & legitima promovere; quod si etiam præpositi de rusticis jure conquerantur, similiter hi tenentor jus ei suum reddere. 13) Si vero perseverent subditos nostros injuria afficere, hisque edictis nostris parere detestantes, minis & excommunicatione eos ad suscipienda hæc onera adigant, gratum & nobis erit, jus ei non reddi, qui alios jure suo privare haud veretur; itaque nomophylaces aut præfecti indicabunt statim præposito ejusque vicario, se iis jus non dicturos, nisi ipsi aliis suum vicissim permittant. 14) Quodsi nomophylaces aut præfecti depreliendantur subditis Regis jura denegasse, gratia Regia & officiis suis excident, sin autem eos sedulis hortamentis ad obsequium mandatorum convertere nequeant, prohibebunt viris omnibus

juxta

jarðer. Vitid fyrir víst ef þær giorit audru vís at þær skulit fæta vorri fannri óblíðu, oc þær á ofan fvara off fullu brefa broti.

Litr. C.

(c) Hákon med guds miskun &c. Vier haufum undirstadit at laugmenn vorir vilia eigi laug feigia um þau mál sem kirkiuna vardar oc kristinsdóms reutr á um at gánga. Þviat eingin kristinsdóms bálk er í þeirri bók sem virduliger herra Magnús kóngur fadir vor liet saman setia. (ok þingtaka) oc því hefir fyrir farizt at vær erkibiskup oc biskuparner haufum ei liduger til ordit kristinsdóms bálkinn svo at setia sem off líkar. en vilíom þó med aungvo móti at heilug kirkia missi sinna retinda edr hennar formenn. því biðum vier at laugmenn vorir hafi oc haldi oc allir adrer þann kristinsdóms rett. sem verit hefer at fornu hier med ydur. þó hvörki þann sem Magnús kóngur fadir vor liet saman setia oc ei þann sem Jón erkibiskup liet saman setia. Enn þann sem ádr var (ok forn er) vilíom vier at fá gáangi oc þær epter dæmi laugmenn. oc leggi laga órskurd á. svo þó at aull sú sekt sem þær stendur í. oc ánefnd er. falli til þriðiungs. Enn ef nockurer hluter eru þær þær í er ydr þær áfátt vera oc ei mega standa. þá riti til vor. oc þær med ydra tillaugu.
med

juxta ac feminis, ne ipsi ministrent, aut eorum possessiones, sive agros sine domos, conducant.

- (c) *Id est:* Hacon Dei gratia &c. Percepimus Nomophylaces vestros de causis ecclesiasticis & ad jus ecclesiasticum spectantibus sententiam ferre recusare, eo quod nullus Titulus juris ecclesiastici Codici, ab Illustri Domino Magno Rege patre nostro, conscripto (& in leges relato) insit. Dilatum vero fuit id (*negotium*) eo quod Nobis, Archiepiscopo & Episcopis jus ecclesiasticum quod Nobis placeret, condendi tempus non vacavit; Neutiquam tamen sanctam ecclesiam aut ejus antistes suo jure privari volumus. Quare Nomophylaces nostros & omnes alios jubemus, habeant & observent jus illud ecclesiasticum quod antiquitus vobiscum obtinuit, nec tamen illud, quod pater noster Rex Magnus, nec illud quod Jonas Archiepiscopus conscribi curavere. Quod autem antea obtinuit, (& antiquum est), ut observetur, volumus, & juxta id Nomophylaces judicent & sententias ferant, ita tamen ut omnes multæ inibi reperiundæ & determinatæ, triente diminuantur. Siq̄ vero illuc desiderantur vel consistere nequeant, tunc Nobis illa & vestram de iis mentem unacum

med vitordi oc samþycki biskupanna. lærðra manna oc handgeinginna er vitid (vita) hvat landinu hæfer. oc nytsamligt er. Var þetta bref giort í biorgvin. Olafs vöku fyrri aptan. á siautiánda ári ríkis vors. Ivarr canceleri vor innflgladi. Þorgautr notarius ritadi. (*).

CAP. V.

De Magno Erics filio Smeck vocato.

§. I.

Anno 1316. Magno Erics filio hanc lucem primo videre contigit. Parentes habuit Ericum Sveciæ Ducem & Ingeborgam Haconis Norvegiæ Regis filiam (a). Biennis patrem amisit, a fratre Birgero Sveciæ Rege infidioso enecaturo, sed triennis avo orbatus est, cujus mors, ipsi ad thronum Norvegicum aditum aperuit. Eodem etiam anno Sveci Birgero ob flagitia & fratrum necem infensi, Sveciæ Regem proclamant, coronationem vero ad Annum 1335. distulerunt. Uxorem habuit Blancam ex Valefiorum in Gallia fangvine prognatam, ex qua duos filios Ericum & Ha-

unacum consensu & voto Episcoporum, clericorum & Nostrorum Ministrorum, qui, quod e terræ usû sit & conveniat, sciunt, rescribite. Actum Bergis in vigilia festi prioris Sancti Olai, anno regni nostri decimo septimo. Ivarus noster cancellarius sigillum appendit, Thorgautus Notarius scripsit.

(*) *Exscriptum ex codice membranæ No. 138. in Quarto a nobis sapius allegato, collatum cum exemplari, quod nobis est, chartaceo. ex quo & Epilogum subjunximus. Habetur etiam hoc Edictum sine anno in ARNGRIMI JONÆ Crymogæa, & apud TORÆUM Tom. 4. pag. 450.*

(b) Oportet Ingeborgam hanc prima vice, (nam post Erics mortem ad secundas nuptias cum Canuto Porio Duce Hallandiæ descendit) nuptam esse fere impubem. Quidam id referunt ad Annum 1311, cum decennis esset, quod aliis incredibile videtur, qui satius & credibilius esse dicunt factum hoc esse 1315, cum ageret annum 14. nam quindecim annorum Magnum peperit. Interim non desunt exempla puellarum, quæ tenera ætate conjugium inierunt. Potuerunt & nuptiæ celebrari 1311. licet thorum conjugalem non frequentaverint, nec liberis, priusquam 1315. operam dederint procreandis.

& Haconem, tresque filias suscepit. Cum Norvegiæ invitis coronam Sveciæ accepisset, ibique sæpissime ageret, ipsos autem raro inviseret, parum abfuit, quin fidem ei renunciarent; sed in tempore suffocatus fuit hic igniculus, cum Haconem filium secundo genitum, qui in Norvegia educatus fuerat, illis Regem designaret, Erico autem Sveciæ Regnum destinaret, quod Anno 1344. factum est. De multis, quæ ei cum Valdimaro Daniæ Rege, propriis filiis Erico & Hacone, ut & suis in Svecia subditis, intercesserunt, negotiis, hic differere, non ex re nostra esse videtur; id tantum memorandum censemus, quod Magnus bis captus fuerit; primo in arce Calmaræ, Anno 1361. elapsus inde a rebellibus Sveciis, qui Albertum Megalopolitanum Regem sibi constituerant, denuo capitur, captivus detinetur usque ad Annum 1371. quo, a filio suo Hacone Norvegiæ Rege liberatus aut redemptus fuit: Deinde, amissis duobus Regnis & Ducatu Skanensi, inglorius in Norvegiam revertitur; tandemque post triennium inter Norvegos transmissum, vir valde instabilis, instabilitatem fortunæ toties expertus, ejusdemque ludibrium factus, iter aliquando faciens ad Lindholmum in Bommelfjord, æquarum undis absorptus est.

§. 2.

Islandis varia Rescripta & Ediçta dedit. Primum, quod jurisdictionem & res Ecclesiasticas concernit, datum est Anno 1320. quo injungit Holano Episcopo quotannis suam dioccesin visitare; prohibet autem decimas aliosque redditus sacellorum seu templorum minoris notæ ab eisdem auferre (a). Secundum agit de decimarum solutione, obedientia Clero debita, aliisque ejusdem generis (b). Tertium, sunt literæ salvi conductus, Ormo Holensium Episcopo communicatæ, datæ Oslo 1345 (c). Quartum, ejusdem sententiæ, Datum 1350 (d). Quintum, sunt

(a) Hanc Constitutionem ex Codice membraneo sæpius citato No. 351. excerptam, & *TORFÆO Hist. Norv.* Tom. 4. pag. 459. versam, ad finem hujus capituli sub Lit. A. exhibebimus collatam cum No. 138. & apographo quod habemus cartaceo, quæ omnia etiam valent de Ediçto sequenti.

(b) Vid. ad calcem cujus Cap. sub. Lit. B.

(c) Hæc & proxime sequens ex apographis quæ penes nos sunt chartaceis ibidem exhibentur sub Lit. C. D.

(d) Vid. *ARNGRIMI Crymog.* & *TORFÆI Hist. Norveg.* Tom. 4. pag. 480.

funt literæ tutelares laicis in diœcesi Holana, contra Episcoporum vim & exactiones. Datæ 1353. (a). Sextum agit de Privilegiis Ormi Episcopi, templique Holani, ut & de Jure Canonico, quod posthac in diœcesi Holana vim legis habere debeat. Dat. 1355. (b).

§. 3.

In Islandiæ præfectura Ketillum Thorlaci filium, qui eandem ab Anno 1314. gesserat, confirmavit, usque ad Annum 1341. quo, eidem Botulfum Andreæ, natione Norvegum, substituit. Hic, vivo adhuc Ketillo, demandatam provinciam accepisse videtur, quam biennio tantum administravit; quæ vero gesserit, nos latet, nisi quod Anno 1342. splendidissimum & sumptuosissimum nuptiale instituit convivium, cum Steinuram Rafni Glaumbajensis filiam uxorem duceret.

§. 4.

Grimus Thorsteini occidentalis & borealis Islandiæ Nomophylax fuit, primo ab Anno 1330. ad 1342, & deinde Anno 1346; Sed Præfecturam totius Islandiæ gessisse videtur, ab Anno 1343, ad 1345. Ab Arna Olai filio, Episcopo Skalholtino in litteris Anno 1413. exaratis, Eqves vocatur.

§. 5.

Holltus Thorgrimi 1346, ut Regius Præfectus provinciam adiit, sed Anno 1348. multis invisus, nemini lugendus, ad plures abiit.

§. 6.

Olaus Biarni filius Anno 1350. cum imperio ab exteris advenit, idque ad Annum 1352. retinuit, quo tempore, quantum nobis innotuit, nihil memorabile gessit, nisi quod cum Gydero Episcopo graves exercuit similtates, forte, quia Eisteino, qui Episcopum probrosis carminibus profciderat, patrocinator, eumque contra Episcopum tutatus est, quibus, in conventu Skalholtenfi Anno 1352. aliquatenus sopitis,
Olaus

(a) (b) Vid. ad finem hujus Cap. Litr. E. F.

Olaus enavigavit; sed anno sequente, religiosum ad Jacobum Compostellanum (a) iter ingressus, cum navigio & sociis undis absorptus perit.

§. 7.

Ivarus Vigfus Holm extraneus, ut videtur, sed uxorem habens indigenam, nomine Astam, ex nobilissima Oddensium familia prognatam. Non fit vero ab simile, cum Anno 1345. prima vice Præfectum Islandiæ, aut ad minimum Præfecti loco fuisse, nam in antiquis codicillis templi Bessastadensis dicitur Brynhilda Holsti vidua caussata fuisse, se ab Ivaro Holm decem agnas & unam vaccam templo debitas, nunquam accepisse; jam vero in confessio est, eum Islandiæ Præfecturam gessisse, in cujus potestate templum hoc situm erat, qui codicilli a Gyrdero Episcopo, circa Annum 1352 conscripti esse videntur; quo ipso anno, una cum Gyrdero Episcopo in Islandiam venit, sed tum temporis tantum occidentalis & orientalis quadrantum Prætor. Anno autem 1354. totius Islandiæ Præfectus factus est, cujus universæ reditus & tributa in triennium conduxerat, eodemque officio usque ad Annum 1357. functus est. Sæpius quidem ejus mentio occurrit, sed non ut Præfecti aut Satrapæ Regii; nam 1365. denarium Petri in Islandia conquisivit. Mors ejus ad Annum 1371. refertur.

§. 8.

Ivarum sequitur famosum illud quatuorvirale Collegium, cujus membra erant Arnas Theodori, Jonas Guttormi, dictus a quibusdam *Skráveifa*, a quibusdam *Garpr*, Thorsteinus Ejolfi & Andreas Gislavi, qui universos Regi debitos Islandiæ reditus triennales conduxerant. Anno 1357. ex Norvegia in Islandiam revehi constituerant, sed ad Hetlandiam naufragium passi, ibidem hyemare coacti sunt, ubi Jonas ob insigne quoddam maleficium judicatus, ad capitis luendum pœnam in Norvegiam remittitur, sed a Rege absolutus, una cum reliquis eodem anno in Islandiam venit, extemploque unus quisque sibi demandatam provinciam adiit.

(a) Compostella est Metropolis provinciæ Hispanicæ, quæ Gallicia vocatur; Ebdem reliquiæ Sancti Jacobi Apostoli religiose coluntur, quæ seculo 9. a Theodorico Episcopo inventæ perhibentur: ad quas, & stanc & olim, crebræ institutæ sunt peregrinationes.

it, Arnas australem, Andreas orientalem, Jonas borealem, Thorsteinus vero occidentalem. De Arna refertur, quod Marcum Barcadi filium cum uxore & duobus filiis, ob insigne maleficium, communiter dictum *Krossfroid* (a) secure percusserit, & quod inter illum & Jonam Guttormi primo simulates fuerint, quæ mox in vatianum eruperint odium, nam 1360. in ipsis comitiis cruentum commiserunt prælium. Jonas autem ob varia maleficia tantum subditorum incurrit odium, ut provinciam transituro trecenti armati se opponerent, quibus impar, salutem fuga quæsit. De Thorsteino & Andrea hoc loco nihil dicendum habemus, sed paulo infra utriusque mentio erit injicienda.

§. 9.

Exacto triennio, Quatuorviris successurus adest Smidus Andreæ, vir improbus & nequam, quem alii Botolfi Andreæ, de quo supra ad Annum 1342. egimus, fratrem, alii cognarum fuisse scribunt. Hic, ut tum temporis more receptum fuit, Islandiæ tributa per triennium conduxerat. Provinciam intrans, quod Anno 1360. factum esse videtur, in Arnam Theodori incidit, cum quo contra Jonam Guttormi fœdus icit, quod tamen haud diu duravit; nam paulo post, cum Jona, contra Arnam conjuravit, & ab eo incitatus, Arnam Anno 1361. invasit, captumque, licet ad Regium appellaret tribunal, omniaque, quæ exigebantur, promitteret, in foro Lambeyensi securi percussit, causans, eum ibidem Marcum Barcadi filium infontem occidisse. Hinc confestim, verbo, ut ob seditionem contra Episcopum Jonam Skalle motam, sed revera, ut Jonæ Guttormi illatam injuriam in borealis quadrantis incolis vindicaret, tractu m Eysford ex improviso invadit, sedemque Grundæ figit, absente hero seu domino loci Einaro Eirici filio, ut & plurimis colonorum, qui more regionis, circa initium mensis Julii, ad coemendum sequentis anni commeatum, in regiones australes proficisci solent. Uxor Einari, virago celeberrima nomine Helga, (sed communiter dicta *Grundar Helga*) insperatos

Hhh 2

ratos

(i) *Krossfroid* vocatur ab Annalium scriptoribus maleficium Marci Barcadi filii, qui cum uxore, in qua præter corpus, nil fuit muliebri, & duobus filiis, Ornum, Krossfi in Landeyis habitantem, domi suæ incautum invasit, & multis inflicis plagis lethaliter fasciavit: ob quod in foro Lambeyenti, a duodecim iudicibus morti addictus fuit, & jussu Arnæ, supremum gerentis Magistratum, securi percussus.

ratos hospites digne excipere gestiens, laute cibatos & bene potos dimittere quidem voluit, sed ab iis audiens, non prius abituros quam cum ipsa, ejusque famulabus & ancillis concubuissent, bene eos hac de re sperare iussit, sed paulisper tantum expectare, dum suis aliquid manderet & res domesticas ordinaret, enixe petiit, quo impetrato, circumcirca emisit, qui inquilinos, opiliones, bubulcos & quosvis obvios propere congregarent, qui ubi convenerunt, quidam ensibus, quidam fustibus, quidam vero clavis ferreis, spiculis obtusis armati, ipsius heræ iussu & ductu, hospites plerosque somno vinoque sepultos invadunt, acriusque commisso prælio 14. viros, atque in his Smidum ipsum ac Jonam Guttormi interficiunt. Factum hoc Anno 1361. aut ut quidam volunt 1362. 8. Idus Julii.

§. IO.

A morte Smidi usque ad Annum 1364. Præfectura Islandiæ vacasse videtur; Eo autem anno Thorsteinus Ejlufi & Olaus Petri eandem capessiverunt, & uno tantum anno retinuerunt, nam Anno 1365. uterque una cum aliis Magnatibus ad externos abierunt. De Olao nihil est quod referri queat, nisi quod 1376. quadrantis borealis aut Præfectus fuit aut Nomophylax. Sed cum Thorsteini hic jam altera vice mentio fiat, de præcipuis viri fati & gestis aliquid dicendum censemus (a). Anno 1356, prima vice, ut videtur, ad externos abiit, sed 1358. Præfectura quadrantis occidentalis ornatus revertitur, eamque per triennium gessit. Anno 1361. illis se adjunxit, qui Episcopum Jonam Skalle abdicarunt, inque eum insurrexerunt, cumque factionis complicibus in navigio quod fabricari curaverant Anno 1362. enavigavit; sed a pirata quodam Hreidarø Darre captus & carceri inclusus fuit, usque dum iussu Regis Magni Smeck, e Dania a nuptiis filii revertentis, libertate donatur, & denuo ab eodem Anno 1364. Islandiæ præficitur. Anno 1367. Thorsteinus peregre ivit, forte a Rege Magno gratiam novam impetraturus, quod tum frustra fuit, nam Magnus id temporis captivus Holmiæ detinebatur, ipseque Thorsteinus a Lubecenibus capitur, Lubecamque abductus in carcerem conjicitur. Inde, post aliquot mensium captivitatem liberatur, denuo

(a) Vid. *TORFÆI Hist. Nerv.* Tom. 4. libr. 10. pag. 494. 497.

lögum ok landzrett um hálfkirkiur ok (tíunder) at biskup vili taka til sín ok kirka sinna afgiafer af fiskum ok húðlum er veidder verda edr fluttic á lóghelgum dögum. ok taka af fátækum mönnum. Sua ok alla þá tíund er minni er en eyrer ok fátæker menn eigu at hafa vili biskup til sín taka. ok um kristzse er biskup vill enn taka af fátækum mönnum ok þeirra umbodsmönnum. Vilium wer med eingu móti síka óhlýdni ok ringindi leingr láta hlýða. fyrirbióðum wer biskupum ok lærðum mönnum. at seilaz á þegna vára móti lögum ok landzins (fornri) sídueniu. Suo ok þó at hólabiskup. visiteri um huert ár sitt biskupsdæmi þá vilium wer at hann komi í huern lögrepp sem forn lög vatta. ok gisti at annarri huerti sóknarkirkju utan bændr vili framarr. Bióðum wer þegnum várum ok öllum almúga á at standa ok hallda rettindum sínum ok öllum nefndum articulis sem (epeter því sem þeir vita) at fornu hefer verit. Bióðum wer hirdstjórum várum riddarum ok hird varri ok öllu landzfolkini (öllum landz formönnum) at styrkia þegna vara ok bodskap epeter því sem þer vilic suara fyrir gudi ok ofs. Þviat ofs mislíkar ef þer gerit æi sua. Ver þetta bref giört í Biörguin sex nóttum epeter Bótólfsvöku á fyrsta ári ríkis vors ok innsiglat ofs hiáveröndum.

Litr. B.

- (b) **M**agnús med gudz náð &c. Ver bióðum ydr fullkomliga med þessu váru brefi at þer sed kirkiunni á Íslandi ok hennar formönnum
lýdner

torumve, qui diebus festis vel capiuntur, vel transportantur: quibus pauperes hoc modo spoliantur. Decimas quoque infra oram, seu unciam, egenis debitas, Episcopi sibi vindicent, nec non dicatos Christo reditus, *Christe* appellatos, pauperibus pariter ab Episcopis vel eorum curatoribus ereptos. Cum itaque tantam contumaciam & injuriam diutius pati nolimus, interdicimus Episcopis ecclesiasticisque nostros subditos contra legem moremque receptum gravare. Et quamvis Episcopus Holarum decimas suam quotannis lustret, placet tamen ut curiatim provincias secundum leges veteres adeat, perque vices ecclesias ad hospitium deligat, nisi rusticis eum frequentius excipere placeat. Civibus igitur nostris, universaeque plebi imperamus, ut jura sua, articulis praefatis comprehensa, tueantur secundum inveteratum usum, imperantique aulae nostrae Magistris & Equitibus, Aulicisque & Praefectis, hanc nostram constitutionem ad effectum promoveant, prout rationem Deo nobisque reddere teneantur; cetero scientes displiciturum nobis, si secus faciant. Datum Bergis, sex noctibus post festum Botoelphi (anno regni nostri primo) nobisque praesentibus obsignatum.

- (b) *Id est*: Magni Dei gratia &c. His nostris literis stricte vos jubemus, ut Ecclesiae Islandicae

lýdner ok eptirláter í öllu því sem þer eigit þeim skynsamliga at lúka. En fyrerbíóðum wer fullkomliga öllum várum þegnum under nockurar fektef edr álögur at gánga framarr en kristinsdóms rettr vattar. Bíóðum wer sýslumönnum várum ok handgengnum mönnum ok lögmönnum at þer styrkit þegna vára til laga ok rettinda epter því sem vattar skipan (virdoligs) herra Hákonar módur fóður várs er sua byriar. Þenna hátt bæfer sýslumönnum (*).

Litr. C.

(c) Magnús med gudz nád Noregs Svía ok Skáne kóngr sender öllum þeim sem þetta bref síá edr heyrá kvediu gudz ok sína. Ver vilium at þer viter at gudi allzvolldigum til heidrz ok hanz signudu móður meyu mariu ok öllum gudz helgum mönnum. Þá tókum vier heilaga Hólakirkíu ok virduligan herra ok andligan faudur ok vin vorn þann hinn kizra herra Orm med gudz misfúnn biskup at Hólum á Íslandi. sueina þa hanz sem hann heldr dagliga á sinn kost ok jardi. garda. skip. kaup-eyrir. skóga. sífk. fuglver. reka. ok allan varnad. ok gódz þat sem hann ok kirkian ega. edr egandi yerda í landi ok laufum eyri. hvert sem þat er í meira

Islandicæ & ejus antistitibus obsequium & obtemperantiam præstetis in omnibus quæ illi jure præstare debetis. Strictè autem omnibus nostris subditis prohibemus, ne ullas multas aut onera præter tenorem juris ecclesiastici subeant. Prætores nostros, nostrosque homines & Nomophylaces, ut subditos nostros ad jus & justitiam obven- dum adjuvetis jubemas, ex (illustri) Domini Haqvini avi nostri materni, Constitu- tionis præscripto, cujus hoc est initium: *Hunc modum in conservando civium jure & aliorum &c.*

(*) Vid. supra cap. 4. pag. 419.

(c) *Id est*: Nos Magnus Dei gratia Norvegorum, Svecorum, Scanorumque Rex, cunctis præsentibus literas inspecturis auditurisque, a Deo salutem! Vos ignorare nolumus, quod nos in honorem Dei omnipotentis, beatæ Matris Virginis ejusque Sanctorum, sanctam Ecclesiam Hølensem venerabilemque Dominum & patrem spiritualem Nobis amicitissimum dilectum Ormum Divina Clementia Hølenfis in Islandia diocæsesos Præfitem, ejus, quos proprio sunt sustentat, famulos, fundorum conductores, prædia, villas, navigia, mercedes, sylvas & loca, sive piscatu, sive aucupio, sive denique oceanæ rejeçtamentis lucrosa, cum univèrsis ad illum Cathedrauve pertinentibus bo-
nis

í meira lut edr minna. lögliga í gudz valld. vora vernd ok kóngliga trúst. til allra rettra mála. fullkómliga fyrerbíódandi hvorium manni. hverrar stettar edr tegundar sem hvor er kirkiunni edr honum edr hanz fúcinum fyrrnefndum edr hanz varnadi ok gódzi kirkiunnar noelurar ríngligar ágaungur at veita. nema hvor þat gíorer vili fæta af ofs reidi. reffingum. ok þungum afarkostum. ok svara ofs þrettán morkum í brefabrot ok frídkaup ok þeim fullretti sit epter lögum er brot er vid. ok hálfrauk faker. þessa vors varnadarbrefs. So vilium ver ok at aller menn viti at ver höfum þá skipan ágiort. at herra Ormr fyrrnefndr skal síalfr hafa ok taka einfalldan fakeyri af sinum dagligum fúcinum utan aleygumál vor þegngilde. brefabrot. ok frídkaup. Bíódum vier öllum mönnum. eirkannliga fýflumönnum. lögmönnum. handgengnum mönnum vorum ok umbodzmönnum. at þer stirkir kirkiuna fyrrnefnda ok herra Orm biskup. gódz hanz ok varnat. ok fúcina hanz fyrrkrifada því ollu framir til laga ok rettinda bæde um loqligar skulda heimtingar ok adra luti. vid hvat manna sem þar er at skipa at ver höfum kirkiunni ok honum þetta varnadar ok gódzbref vort gefit til stirkir ok verndar. ok látit þeim þess nótandi verda sem þer vilit hafa þock af ofs. ok ofufu. Er þetta fullkóm bod vort at þer lúkit med greidkap optnefndum herra Ormi biskupi allar rett-

nis mobilibus & immobilibus, five majora five minora sint, possessis & possidentis, in divinam potestatem, Nostram tutelam & Regiam fidem juste tuenda legitime recipimus, prohibentes singulis, cujuscunque sortis ordinisve esse possunt, Cathedralium ejusve facultates, ipsum Episcopum, præfatos illius clientes vel familiam nefarie aggredi, nisi a Nobis indignationem, pœnam & graves animadversiones expectare, tredecim marcarum mullâ, mandatorum Nostrorum transgressionem expiantes pacem redimere, legitimamque pro dignitate læsi & ob hujus Diplomatis violationem dimidio majorem satisfactionem præstare maluerint. Omnesque scire cupimus cum Nostram esse dispensationem, ut laudatus Ormus a familiaribus suis satellitibus expensis pro delictis, exceptis homicidio, mandatorum & securitatis violatione, & quæ facultatum univerfarum publicatione sunt mulanda, levioribus pecunias solus retinet. Mandamus præterea univerfis, imprimis provinciarum Præfectis, Nomophylacibus, Opconibus Nostris & Nomarchis, ut prædictam Ecclesiam, Dominum Ormum Episcopum, cum sua familia & clientibus in jure suo exsequendo, postulationisque legitime obtinendis, citra eorum respectum ad quos res pertinet, tanto libentibus adjuro, quanto certiores de nostra gratia & commendatione esse desideratis, Operam dantes ut præfidio Nostris & tutela quæ Ecclesie ipsique his literis salvi conductus addictio, inoffensus fruatur. Jubemus etiam serio, ut Ormo Episcopo omnia legitima quæ decem

rettgjörvar skulder til tíu marka. edr tíu mörkum stærra. ok hafit lokit innan mánadar frá því sem þer verder krafder. suo framt þer vilit ei ofs svara síorum mörkum í brefabrot. ok þó rett gora at sídar se. Þetta bref var gort í Ofló. fríadagin næsta fyrir Gregoriusmessa á tuttukta ok síaunda ári ríkis vors. Herra Arni Aflláksson Cantzelleri vor innfíglaði ofs síálum hiáverondum.

Litr. D.

(d) **M**agnús med gudz nád Noregs Svía ok Skáne kóngr sender öllum mönnum í Hóla biskupsdæmi á Íslandi sem þetta bref síá edr heyra kvediu gudz ok sína. Góder menn hafa ted ofs ok voru rádi nú nærstum er vær síalfer vörum í Biörgvín ydra miög hardliga framfærd ok meza háfkaliga til ydra sílu. ef suo fannprófadiz sem ofs er kunngiort. at þer hafver med samhæillde ok ofmikilli dirfd í ólýdne fallit móti gudz retti ok heilagri kirkiu í því at þer hafver í almenniligo þingi samtök giort móti ydrum andligum faudr ok formanni heilagrar kirkiu. sem er vor kæri vin. virdoligr herra Ormer med gudz nád biskup í Hólum. suo at þer viler ráda hanz færdum ok fólke. þeim tíma sem hann fkal ydar heilagri Hóla kirkiu

decem marcarum valorem perficiant, debita intra proximi ab exactionis die mensis exitum, sine tergiversatione solvatis, modo decem marcis neglecta Nostre dispensationis compensato ad indicia nihilo minus prestanda obligari non vultis. Datum Osloë proxima die veneris ante festum Gregorii. Anno regni 27. sigilloque a Cancellario Nostro Arna Afllaki Nobis presentibus corroboratum.

(d) *Id est:* Magnus Dei gratia Norvegiæ Sveciæ & Scaniæ Rex, omnibus dioceseos Holenæ in Islandia incolis, has literas visuris vel audituris salutem Dei & suam mittit. Jam pridem cum Bergis presentes eramus, viri honi Nobis & nostro Senatui admodum truculentam vestram conversationem, vestraqve animæ, si revera ita obtinet, maxime periculofam enarravere; Nobis scilicet relatum est, conspiratione & nimia temeritate vos contra jus divinum & sanctam ecclesiam refractarios factos esse, eo quod in foro generali contra spiritualem vestrum patrem, & sanctæ ecclesiæ antistitem, qui noster est dilectus amicus, reverendum Dominum Ormum, dei gratia Episcopum Holensem, conspiraveritis, ita ut ejus professionibus & famulitiis, quo tempore sanctæ ecclesiæ Holenæ & officio christianissimi vacare debuit, modum præscribere

kirkiu ok kristindómþins embættre vera. Nú fæker þefs at ofþ hæfer med aungo móti þvílíka ólýdni þola. ok allra sízt at rett kristni ok heilagrar kirkiu frelsi mínki edr krenkiz á vórum tímum því bióðum vier yder óllom samnin ok ferliga hvorium í sinn stad. at þer værer í allri þeirri lýðne vider herra Orm-fyrnefnan ok adra lærda-menn. hanz umbóð-mein her í biskupsdeminu. sem Hólakirkia ok hennar formenn hafa hafit her til fyrnæir á dogum vorra forelldra konunga í Noregi med ollom þeim fridi ok friálfi sem kirkian á Hólum ok hennar formenn hafa haft her till fyrr en þer byriader þessa ólýdni. ok bióðum vier fullkomliga Benedi-ct Kolbeini-fyni ok Kolbeini-fyni hanz heim at Seilu: Nicolaus at Fiatatungu. Arna á Silfraksstadam. Magnúsi á Svalbarði. Sigurdi mági hanz Petri Lögmanni ok Kálfi bróður hanz. at þer kamer til var eder varz Dróttseta í Noregi í fyrsta skipe sem gengur af Ílandi frá þeim daghe sem þer hafver seit eder heyrte þetta vart bref. ok svarer retto epter land- loghom um þau málefni sem fara á millum herra Orms biskups ok ydar vitandi till landz at ef þer hindre Hólakirkio friále. æder herra Orms biskups rentur. eder inngiöld. tiender eder adra luti sem kirkiuna í Hólum vardar hedan í frá till þefs dags. þet er ord ógilt millom ydar ok Nörveghe fyrer kirkiunnar formanni í Nidarósi ok fyrer vórum Dróttseta ok rikisins rádi. ef vær sialfer erum ei innanlandz. at þeir aller sem í þvi sam-

here volueritis. Cum igitur talem contumaciam ferre neququam nos deceat, minime abrenit ut nostro tempore libertas sanctæ ecclesiæ diminuetur vel violetur, quæ vos omnes & singulos iubemus; ut omnes prædicto Domino Ormno, & aliis clericis ejus in eadem diocesi mandataris, legibus debitam obedientiam præstetis, quam ecclesia Holensis & ejus antecessores hucusque diebus antecessorum nostrorum Regum Norvegiæ offini habuere; unamque libertatem & privilegiis, quæ ecclesiæ Holensæ & ejus antecessores usque quo vos hanc contumaciam exorti estis, habuere; Strictè quoque præcipimus Benedicto filio Kolbeini, & Kolbeino ejus filio Seilæ habitantibus, Nicolao de Fiatatunga, Arna de Silfraksstadi, Magno de Svalbarde, Sigurdo ejus amico, Petro Ninnophylaci, & ejus fratre Kalso præcipimus, ut ad nos nostrumve in Norvegiæ Protegem prima adventatis; naves, quæ post illum diem, quo has nostras literas videritis vel audieritis, de Mandatis solverit, & secundum eas terras de causis ante vos, & Dominum Ornum Episcopum dilectatis, jus præstetis & jure volis conagatur: Cetero scientes, quod si libertatem Ecclesiæ Holensæ sive redditus vel pretentus Domini Orni Episcopi, decimas vel alias res, quarum Ecclesiæ Holensæ interest, exhinc impederitis, usque ad diem quo sententia inter vos in Norvegiæ feretur oram Ecclesiæ Nidarosienfis Antistite; & coram Protege nostro, & Senatu regni, in

famhelldi ero ok sva þer fyrrnefnder menn ef þer fyrernemist at koma til Noregs ok svara rettu um þesse málefni. at hvor einn af yder skal svara fullri landráðafok vidr ofs ok kirkiuna í Norveggi. Þetta bref var giort í Biorgsvín hálfom mánadi fyrer Bótólfs voku á þritugasta ok einu ári ríkis vars. Herra Arni Asláksson Cantzelleri vor innliðadi ofs slálfum hiáverondum.

Litr. E.

(e) **M**agnús med guds miskunn &c. Ymissir góðer menn af Íslandi ok sua í Noregi hafa ted ofs at bændr ok ríker menn her á landinu hafa skyllðuger wordit biskupum (kirkiunum) bædi nordan landz ok sunnan (á Íslandi) góðz ok penninga bædi fyrir okr ok tíundargiorder úrettligar er kirkiunnar formenn hafa þá umkærda. þó at þar hafi æi opinber órskurdr á fallit faker undandrátar wid ofs. þvíat wer ættim hálfá sektina. Nú af því at wer vilium med eingu móti slíka úhlýðni þolaz lata kirkiunnar (krúnunnar) vegna. vilium wer ok bióðum fullkomliga ydr ollum samt ok serliga huerium huat manna fem er. fá er fyrir (okr ok) tíundarmál hefer sína penninga wtlátid wid biskupa edr þeirra umbodsmenn at ántuardi ok upplúka hirdstíora várur her sua mikit góðz fem þer

Iii 2

lúkit.

nos ipsi intra regni terminos constituti non fuerimus, ut omnes hujus conspirationis participes, & vos prædicti viri, si in Norvegiam iter facere, & hac in re jus præstare superlædatis, unus quilibet vestrum prodicionis in nos & Ecclesiam Norvegiæ reus esto. Data sunt hæc litteræ Bergis, dimidio mense ante vigiliam Botólfis, anno regni nostri tricesimo primo. Dominus Arnas Aslaci filius, Cancellarius noster sigillum appendit nobis præsentibus.

(e) *Id est*: Magnus Dei gratia &c. Plures boni viri de Islandia, ut & in Norvegia, nobis retulere, quod coloni & viri in ista terra magnates, debitores facti sunt Episcopo (ecclesiæ) tam in septentrione quam australi parte (Islandia), bona illis (*Soluturi*) ob usuram, & corruptam decimationem, quarum antistites ecclesiæ eos inlumulavere, quamvis nulla sententia publica lata sit, quæ nostri ergo dilata fuerat, eo quod dimidium mulctæ nobis cedere debuit. Cum igitur talem in ecclesiam (coronam) contumaciam neutiquam tolerari volumus, mens nostra est, & stricte jubemus vos omnes & singulos, cujuscumque conditionis sit, qui ob (usuram &) causas decimarum Episcopis aut eorum procuratoribus pecuniam numerarunt, ut satrapæ nostro, qui ibidem est, tantundem bonorum exsolvat & tradatis, quantum ecclesiæ expendit,

lúkit. kirkiunni. ok hafit þetta gort innan þriggja mánaða. eðr ráð fyrir gort sua at honum nægi varra vegna. síðan þer hafit heyrt þetta vart bref. eðr sýner honum med logmanz hiáveru prófafulle skilríki at þer erut saklauser med ofs her um. ok hafer þat gort innan þerfa tíma. En huert af ydr er æi gerer sua. skal suara ofs átta ertogum ok þrettán morum í bresa brot. Biðdum wer hirdstíora várum her at stefna huertum fyrir ofs. þeim er æi vill þetta vart bod standa tólf mánaða stefnu til bághvns med sínu prófi ok skilríki. Skulum wer sua at síá at þeim ok odrum til vifsiónar werði off þvilíkan úrett at gera. Þetta bref war gort á bághús. á þritugta ok fiórða ári ríkis várs ok innfiglat ofs síálfum hiáwerandum.

Litr. F.

(f) **M**agnús med gudz nád noregs síúa ok skáne kóngr. fender öllum mönnum í Hóla biskupsdæmi þeim sem þetta bref síá eðr heyrta qvediu gudz ok sína. Vær vilium at þer vited at heidurligr herra ok vor andligr fader herra Ormr med guds nád biskup á Hólum kom ok kíærde fyrir off. at ymsir menn í hanz biskupsdæmi vilia eigi gion sínar tíunder epter því sem þeir eru gudi skylduger ok heilagri kirkiu. bædi af

ditis, quod intra spatium trium mensium ex quo has nostras literas audivistis prae-
state, aut cautione, qua nostro nomine contentus sit, cavete, aut etiam praesente No-
mophylace vos hujus rei in nos infontes esse, documentis authenticis probate, quod
intra praedictum tempus factum esto. Qui vero secus fecerit, ob violationem manda-
torum nobis octo ortugos & tredecim marcas solvito. Satrapam nostrum ibidem
(constitutum), ut quicumque his mandatis stare recusantem, citatione duodecim
mensium, ad nos una cum ejusdem probationibus & documentis (produendis) ero-
cet, jubemus. Curabimus tunc, ut in istis & aliis similibus defraudatoribus exem-
plum statuatur. Datae sunt haec literae Bahuzæ anno regni nostri tricesimo quarto,
& nobis praesentibus obsignatae. *Exscripta est haec Constitutio e Codice in Folio
No. 351, collata cum exemplari nostro chartaceo, cujus variantes lectiones semine-
lis includuntur.*

(f) *Id est:* Magnus Dei gratia Norvegiæ Sveciæ & Scanæ Rex, omnibus dioceseos Hol-
næ incolis has literas visuris vel auditoris salutem Dei & suam mittit. Notum vo-
bis esse volumus, quod reverendus dominus & spiritualis noster pater Dominus Or-
mus Dei gratia Episcopus Holensis ad nos venit, & coram nobis conquestus est
multos in ejus diocesi viros decimas de captura dierum festorum & aliis rebus pro ut
Deo

af heilagra daga veidum ok öðrum lutum. Svo ok at þer vilit ei láta hann hafa vísitationem epter kristinnlagarette. Ok af því ver vilium einkis manns rett kreynkia allrafið heilagrar kirkiu ok hennar formanna. hellðr stirkia ok stadfesta tjl allra góðra lura. því er þat vort fullkomit bod ok fannr vili at þer giorit ydar t'under á hveriu áre epter landzins logum ok kristinsdómsrette. epter því sem serhvor ydar vill fyrir gudi ok ofs svara. ok halldid biskupinum vísitationem ok reidfkíota epter því sem lögbók vottar. Svo vilium ver ok ad fá kristinsdómsretrr sem geingr sunn- andanz at hann gáangi um allt landit. Ok fyrerbiódum ver hvorium manni epter odrum rett at sækia, nema hvor sem fyrinæmúst at eigi gior- er epter því sem nú hofum vier bodit. edr nockur ónadar Hólabiskup móti frelfi ok retti heilagrar kirkiu vili svara ofs átta ortugum ok þrettán merkr í brefabrot. ok honum fullretti sitt tviáukit epter lögum ok dómi. epter því sem hanz verndarbref votta sem vier hofum honum gefit. Þetta bref var giort í Biorgsvin sunnudagin fyrstan í vetri á síotta ok þritugasta ári rikis vorz. Herra Ormr Eysteinsfon Secreter vor inncigladi.

Deo & sanctæ Ecclesiæ debent, solvere recusare, ut & ejus vísitationi secundum jus ecclesiasticum vos obfistere. Cum igitur neminis, multo autem minus sanctæ Ecclesiæ & ejus Antistitum jus violare, sed in omnibus bonis rebus adjuvare & confirmare velimus; nostrum est serium mandatum & vera voluntas, ut decimas quotannis secundum jus terræ & ecclesiasticum, prout unusquisque vestrum coram Deo & nobis defendere sustinebit, expendatis, & ex præscripto Codicis Legum vísitationem & eqvos Episcopo præstetis. Volumus quoque ut jus illud ecclesiasticum quod in australi terræ parte observatur, etiam per totam terram valeat, & unicuique secundum aliud jus actiones instituere prohibemus, nisi quicumque qui hæc nostra mandata observare detrectaverit, aut Episcopum Molanum contra libertates & jura sanctæ ecclesiæ vexaverit, octo ortugos & tredecim marcas ob mandatorum violationem nobis, illi autem multam pro læsione existimationis duplam, legibus & sententia judicis determinatam, secundum tenorem literarum salvi conductus, quas nos illi impertiti sumus, expendere maluerit. Datæ sunt hæc literæ Bergis, dominica prima hyemis, anno regni nostri tricesimo sexto. Dominus Ormus filius Eysteini, Secretarius noster sigillum appendit. *Exhibentur hæc literæ ex apographo quod nobis est chartaceo.*



CAP. VI.

De Hacone Magni filio.

§. I.

Haconem Magni filium in Norvegia educatum, & a patre, Norvegorum Regem circa Annum 1344. destinatum fuisse constat: plenarium tamen regimen, prius quam pater captivus esset, non administrasse videtur, cum Edicta aut Rescripta eo tempore data, non ejus, sed patris nomine, exierint. Cum celeberrima septentrionis Semiramide, Margareta Valdemari III. Daniæ Regis filia undecenni, Anno 1363. conjugium, quod Valdimarus solertia & artificio quodam aucupatus erat, contraxit, & ex ea Anno 1370. filium Olavum suscepit. Patrem primo ipse, in arce Calmariensi, aliorum instinctu, captivum tenuerat, inde vero elapsus, & a Svecis denuo captum, quovis modo liberare satagit, quod tandem Anno 1371. adscito in societatem belli Valdimaro Daniæ Rege, & obsessa Holmia, iis adeptus est conditionibus, ut Regno Sveciæ abdicato, & solutis 12. marcis Colonensibus, Magnus, quoad in vivis esset, Scaniæ Ducatus redditibus sustentaretur. Quid Islandis, quod hic refertur queat, seu ad rerum ecclesiasticarum statum spectans, præstiterit, nihil in promptu est, nam transactiones cum Scotis & Orcadum Comitibus, ut & Edicta & Rescripta statum politicum concernentia, huc non pertinent. Postquam solus regnare cœperat, vixit annos circiter 16, sed a prima Regis denominatione 36. Anno enim 1380. Cal. Maji decessit.

§. 2.

Anno 1366. Andreas Gislavi & Ormus Snorronis Islandiæ Præfecturam adepti sunt, tunc enim ab incolis homagium Haconi, qui patri capto successit, præstandum exegerunt; Sed quis ab eo tempore usque ad Annum 1370. hanc provinciam ornaverit, incertum est, nec tamen omnino improbabile Ormum, supremam hanc Præfecturam cum Nomo-
phylacis officio conjunxisse. Hic Andreas Gislavi est idem ille, de quo supra Cap. 5. §. 8. paucis egimus.

§. 3.

§. 3.

Thorgautus Jonæ filius Anno 1370. totius Islandiæ Præfecturam adiit, eamque biennio retinuit. Anno 1373. ad exteros quidem abiit, sed 1374 iterum præfens, aliquem magistratum gessit, tunc enim homicidam quendam, Einarum Dynt ex monasterio Thingeyrensi extraxit, & vivum terræ mandari curavit, quo factò, seu paulo post, ipse in viscera terræ descendit, nam 1375. mortuus est.

§. 4.

Anno 1372. Andreas Svenonis cum imperio provinciam ingressus est, quod per 15. annos, ad 1387. continuasse videtur, nisi quod Olaum Petri, de quo supra, Cap. 5. §. 10. pauca attulimus, Anno 1376. Quartæ boreali præfuisse colligimus. Anno 1377. post mortem Magni Smeck, Islandos Haconi, & iridem, post ejus obitum 1382. Olao ejus filio homagium præstare adegit.

CAP. VII.

De Olao Haconis filio.

Olaus natus est Anno 1370, & sextum agens annum, a Danis, mortuo avo materno Valdimaro III. Rex Daniæ proclamatur, matre Margareta regni habenas moderante. Patri in regno Norvegico, Anno 1380. successit, cujus exequias magnifice celebravit. Anno autem 1382. Islandi, ipsi homagium præstiterunt. Cum primus Daniam & Norvegiam solus rexerit & justo jure possederit, monarchiæ Dño-Norvegicæ constitutor haud immerito dici potest. Quænam Islandis præstiterit beneficentia (a), ob defectum Annalium dicere non possumus. Obiit optimæ spei
Rex

(a) Hunc etiam subditis, præsertim autem clero attribuisse privilegia, Doctiss. *ARNGRIMUS* in *Crymog.* adserit, sed quænam qualiaque fuerint, non edisserit. Si similia aut patia Norvegis & Islandis, ac *PONTANUS Hysler. Dan.* lib. 8. eum Danis dedisse scribit, quæ ibidem legi possunt, non immerito eximia dicuntur; sed de hac re nihil ad nos perveit.

Rex anno seculi 87. ætatis 17 (a). Sub hoc Rege, Andreas Svenonis Islandiæ Præfecturam gessit, de quo supra Cap. 6. §. 4. (b).

CAP. VIII.

De Margareta.

§. I.

Optimæ spei Regi, filio adolescenti, præmatura morte extincto, in regnorum gubernatione successit mater, celeberrima illa septentrionis Semiramis, Margareta Valdimari III. Daniæ Regis filia, nata Anno 1352, quæ anno ætatis 11. sed seculi 63. non sine technis & cavillatoris patris artibus, ut quidam volunt, Haconi Norvegiæ Regi conjugali copula associata fuit, licet anno demum 1366, thorum conjugalem concensura, in Norvegiam transfiret, cujus fructum unicum tantum habuit filium Olauum, qui Anno 1370. hanc lucem aspexit. Ab Anno 1380, quo marito orbata fuit, ad Annum 1387, quo filius etiam ad plures abiit, una cum eodem regnavit, deinde autem sola ad Annum 1396. regni tenuit habenas. Anno 1388. Sveciam subjugavit, & Albertum Sveciæ Regem captivum detinuit, Anno 1397, celebrem illam Constitutionem Calmariensem, quæ tria septentrionis Regna, Dani

-
- (a) *JOH. IS. PONTANUS* loc. cit. & *UNDALINUS Chron. Norveg.* aliique, dicunt, Olauum natum esse 1365. sed, ut puto, perperam. Conjugium quidem inter ejus parentes contractum fuit Domin. Quatimodogeniti Anno 1363. anno ætatis Margariæ undecimo; sed juxta *Annal. Flateyens.* illa in Norvegiam non videtur transfisse, prius quam 1366. annos nata 14. Anno autem 1370. ætatis Margariæ 18. natus est Olauus, quod etiam statuit Perillustr. & nostra laude major *JOH. GRAMMIUS*, in *Emend. Hist. Waldim.* III. vid. Act. Societ. Reg. Scient. Havn.
- (b) Rafius Botulfi, quem celeberr. *TORFÆUS Hist. Norveg.* Tom. 4. pag. 508. dimidiæ insulæ Anno 1381. præfectum appellat, locus vix superest, nam tunc Andreas Svenonis Præfectum egit. Vid. supra cap. 6. §. 4. Huic fide Annalium Anno 1387. Gudmundus Erici successit, vid. infra cap. 8. §. 2. Sed Rafius Nomophylax tantum fuit, mortuus Anno 1388. per ruinam, quæ totam villam Langahlid, ubi vixit, secum abstulit, testimonio omnium, quos nobis videre contigit, Annalium, quibus consentit *ARNGRIMUS JONÆ* in *Crymogæa*.

nia scilicet, Norvegia & Svecia conjungebantur, effici curavit; Adoptato autem, circa Annum 1396, Erico Pomerano, Anno 1412, in navigio ex Holsatia in Daniam transitura obiit, cum sapienter moderateque annos circiter 32. regnis præfuisset. Circa Annum 1392. Edictum in Islandiam misit, in quo agit 1) De debitis pauperum, qui ab homicidis necantur. 2) De exulum possessionibus. 3) De illorum poena, qui adulteras aut sanguine junctas, primo aburant, & deinde sibi adificunt. 4) De illis, qui viva adhuc uxore, aliam eidem superinducunt. Plura autem, si extiterunt, ad nos non pervenerunt.

§. 2.

Anno 1387, quo obiit Rex Olaus, Andream Svenonis filium in Islandiæ Præfectura excepit Ericus Gudmundi, qui Anno 1385, una cum Gudmundo Ormi Theodorum Jonæ occiderat, qui, quid in officio gessit, nos latet, perbreve enim tempus duravit, nam 1388. ipse occisus fuit, cujus post necem Thorsteinus Ejulfi, ut supra §. 10. cap. 5. innumus, ad Annum 1390, Præfecti locum tenuisse videtur.

§. 3.

Vigfusus Ivari Holm Anno 1389. Islandiæ præfecturam adeptus, & in provinciam tendens. apud Færoenses hyemare coactus est, unde in Islandiam Anno 1390. transmisit. Ejus in officio gesta ad nos non pervenerunt, præter contractum inter Biornum Hierosolymipetam & Theodorum Sigmundi, ab ipso & Thorsteino Ejulfi filio conciliatum Anno 1394; ut & Constitutionem de servitiis, quæ ad calcem codicis *Legum Islandicarum* impressa legitur. ed. 1709. pag. 475. Anno 1402, grassante peste, ad exteros abiit, sed sequente anno idem gerens officium reversus est, quod ad Annum 1405. retinuit, quo, illi alter Vigfusus Ivari Holm successit. In vivis non fuisse Anno 1407, festo Magni Comitum, inde concluditur, quod Gudrida Ingemundi filia, ejus vidua, consentiente filio Vigfuso, pro ipsius ejusque defuncti filii animarum salute prædium Holas, in tractu Grimsnes, sacris usibus tunc legaverit.


K k k

§. 4.

§. 4.

Huic alter Vigfusuf, Ivari filius fufficitur, qui annum agens decimum quintum, una cum uxore Gudrida totidem annos nata Anno 1405. ex Faroif, ubi hyemaverant, in Islandiam tranfmifit, & ufque ad Annum 1414. Infulæ cum imperio præfuit. Sed quid in hoc officio utile gesserit, ad nos non pervenit, nifi in hunc cenfum venire debeat, quod in celeberrimo nuptiali convivio, quod Thorlevus Arnæ filius, cum Christina Biorni Hierofolymipetæ filia connubium iniens, inftituit, in Cœnobio Vi- doënfî hoc eodem anno promum ageret, & denuo, Anno 1408, cum Jonas Epifcopus Skalholtenfis primam caneret miffam, folemneque in rei memoriam, ut tum temporis mos erat, commiffationem inftitueret, eodem officio fungeretur. Quod in Islandia magistratum gesserit Anno 1413, ex juramento fidelitatis patet, quod Richardo mercatori Anglo eodem anno expreffit; Anno 1415, Præfectura amiffa, cum ingentâ (60. Laftis) pifcium copia, magnisque aliis, quas corraferat, divitiis, in Angliam abiit; quando inde reverfus fit, tam incertum, quam Anno 1429. hic eum fuiffe & totius Islandiæ Præfecturam geffiffe, certum eft (a).

(a) Hunc Vigfusufum Ivari Holm cum priore, plerique confundunt, inter quos etiam Doctiff. ARNGRIMUS in *Crymog.* pag. 234. Sed probe eos diftingvit Auctor *Annal. Breve.* idque optimo jure fieri, manifeftum eft ex Gudridæ Ingemundi filiz, uxoris prioris Vigfufi, literis datis Anno 1407, ubi de marito fuo, ut jam mortuo, loquitur, & pro anima ejus, prædium Holas facris ufibus legat.



CAP.

CAP. IX.

*De Archiepiscopis Nidarosiensibus, qui hac
tempestate loco Pontificis Romani Ecclesia
Islandica supremum egerunt Inspectorem.*

§. I.

De Hacone.

Mortuo, circa Annum, 1264. Einaro Smiörbako successit (a) Anno
1265. Hacon Osloënsis Episcopus, a Quatuorviris Trundhiemensibus,
Abbate Lyfensi, Abbate Holmensi, Priore Prædicatorum, & Custode
seu Primario Nudipedum, in quos hac vice Clemens 4. nuper in
solum Papale euectus, eligendi potestatem transfulerat, electus. Hunc
Petrus Bergensis & Thorgillus Stafangrensis, astante Olao Grönlandorum
& Goitone Færoënsium Episcopis, in præsentia Regis, Reginae, & totius
Aule, Anno 1267. die Viridium; Pallium, quod Roma Johannes Canonicus
Nidarosiensis (hujus forte successor) adtulerat, d. 5. Januarii induerunt.
Paulo post, seu ipso Pentecostes festo, Hacon Jörundum Holensem
consecravit; eundemque Sigurdo Skalholtensi, ob ingravescentem ætatem,
latissime extensæ diœceseos negotiis impari, adiutorem constituit.
Quid aliud relatu dignum tanquam Archiepiscopus egerit, nos fugit;
eodem enim anno mortem obiit.

§. 2.

De Jona II. f. Rufo.

Anno 1268. Archicathedram ascendit Jonas, qui sub ipsum Salvatoris
festum Natale, Nidarosiam intrans, ipso templi Cathedralis festo
natali, primam Archiepiscopalem cecinit missam; moxque prædecessorum,
K k k 2

(a) Einaro mortuo, electus fuit Birgerus quidam, ante ordinationem mortuus. Vide
SCHÖNNINGS Trundhienske Domkirkes Beskrivelse pag. 247. & Anhang pag. 3.

rum, Eisteini præsertim & Erii vestigia legens, disciplinæ ecclesiasticæ rigidissimus executor, Papocæsariæ summus promotor, Regi contumax, laicisqve prægravis existit, Regios enim Ministros, cæterosqve, ob minima quævis delicta, aut graviter multavit, aut excommunicavit; Clerum vero & templa per fas & nefas ditare, curæ cordiqve ei unice fuit. Hujus rei primo in comitiis Frostensibus hoc anno, deinde etiam in conventu Bergensi Anno 1271. & iterum 1273, luculentum dedit documentum; ibidem enim pro tribunali sedens, causas præbendarias dijudicaturus, Regi, sententiæ dicendæ jus negavit, nec nisi assessoris locum eidem concedere voluit, eoqve tandem contumaciæ & audaciæ processit, ut sibi & episcopis, non tantum jura & leges dandi, sed etiam Reges creando potestatem arrogaret, quæ controversia priusquam in Comitibus Tunsbergensibus, Anno 1277, non potuit sopiri (a).

§. 3.

Vocante Gregorio 10. Episcopis, Askatino Bergensi, Andrea Osloënsi, Eilifo Korti loco Arnæ Skalholtensis, aliisque Regni clericis, comitatus Anno 1274, Concilium Leontinum (Lugdunense) adiit, unde revertens, a Philippo Audace, qui id temporis Gallis imperavit, perhonorifice excipitur, inqve honoris & amicitiae signum ingenti crystallo, cui insertus fuit ramus seu frustulum spinæ, ex Salvatoris, quam quondam passus est corona, donatur, aut, ut quidam volunt, ad Regem Norvegiæ deferendum accepit, in cujus honorem, si non per universam Norvegiam (b) saltem in diocesi Nidarosensi institutum fuit *Festum Coronæ Spinæ*, quod deinde 5. Idus Octobris, ingenti pompa celebratum fuit. Redux in patriam, Decreta Concilii divulgavit & executioni dedit, cuius præcipua erant capita: Saladinarum decimarum impositio (c); Cruciatæ

(a) Acta illorum comitiarum, *Transactio* simpliciter appellata, habentur supra cap. 2. pag. 386. Confirmata sunt Anno 1458. a Rege Christiano primo.

(b) Verosimile videtur festum illud per totam Norvegiam celebratum fuisse, frustulum enim spinæ coronæ Bergis in templo Apostolorum d. 9. Novembr. 1274. depositum fuit, ubi æque ac in diocesi Nidarosensi celebratum illud fuisse oportet. Quam hujus rei confirmationem, ut & plures hujus Capituli notas illustrantes debeo humanitati & eruditioni celeberr. SCHÖNNINGII Profess. Eloq. in Academia Equestri Sorana.

(c) *Decime Saladinæ* nomen trahunt a Saladino, famosissimo illo Ægyptiorum seu Saracenorum

æ contra Turcas expeditionis prædicatio: Promissio seu meritum vite æternæ proprio sumtu militantibus, & id genus alia, nam in officii partibus peragendis impiger, fatisque vigilans fuisse videtur Anno 1283. Concilium Nationale Bergis habuit, in quo novum, quod ab ipso denominatur, & vulgo *Jone Archiepiscopi Jus Ecclesiasticum* audit, promulgavit, & Rege non resistente, Norvegis obtrulit, statuta quoque synodalia, præcipue contra brachium seculare, ibidem sancivit, quæ subditis obtrusa, dissidium inter illum & Regis excitabant (a):

§. 4.

Arnæ Thorlaci filio, quem Anno 1269. 3. Cal. Junii Episcopum Skalholtinum ordinaverat, e Norvegia discedenti, in mandatis dedit, religiosos quosdam articulos Islandis servandos injungere, quorum præcipui erant: 1) Ut in missa, cum caro & sanguis Domini elevatur, & quando ad ægrotos defertur, quilibet manibus exaltatis in genua procumbat. 2) Matrimonium, nisi post trinam in templo coram concione proclamationem, nemo contrahat. 3) Scortatores, nisi concubinas aut dimitterent aut thori consortes facerent, a Corporis Domini fruitione arceantur. 4) Res inanimatas elocare, indeque usuram capere, nemini liceat: 5) Multoque minus laicis templorum possessiones administrare aut Præbendarum usus fructus percipere, concessum sit. Anno 1280 Epistolam seu compendium quoddam Juris Canonici a se conscripti, & in Norvegia eodem anno divulgati, 35. causas anathematizandas continens, Islandis misit (b; Eorundem Episcopis cum laicis de jure & administra-

K k k 3

tione

norum Imperatore, qui Anno 1187. Terram Sanctam subjugavit, & Hierosolyman cepit. Contra eundem Anno 1178. primo decreta fuit expeditio cruciata, & decimæ ex omnibus omnium monasteriorum & templorum etiam facultatibus (solis exceptis, qui cruce signati revera expeditiones subirent) quod sæpius deinde fuit repetitum. Conf. infra Sect. 2. cap. 1. §. 22. & Sect. 3. cap. 1. §. 9. 13.

- (c) Vi. Breve Honorii ad Ericum Regem supra a nobis pag. 404. allatum, & §. seqv.
 (b) *Jus Ecclesiasticum*, quod Jonas Archiepiscopus circa Annum 1280. conscripsit, & Norvegis obtrulit, cum illo, quod Arnas Skalholtensis Anno 1275. apud Islandos in leges inferri curavit, plerique confundunt, sed injuste, diversa enim sunt, licet valde sint similia. Illud quod Perillustr. Ham. Acad. Procancellarius, PONTOPPIDANUS ad calcem Tom. 1. *Annal. Eccles. Dan. Diplom. latine* a Summo Viro ARNA

tione Præbendarum controvertentibus, auxiliares manus semper porrexit, præsertim in Conventu Bergensi Anno 1273, ubi Sighvato Halfdani Prædium Oddam & ingentem pecuniæ summam, Einaro Thorvaldi Vamsfiordum, Ketillo Loppi Hytdalum, aliisque eorum patrimonium abjudicavit (a): Eidem Arnæ Episcopo, ut *Novum Jus Ecclesiasticum* conscriberet & Islandis obruderet, auctor exstitit, ipsumque & Jorundum Holanum, ut Regia Edicta suis adversantia contemnerent, Regiisque, ne latum quidem ungvem cederent; Laïcis Præbendas extorquerent, renitentes vero anathematis fulmine percuterent, instigare nunquam destitit.

§. 5.

Mortuo, Anno 1280. Regum mansuetissimo Magno, communiter dicto *lagabæter*, cujus infatigabilem patientiam Jonas diu exercuerat, successit filius Ericus, quem prius coronare, Regemque solenni ritu proclamare noluit, quam ex sua sententia jus jurandum ei extorserat, ad quæ, aliasque ejus molitiones Rex adolescentulus in principio regiminis connivere necessum duxit; sed procedente tempore & firmior factus, intolerantæ ejusdem arrogantæ obviam ire & limites ponere cœpit, quam ille auctoritatis imminutionem non ferens, una cum pluribus regni Episcopis, Anno 1282, ad exaggerandam rei atrocitatem necessarium ut videri voluit, sed revera voluntarium inivit exilium, in quo Scaris Gothorum Anno 1283, animam exhalavit. Corpus ejus deinde in Norvegiam translatum, & Nidarosæ in templo Cathedrali sepultum fuit, ubi miraculis ita inclarescere a quibusdam credebatur, ut Sanctis eum annumerare non dubitarent.

§. 6.

ARNA MAGNEO, adhuc nec ætatis nec eruditionis, ut ipse fatetur, maturo versum, publico communicavit, est ipsissimum illud, quod Arnas Thordæ fratri Jonæ Archiepiscopi conscripsit & Islandis proposuit, ut & hodie in usu est, quod cuivis diligenter conferenti patebit; sed *Jus Ecclesiasticum Jonæ Archiepiscopi* in Lingvam Danicam hodiernam versum invenitur in *PAUS Samling af gamle Norske Lov*. Synodalia nobis hic & §. præced. memorata, qualia ex Codice pergamenæ Biblioth. Magnæ No. 354. in Folio exscriptimus, collata cum No. 351, cujus variantes circulis includuntur, ad finem hujus Cap. sub Lit. A. exhibentur, sed mutila esse videntur. Eorum initium alias se habet in Codice membranæ dicte Bibliothecæ in Quarto No. 138, quod igitur sub Lit. B. ibidem adferemus.

(a) Sententiam illam verbotenus exhibebimus infra Sect. 3. cap. 1.

§. 6.

De Jorundo.

A discessu Jonæ Archiepiscopi per integrum fere sexennium Archicathedra Nidarosienfis vacabat. Electus quidem a nonnullis fuerat circa Annum 1285. Narfus Bergensis Episcopus, sed cum aut oneri impar, aut honore indignus quibusdam videretur, ab incepto destitutum est. Deinde in Indridum quendam, Musis Bononiensibus id temporis militantem, quondam vero Nidarosienfis Capituli membrum, virum acri & contumaci ingenio, qui in dissidio Regis & Jonæ Archiepiscopi ita Regem offenderat, ut solum vertere contultum duxerit, omnium vota collimarunt. Cum autem Regi hujus electio summopere displiceret, onus & honorem, quæ Rege invito adipisci difficile putavit, non imprudenter declinavit, & electione sua sponte cessit.

§. 7.

Vacante Archiepiscopatu, Andreas Osloënsis Jorundum Hamarensem & Dolgfinnum Faroënses Anno 1286. sacris episcopalibus iniitaverat; sed Anno 1288. idem Jorundus accepto Pallio archiepiscopali Archicathedram ascendit, vir multis & magnis corporis animique dotibus præditus, sed tam elati pervicacisque ingenii, ut ejus tempestatis Episcopum decuit. Hic, quam primum ecclesiæ gubernacula accepit, prædecessoris vestigia ad amissum legens, cum Rege ejusque Ministris contentionis ferram reciprocare cœpit, quorum non paucos anathematis fulmine percussit, causans, eos in Jonæ Archiepiscopi exilium & persecutionem consensisse; inter quos fuit Jonas Brynjolfs filius, vir magni nominis & Regi percarus, Uplandiæ tum temporis Præfectus, cui inter alia objecit, quod cum uxore in lecto Archiepiscopi condormire ausus esset, ideoque ei sacris interdixit.

§. 8.

Islandorum contentionum haud magis quam antecessor, otiosum egit spectatorem, nam Electus tantum, sed nondum confirmatus, & antequam Pallium accepit, eorundem Episcopis scripsit, ut controversiam de præbendis acriter exsequerentur, easque laicis, sive hæreditate, donatione,

tione, emtione, jure dotis, aut quocunqve tandem nomine tenerent, extorquerent. Jus illud, quod instinctu Jonæ Archiepiscopi Arnas concinnaverat Ecclesiasticum, a capite ad calcem confirmavit, & vim legis habere jussit, Regia autem Edicta & Rescripta eidem adversantia, & qvæ laïcis Præbendarum usum & administrationem permitterent, nullius esse valoris & pro nihilo habenda pronuntiavit, quique eorum auctoritate se tueri conarentur, dirissimo anathematis telo feriendos (a). Arnam Skalholtensem, sat alioquin largum anathematum diribitorem, quod Rasmus Oddi filium, Regium Islandiæ Præfectum & laïcorum coryphæum non excommunicasset, acriter objurgavit, quod ideo ipse, per Rasmus Bergensem Episcopum perfici curavit, inter alia objiciens, quod Anno 1282 in Norvegia præfens, aliquid ad persecutionem Jonæ Archiepiscopi contulisse visus sit, quem tamen paulo post ipse absolvit.

§. 9.

Cum hoc modo aliquantisper debacchatus fuisset, altum viri spiritum, domesticum inter ipsum & Canonicos Nidarosienses ortum dissidium, paullatim primo sedavit, & tandem peritus fregit, cujus initia ad Annum 1291. referuntur, causa autem ex infra (b) inferendis Bonifacii 8. literis Anno 1297. ad Bardum Serti sive Svarti Canonicum Bergensem datis quodamtenus cognosci potest; illi enim causæ examen & judicandi potestatem Pontifex commisit: Quid autem in hoc negotio Bardus præstiterit, nos latet. Sed quoniam ad hunc annum Archiepiscopi & Canonicorum reconciliationem Annales referunt, verisimile est Bardum eos in concordiam reduxisse; Sopiri autem non extingvi potuit incendium, nam ignis sub favillis latens, subinde flammam edere cœpit, adeo. ut Canonici sæpe ad tribunal Pontificis appellarent, indeqve multa Archiepiscopo adversa acciperent rescripta, qui eo magis exasperatus; tandem illis per Laurentium Kalfi Islandum, solenniter sacris interdixit, quod non secus ac oleum igni infusum ita eos inflammavit, ut non tantum alumnos scholæ & Abbatem Holmensem, sed cives etiam & oppidi inco-

(a) Ejus literæ ad universos Islandiæ incolas hac de re, ex *Vite Arne Episcopi* cap. 67. excerptæ, inferuntur ad finem, hujus Cap. sub Lit. C.

(b) Vid. infra §. II.

las in partes traherent, tantæque tandem factæ sunt conjurationis vires, tanta animorum exacerbatio & odium, ut ipsius amici aut domestici per plateas civitatis sine præsentissimo vitæ periculo transire aut ambulare non possent aut auderent, ad quas redactus incitas, Regis implorat open, qui Anno 1299. coronam Solenni more accepturus, ingenti stipendio satellitio; Nidarosiam intrat, convocatoque Regni Senatu in præsentia plurium Principum & Legatorum, qui ad hanc solennitatem confluerant, primo per Achonem quendam (forte Cancellarium hujus nominis) virum doctum & disertum, deinde ipse, luculenta oratione, primo latina, deinde vero vernacula, exilii pœnam minitans, ni exempto Archiepiscopo supplices fierent, ita eos terruit, ut prostrati aut in genua procumbentes, veniam peterent, & obedientiam in posterum promitterent. Sed denuo recruidisse odium videtur, nam Anno 1301. a Pontifice Archiepiscopus exactoratus fuit, quo fulmine percussus ad Curiam Papalem iter suscepit, sed Luretiæ Parisiorum in morbum incidens, per Legatos causam dicere & negotia expeditare neccessum habuit, a Pontifice autem absolutus & honori restitutus Anno 1302, aut ut alii volunt post biennium domum reversus est, & postea pacate vitam duxit (a).

§. 10.

(a) In hac historia recensenda secuti sumus *Vitam Laurentii Episcopi* Manuscript. qui controversiæ pars magna fuit, sed celeberr. *SCHJÖNNINGII* Beschreibung über Trondhiems Domskæle nuper edita, relationem supplet, & in aliquantum mutat, monumentis erutis & in lucem editis sussultis, quæ omnium fontium, qualescunque sint, maximam fidem habent. Secundum illa Archiepiscopus Canonicos ab initio anathemate ferit, qui ad Papam appellarunt, decisione litis Romæ facta, ubi Johannes de Flandria Archiepiscopi causæ patrocinabatur, sequitur pactum de Anno 1295, & iterum aliud sub auspiciis Regiis Anno 1297, quo cum Archiepiscopus non staret, bulla nobis memorata ad Bardum Serti succedebat, quem cum Archiepiscopus nec adhuc debita reverentia agnoscere vellet, Romam vocatus fuit, quo in itinere in morbum incidit, causaque eo absente 1298. decidebatur. Post annum lis recruidit, & Narfus Episcopus Bergenensis, ac Petrus Math. iudices a Pontifice delegati sunt, qui sententiam Anno 1299. tulerunt, ut Archiepiscopus omnia Capitulo ablata restitueret. His ab Archiepiscopo susque deque habitis, novam pacationem Rex Haqvinus procuravit, quæ non diu duravit, nam Anno 1300 excommunicatio Canonicis promulgata est per Laurentium, quæ igni oleum ita admovit, ut Archiepiscopus Regis implorare auxilium necesse duxerit, qui Canonicis duras istas exilii aut submissionis conditiones obtulit. Sed brevi nova excommunicatio, novaque ad Pontificem Roma-

num

§. IO.

Anno 1290. expeditioni, quam Rex Ericus in Daniam fecit, interfuit, eodemque anno Suffraganeorum conventum Nidarosæ habuit (a), quod & Osloæ Anno 1306. iterum fecit (b). Anno 1304. Arnam Helgonis Skalholtinum Episcopum consecravit, & elapso inde triennio, seu Anno 1307. e consilio Canonicorum Nidarosensium, Laurentium Kalli filium & Bionum e Prædicatorum Ordine ut Generales Ecclesiarum Visitatores in Islandiam misit. Seqventi autem anno in gravem incidit morbum, qui eum diu afflixit, quod Canonicis omnia ad se trahendi, omnique auctoritate ipsum privandi ansam dedit, adeo, ut uno contentus famulo & coquo, parvo inclusus conclavi vitam solitariam in Annum 1309. privatorum more protraheret, quo tandem vitam cum morte commutavit.

§. II.

Litteræ Bonifacii Pontificis ad Bardum Svarti.

Bonifacius (c) Servus Servorum Domini, dilecto filio Bardoni Serti, Canonico Bergenfi, salutem & Apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis Sighvatus Vigfus (d), Stirkarus (e), Erlendus Stirkari, Endre-

num subsecuta est appellatio, qui sententiam Anno 1302. per Capellanum suum Beltricum de Mediolano tulit, quæ sententia ab ipso Papa Anno 1303. confirmata est. Conf. *TORFÆI Hist. Norveg.* Tom. 4. pag. 403. 404. 421. & *SCHÖNINGH Beskrivelse over Trondhiems Domkirke* cap. 14. pag. 246-259. *Afhæng* pag. 31-48.

(a) Synodalia illa vid. ad finem hujus Cap. sub. Lit. D.

(b) Vid. *ibid.* Lit. E. Hæc & præcedentia Statuta exscripta sunt e Codice No. 351. Folia.

(c) Hic est *Bonifacius 8.* qui Anno 1294. electus fuit, unde constat, cum litteræ Anno tertio officii ejusdem datæ sint, ad Annum 1297. easdem pertinere. Litteræ autem hæc etiam legi possunt in *PONTOPPIDAN. Annal. Eccles. Dan. Diplom.* Tom. 1. pag. 777. 778.

(d) *Sighvatnm* qui hic nominatur, nostri Annales & *Vita Laurentii* ut & *Arna Episc.* constantiter vocant Sighvatum Lande, eundemque ut virum doctum, magnæ auctoritatis & Canonicorum coryphæum deprædicant. Sed hic cognomen *Lande* Thorbergo eundem tribuitur. Sighvatus semper fuit Arnæ Skalholtensis amicus, & ejusque vices in Concilio Lugdunenfi Anno 1274. sustinuit.

(e) *Stirkarus*, deest Cognomen aut Patronymicum, quorum alterutrum semper adscribi solet.

Endredus Amoris (a), Audenus Serkveri, Arno dictus Rans, Oblaudus (b) Vegandi, Audenus Thorbergi (c), Karus Martini, Thorbergus Roari, Thorbergus dictus Lande, Johannes dictus Elg. Arno Nicolai & Eskilus Rolbani (d) Canonici Ecclesiæ Nidarosienfis, quod venerabilis frater noster J. Nidarosienf. Archiepiscopus super quibusdam argenti & cere quantitibus ac rebus aliis ad eos convenienter pertinentibus injuratur eisdem, ideoque discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis audias causam & appellatione remota debito sine decidas, faciens quod decreveris auctoritate nostra firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere, proviso ne aliquis auctoritate præsentium extra Bergenf. & Nidarosienfes civitates & dioceses ad judicandum evocetur vel procedatur in aliquo contra eum. Datum Romæ apud S. Petrum cal. Febr. Pontificatus nostri anno 3.

§. 12.

De Eiliffo Korti.

Anno 1311 (e) Eilifus Korti Nidarosienfis Capituli Canonicus, & Jorundi adversariorum antesignanus, Archiepiscopus constituitur.
LII 2 Hic

- (a) Sine dubio is est, cui Canonici Anno 1286. Archidignitatem obtulerunt; cessante enim inter Regem & Archiepiscopum diffidio, aut Regi reconciliatus in patriam reversus est, aut sub umbra Archiepiscopalis potentie, Regi etiam ingratus, tutus quiescere potuit.
- (b) *Oblaudus*, leg. *Oblaudus*, sine dubio idem est, qui scholæ Skalholtinæ Anno 1274, & deinde Holanæ circa Annum 1303. præfuit, nam eundem interea in Norvegia fuisse, ibique magni æstimatum, constat.
- (c) Est *Audenus Rufus*, postea ab Anno 1314. ad 1322. Holanus Episcopus, de quo infra Sect. 4. cap. 2.
- (d) *Rolbani*, leg. *Kolbani* seu *Kolbeini*. Mirum, quod Eilifus Korti, Jorundi in officio successor hic non nominetur, quem inter Archiepiscopi adversarios non ultimum tenuisse locum certum est; Sed in causa esse potest, quod post Annum 1297. Canoniorum Collegio adscriptus fuerit.
- (e) Error typographicus in doctiss. *OLAVII Syntagma de Baptismo* Proleg. §. 13. irrepfit, ubi electioni nostri Annus 1324. assignatur.

Hic Islandiæ Præfules. Audinum Rufum Anno 1314. Jonam Haldori filium Anno 1322. & Laurentium Kalfi 1324. ordinavit; Sed in Egilli Ejulfi filii consecratione Anno 1331. ejus vices peregit Hacon Bergensis, senio enim & morbo confectus operi perficiendo impar erat. Anno 1328. casum Modruvallensem dijudicavit. Anno 1325. festum Corporis Christi in Norvegiam & Islandiam introduxit, & 1326. festum Magni Orcadum Comitum. Eo sedente, seu Anno 1328. templum Salvatoris quod Nidarosia fuit, cum universis ornamentis incendio perit, ad quod reedificandum, etiam in Islandia stipem emendicavit. Concilia nationalia sæpius eum habuisse certum est, quorum Acta de annis 1320. (a) 1322. (b) & 1327. 7. idus Julii (c) & Calend. Septembris (d) ad nos pervenere. Obiit Anno 1332, 4 Non. Septembris.

§. 13.

De Paulo.

Eilifo successit Paulus, ab his Magister, ab illis Dominus Paulus Cancellarius insignitus; unde concludi potest fuisse eum Magistrum artium & Regis Cancellarium. Anno 1340. Aslacum quendam ut Generalem Ecclesiarum Visitatorem in Islandiam misit, & Anno 1339. Jonam Indridi Skalholtensem, Anno 1343. Jonam Sigurdi Skalholtensem, Ornum Holtensem, Thorsteinum Bergensem, Guttormum Stafangrensem & Jonam Erici filium, Skalle dictum, Gronlandensem Episcopos simul ordinavit. Synodos nationales etiam sæpius habuisse videtur, exstant enim ejus statuta

(a) Vid. ad finem hujus Cap. Litr. F. Statuta illa exscripta sunt e Codice membranæ Bibliothecæ Magnæ in Folio No. 354. collata cum No. 351. & exemplari nostro chartaceo, quorum variantes cæcis includuntur. Idem dicendum est de proximæ sequentibus.

(b) Vid. ibid. Litr. G.

(c) Vid. ibid. Litr. H. Exscripta e Codice 351. Folio.

(d) Vid. ibid. Litr. I. Hæc Statuta exscripta sunt e Codice membranæ No. 138. in Quarto, collata cum No. 351. in Folio, cujus variantes & additamenta cæcis includuntur.

tuta de Annis 1334 (a), 1336 (b) & 1345 (c), quibus addi potest *Confessio fidei* sub ejus auspiciis conscripta (d). Mortuus est 1346.

§. 14.

De Arna Vade.

Huic anno 1347. sufficitur Arnas dictus Vade, qui, quod memoriam proditum est, nihil relatu dignum peregit, nam post perbreve officium administrationem, universali illa quæ Europam 1349. afflixit, peste absorptus est.

§. 15.

De Olao.

Anno 1349. ab unico quem Nidarosæ reliquit pestis illa epidemica, Canonico, eligitur Olauus, Abbas Holmenfis (al. Hamrenfis), qui Anno 1351, a Curia Papali reversus, Archicathedram ascendit. Hic Anno 1362, Jonæ Erici filio episcopatum Holensem contulit. Anno 1363, aut secundum alios 1362. Thorarinum Skalholtensem, & 1366. ejus successorem Oddgeirum ordinavit. Anno 1357, aut ut alii volunt, 1358. Eisteinum & Ejulfum, ut Generales Ecclesiarum Visitatores in Islandiam misit, qui sub specioso visitationis nomine, varias pecuniarum emunções & extorções exercebant (e). Moritur Olauus 1373.

-
- (a) Hæc & proxime sequentia Statuta e Codice membraneo nobis, toties citato No. 351. in Folio exscripta sistuntur ad finem hujus Capituli sub Litr. K.
- (b) Vid. *ibid.* Litr. L.
- (c) Vid. *PONTOPPID. Annal. Dan.* Tom. 2. pag. 169. 170.
- (d) De incerto anno. Exscripta est e Codice membraneo No. 138. in Quarto, ad finem hujus Cap. sub Litr. M. legenda. Eadem hæc Confessio est, ac illa, quam doctiss. *OLA-VIUS* in *Syntaxm. de Bapismo* sub titulo: *Agrip beilagrar trüar* allegat.
- (e) Vid. infra Sect. 2. cap. 1. §. 3. & cap. 2. §. 9. Sect. 3. cap. 6. §. 4. 5. Exstat tamen eorum Constitutionis apographum, quod ad finem hujus Capituli sub Litr. N. exhibebimus.

§. 16.

De Thrando.

Olo successit Thrandus Anno 1374, qui, ad ecclesiam Islandicam pertinente, quæ ad nos pervenire potuit, nulla re memorabili gesta, moritur Anno 1381.

§. 17.

De Hacone & Nicolaô.

Anno 1381, eligitur Dominus Hacon Ivari filius, qui in Germania, dum ad Curiam Papalem confirmationem acqvisturus tendebat, certior factus, laicum quendam, nomine Nicolaum, natione Danum, ab ipso Pontifice electum, & Avenione ordinatum esse, mutato proposito revertitur. Nicolaus autem nulla prorsus re in officio gesta, nam nec ordinationem nec confirmationem, nec ullam aliam officii partem peregisse dicitur, utpote omnino indoctus & literas ignorans, Anno 1386, ad plures abiit.

§. 18.

De Vinaldo.

Anno 1386. Vinaldus quidam Nicolao sufficitur, qui primus, & forte solus ab Islandis subsidium Pallii postulavit (a). Anno 1391. cau-
lam

(a) *Pallium* sive *Paludamentum* fuit vestimenti genus, quo, ad indicandum in alios imperium & excellentiam, soli quondam Imperatores amiciebantur; Sed seculo decimo quarto Episcopis, ad denotandum eorum imperium ecclesiasticum, & super alios ordines eminentiam, eodem uti concessum fuit. Primitus tantæ fuit magnitudo, ut totum fere corpus contegeret, sed cum tempore, in simbriam tres digitos longam & tres ulnas longam degeneravit. Alba hæc est & lanæ, quæ a collo per pectus demittitur, ad notandum bonum pastorem, humeris ovem perditam portantem, in eadem quatuor conspiciuntur cruces, binæ purpureæ, binæ vero nigæ; Consecratur non ex lana vulgari, sed certis cæremoniis præparata, quæ hoc modo consecratur: Die Sanctæ Agnetis, qui est 13. cal. Februarii, duo albi & probe loti agni inter missam in altari ejusdem divæ Sanctæ Agnetis constituntur & consecrantur, qui deinde subdiaconis ad templum divi Petri alendi traduntur, quorum est curæ: ut
Pallia

sam Einari Hafsidæ judicavit. Anno 1393. sententiam Jonæ Archiepiscopi de prædio Vatnsfiord confirmavit. Anno 1394. Vilchinum Skaltholtensem ordinavit. Mortuus 1402.

Litr. A.

(a) Jón med guds miskunn erkibiskup af Nidarósi. Andreas med þeirri sömu miskunn biskup af Osló. Jörundr biskup af Hólmi (Hólum). Erlendr biskup af Föreyum. Arni biskup af Skáiholtti. Arni biskup af Stafangri. (Narf) Arni biskup af Biörgin. Þorfinnr biskup af Hamri. fenda öllum mönnum í Nidarósi erkibiskups dæmi. þeim sem þetta bref séa edr heyra. frid oc fagnad í drottni Jesú Krísto. Medr því at var áhyggia. oc ástundan. oc forsiá. at veita fólksins saluhjálp. oc uora undermenn vísa gera af þeim hlutum. sem þeim væri nytfamliker at vita. oc þeirra sidu. oc meðferdi draga áleidis oc til betranar. þá báðum ver miúklátliga miskunnfamligan gud. at hann blesi ofs í brjóst gipt himneskrar speki. veitandi vizku. oc upptendrandi vorn alhuga. oc (giórd) girnd til þefs at vor aktan tœki af honum upphaf. oc med síálfs hanns miskunn.
kæmi

Pallia conficiantur, & quotæunqve opus est, in promptu habere. Necessitas Pallii in Concilio œcumenico octavo Anno 872. conclusa esse fertur, unaqve quod signum esset subjectionis & fidelitatis, quam Archiepiscopi Ecclesiæ Romanæ deberent, quod Gregorius 7. in juramentum fidelitatis mutavit. Hoc ornamento pro altari stantes utuntur, idqve tantum dum sanctissimis officii partibus funguntur. Quantas divitias hoc inventum loculis Pontificis Romani intulerit, inde constare potest, quod unicum tantum tale Pallium quandoqve 30000. aureos constitisse certum est. Hæc ut alia ejusmodi in rudiorum gratiam adnotare non inconveniens visum est, præsertim, cum Pallii Archiepiscopalis in hoc opere mentio sæpius injiciatur.

(b) *Id est:* Jonas dei gratia Archiepiscopus Nidrosiensis. Andreas eadem gratia episcopus Osloensis. Jörundus episcopus Holmenensis (Holenensis), Erlendus episcopus Faroensis. Arnas episcopus Skaltholtenfis. Arnas episcopus Stavangrenfis. Arnas (Narfus) episcopus Bergensis. Thorfinnus episcopus Hamrenfis mittunt omnibus hominibus, qui hæc epistolam legunt vel audiunt, pacem & lætiam in domino Jesu Christo. Quoniam nostra sollicitudo & studium & cura (*in eo occupatur*), ut populi salutem operam navemus, & nostros subditos doceamus eas res, quæ illis sunt scitu utiles, & eorum mores atqve conversationem promovent & emendant; Ideo supplices rogamus misericordem deum, ut nobis in peccatis inspiraret donum celestis sapientiæ, dans scientiam

kœmi hún til skylduligrar endalyktar. af því at (lœrdir menn þeir) hann ler þess þeim mönnum sem skipader eru til gudligrar þjónöstu. eigu fulluliga í friði oc frelsi gudi þjóna. þá endrnyum ver med (röksemd) ráðfœnd þessa biskupapings skipan þá sem giördi herra Vilhjálmr Kardinalis í Norægs Kóngrs ríki. þá er hann framdi þar þat embœtti sem herra (Innocencius) Þánnn hafdi hann tilskipat. suo sem sinn legatum. At huerr sem af síálfs síns vilia. oc valdi. gengr á annars fastæigno edr dregr under leg annars valld med ofríki. þá se hann af síálfsu verkinu bundinn med þónns atkuædi. En til þess at ránsadrinn beri eigi (lætti) apr af sínni frædd oc illzku. þá legjum ver þat til. at ránsfökin skal dœmaz fyrir dómara heilagrar kirkiu ef kirkiu edr klerkar voru rœnter. Suo hid sama lætrum ver bannsetningar suerd í gegnum alla þá menn sem med illvísu leita nidr at brióta. edr fyrirkoma. frelsi heilagrar kirkiu. innan Nidaröls erkbiskupsdœmis. edr þœrr laugfamilgar (loffamilgar) sidueniur sem kirkiu eigu at hafa. saker fórnarr hefdar. En med því at suo stendr ritad bæddi í guds laugum oc manna. at sökner oc dómur veralldligr mála. skulu eigi framslytiar á hátíðum ne helgum daugum. þeim sem einkannliga eru skipadir gudi (til) tignar. suo sem kunnigt er kristnu folki. oc suo fullkomliga er fyrertekid í skipunum heilagra fedra. fram at hafa þessháttar mála-
beiztur

tiam & accendens nostrum desiderium & cupiditatem (actionem), ideo ut nostra sententia ab illo capiat initium & cum illius gratia perveniat ad debitam finem. Quia dat ille iis hominibus, (Clerici enim) qui divino cultui sunt assignati, ut plene in pace & libertate deo serviant (oportet). Ideo nos renovamus et confirmamus (auctoritate) hujus synodi constitutionem, quam tulit dominus Vilhelmus Cardinalis in regno Regis Norvegiæ, quando officio ibidem fangebatur, quod Dominus Papa (Innocencius) tanquam suo legato ei demandarat. Quod scilicet, quicunque sponte sua & violenter alterius prædia vel invadit, vel, quod alterius subest dominio, violenta arripit, ipso facto ligatus sit sententia excommunicationis. Sed ne spoliator emolumentum capiat ex suo dolo & malitia, istud addimus, quod causa de prædationis a iudice sanctæ ecclesiæ, si templum vel clerici fuerint spoliati, iudicetur. Ita quoque gladio excommunicationis transignimus omnes illos homines, qui libertatem sanctæ ecclesiæ intra Archiepiscopatum Nidrosiensis, vel legitimas (inudabiles) illas consuetudines, quas templa propter antiquam præscriptionem servare debent, ex malitia infringere vel tollere student. Quoniam vero ita scriptum estat & in dei & in hominum legibus, ne actiones & sententiæ causarum secularium proferantur sabbatis vel festis diebus, iis imprimis qui dei in honorem sunt dicati, uti etiam populo christiano notum est, & ita constitutionibus sanctorum patrum plene cautum, ne quis

beizlur (málakærflur) á helgum tímum. at allt skal þat ónýttaz. sem þá er lött edr dæmt iafivel þó hvortueggi samþykki. sem málin eigaz vid (fyrir) þeim dómi nema naudslyn se til annars. edr milldlig nytsemd geri þat þolanligt. þá fyrirbióðum ver af guds hálfu. oc heilagrar kirkiu. oc allra vor. at veralldligar þingsstefnur se hafdar á drottinsdaugum. edr á öðrum hátíðum. allra hellz þá er predika skal guds ord fyrir folkinu. En ef nockur dirfiz at gera í mót þessari skipan vorri þá skal hann ta'la þá reffing. at vera affviptur umgöngu (inngöngu) heilagrar kirkiu um þriá mánaði. um þat fram annad. sem á hann leggz epter guds laugum. Þat fyrirbióðum ver oc med valdi vors þings. at prestar þoli þat leikmönnum. at kirkiur se hafdar fyrir hirdsluhús. oc allra sidz geri þeir þat siálf-er. þvíat ósæmiligt er at þeir geri þat siálfir er þeir eiga öðrum at quidia. Nú ef nockur berr í kirkiu fegl edr smör (smiörlaupa) edr skreid skarpa. edr annat þvílíkt. utan lof kirkiuprestz. nema hann flyti þat í braut. epter þriár áminningar prestz. sem ósæmiliga var þángat borid. þá uti hann sig þadan af vera útiluktan af heilagri kirkiu. En allt at einu lofum ver at menn flíi í kirkiur undan ófridi. med faung sin. edr elldzgangi. edr audrum naudslynium. suo þó ath þá se í braut bornir þeir hluter. er naudslyn letter af. Þann lofligan siduanda lándzins. at fá geri brúðlaup sitt opinberliga.

modi aCiones in foro temporibus sanctis instituantur, (*fin minus*) ut omne istud irritum habeatur, quod ibi agitur & iudicatur, quamvis consentiat uterque eorum, qui hanc coram hoc iudicio causam agunt, nisi necessitas aliud suadeat, vel grata utilitas illud tolerabile faciat; Ideo nomine dei & sanctæ ecclesiæ, & omnium nostrum prohibemus, seculares fori conventus celebrari diebus dominicis vel aliis festis, imprimis, cum dei verbum prædicandum est coram populo. Quod si quis contra hanc nostram constitutionem facere ausus fuerit, talem det penam, ut sit privatus frequentatione (introitu) sanctæ ecclesiæ per tres menses, præter illud quod ei imponitur secundum leges divinas. Illud etiam auctoritate nostræ synodi prohibemus, ne sacerdotes conveniant laicos in eo, quod templis utantur pro repositoriis, imprimis, ne illi ipsi hoc faciant. Nam deceat illos ipsos ista facere, quæ alios prohibere debent. Si quis templo vela, butyrum (vasa butyrum continentia) vel pisces arefactos vel aliud simile sine venia parochi, intulerit, nisi istud auferat post admonitiones a sacerdote ter factas omne quod indecenter eo introlatum fuerit, sciat se ab illo tempore exclusum esse a sancta ecclesiæ. Nihilominus homines ab hoste vel etiam ignis grassatione vel aliis necessitatibus fugientes in templa, sua secum ferre impedimenta permitimus, ita tamen ut res istæ, cessante necessitate auferantur. Laudabilem illam regionis con-

M m m

berliga. sem fer uill fá eiginkonu. vilium ver styrkia med vorri skipan. Nú ef nockur madr duelr lengr en um eitt ár oc þriá mánaði. brúðlaugsgerd sína. síðan þat redzt. utan naudsfn. edr skynsamliga sauk. þá sem fóknarpresti lýnz þar fyrir þurfa at setia lengri frest. þá skipum ver at honum se (fyrirbodin) kirkiuumganga. allt til þefs er hann leidretiz af þvílíkri þrályndi. Þat höfum ver oc stadfastliga skipað. at ef nockur af feiknönnum tekr under sig til prófs oc rannzaks. edr dóms. þær sakar fetn at eins eigu fyrir forstíóra heilagrar kirkiu at dømaz. vanúirdandi í því laugliga dömdend þeirra mála. oc gengr suo vitcz oc vitandi á setzardgerd. þá nýliga staddiz millum kóngsdómsins. oc kirkiunnar. oc af buðra-tueggju hálfu var med swardögum stadfest. edr fá sem dregr klerk naudgan under leikmannadóm. En þeir af leikmönnum. sem dóm leggja á kirkiu eigner. edr klerka. at þeim síalfum óspurdum (audspurdum). edr móti moelandum. þeim sem ráða eigu. þá fellir fá á sig fullkomid bann af síalfu verkinu. En þessi mál eru einkannliga tilfskilin. in compositione. Allar sakir þær sem klerkar (eiguz) vid. edr leikmenn sakia á klerka. hiónasamband. oc allt hiúfskaparmal. oc þau sem døma (sial. huerfu huerr er getinn laugliga. um frædi (forrædi) á kirkiuum. oc tíunder. um heit oc testamentum. er menn gera einkannliga af því er menn gefa kirkiuum. edr

consecutionem, ut nuptias suas palam celebret qui uxorem ducere vult, nos nostra constitutione confirmare volumus. Jam si quis ultra unum annum & tres menses celebrationem suarum nuptiarum, postquam scilicet illas peragi fuit conclusum, sine necessitate vel causa rationabili, ob quam parochi dilationem visum fuerit concedere necessarium, distulerit, jubemus nos ut illi frequentatio templi interdicitur, donec a tali resipuerit pertinacia. Illud etiam firmiter mandavimus, ut si quis laicorum istas causas, quæ tantum ab antistite sanctæ Ecclesiæ judicari debent, explorandas, examinandas vel judicandas sibi arrogaverit, eo legitimos iudices harum causarum contempserit & ecclesiam, & ab utraque parte juramenti conhrmabatur, vel si quis clericum innotum sub iudicium laicorum trahit. Illi autem laicorum qui de possessionibus templi vel clericorum iis vel inconsultis, vel contradicentibus, quibus dominium competit, sententiam ferunt, is perfectam excommunicationem ipso facto incurrit. Sed hæc cause in Compositione specialiter nominantur: omnes cause quæ clericos intercedunt, vel ob quas laici clericos in forum vocant, de matrimonio & omnibus eo pertinentibus, & ubi iudicandum num quis sit legitime natus, de administratione bonorum templi & decimis, de votis & testamentis, imprimis eo sine factis, quod quis templis aliquid vel aliis sacris locis & pauperibus hominibus legat. De prohibitione paragi.

edr öðrum helgum staudum. oc fátækum mönnum. Vernd pilgríma er víta heilagra kirkna. oc um þeirra mál. um kirkna eigner. oc um allt kirknafrelsi. er hún á í ser. oc fyrir utan sig. í mönnum oc eignum. oc þar sem selldir verða edr keyptir andliger hluter. um frillulífi. um hörðoma. oc frændsemisþell. um meinsæri. oc um okr. er menn byggja dautt fe. um villu alla oc vantrú. oc um aull önnur þau mál er þessum eru lík oc til heilagrar kirkíu heyrer dóm yfer at hafa. epter guds laugum. En þótt bæði se til guds retrr. oc suo er þat áúdsýniliga á quedid. í sœttarbrefinu. at klerkar skulu vera fullkomliga fríalsfir. undan öllu yferbodi leikmanna. edr þeir menn sem þeir hafa í sínum naudsýnium. eigu með öngu móti þýðaz under nockud forbod. sem kóngr edr hanns umbodsmenn leggja mönnum edr hafa álagt. um kaup edr faulur. þá finnaz þeir at því. sem þeirra frelsi girnaz. undandraga klerkunum. oc leita suo sinni illzku fram at koma. at þeir leggja fejalld á þá leikmenn. sem selia kirkium (klerkum) brennt silfr. edr adra hluti. til þess at engi treyftiz fríalsliga. at selia klerkum slíka hluti en audrum mönnum. Nú af því at suo finz ritad í laugum heilagrar kirkíu at ef einnhverr hlutr er bannad. þá er þat allt bannad eptir retrri skilning. sem þann hlut leider til framkuemdar. oc því leggium ver under bann alla þá. sem þvílíka hluti dirf-

M m m 2

az

peregrinatorum, qui visitant sancta templa, & de eorum causis, de possessionibus templorum & de omni libertate templi quam habet in se & extra se, tam homines quam possessiones; & ubi res spirituales vel emta vel vendita fuerint; de concubinato; de adulteriis; de incestibus; de perjuriis & de forneratione, quando quis inanimatas res elocat. De hæresi quacunqve & infidelitate & de omnibus illis causis quæ his sunt similes, & de quibus iudicium ferre ecclesiæ juxta leges dei competit. Sed quævis & lex divina adsit, & expressis verbis illud in literis Transactionis determinetur, quod clerici esse debeant plene liberi ab omni imperio laicorum, & ut illos homines, quorum ministerio in necessariis functionibus utuntur, nulla ratione se submitti oporteat cuiquam interdito, quod Rex vel ejus curatores hominibus imponant vel imposuerint ratione emtionum vel venditionum; Nilulo tamen minus inveniuntur qui clericis suam libertatem subtrahere cupiunt, & suam ita malitiam effectui dare fatagunt, ut multas laicis illis irrogent, qui vendunt templis (clericis) argentum defecatam vel alias res, ne quis potius clericis libere vendat tales res, quam aliis hominibus. Jam cum ita scriptum reperiat in legibus sanctæ ecclesiæ, quod si quæ res vetita fuerit, tum omne illud vetitum est juxta sanum sensum, quod illam rem ad effectum ducit, & ideo subijcimus excommunicationi omnes illos, qui has res sustinent, nulla ratione accipient facere ejus excommunicationis absolutionem, donec restituant.

az at gera. skulu þeir með aungu móti lausn fá. af því banni. fyrr en þeir ha á ádr aprgreitt suo mikla penninga sem þeir tóku af þeim sem *seilda* sitt. Svo oc ef nockur dirfiz at ófrelsa vinnuönnum edr þjóðstu monnum. klerkum (klerka edr kirka) edr kirkiuum. suo (sem steinsmíði) smíði edr skipstjórnarmönnum þeirra. edr ádra þá starfsmenn. leggjandi á þá fiólfkyllði almennilig. edr einslig. tálma skip þeirra. edr taka með valldi. utan nockur mikil naudsyn kalli at. edr almúgins naudsyn. oc halldi klerkar of fast í þeim tilfellum. þá viti fá ser bannada vera inn-gongu heilagrar kirkiu af skipan þessa þings oc aunga aflausn fá. fyrr en hann hefer vidrkuemiliga bætt þat sem hann braut. Þat er oc búkup- um hugleidanda. þar sem ofs er á hendi fölgid. ábyrgd þeirra manna sem ver erum yferskipader af guds hálfu. at eigi drögum ver undan fyrir ófkynsamliga þaugn. vid vora undermenn. þat sem naudsyn veti at vita. því hinn helgi Páll postuli segir suo í sínum pistli ad effesios. vos scitis quo modo nichil. subtraxerim vobis utilium quominus annuncierem vo- bis. quapropter confessor vos. quia munde sunt manus mee a sanguine omnium vestrum. þat má sua noröna. Þer vitid sagdi postulinn þat ec hefi engan hlut undandregid vid ydr. oc þann sem ydr var naudsyn í at vita. suo at eigi bodada ec ydr. oc fyrir því vitiu þer siálfir at hendr min- aru hreinar af allra ydvarra blóði. En hvat gefr postulinn öls at skilja fyrir þessi ord. nema þat at hann væri sekr blóds þeirra. þat er synda þeirra. oc tíöns. ef hann hefði nockud med þaugn undandregid þat at segja

christianus docere tenetur, id quod nemo gentilis potest, cum fide christiana vacet, nec qui nondum confirmatus est, cum perfecte christianus dici nequeat. Quartum denique genus quod officia spiritualis cognationis præstare non potest, constituent duo conjuges, qui priusquam suscipiunt, matrimonio conjuncti sunt. Cognatione non conjuncti, modo adsint, potius quam cognati, suscipiunt. Caveat sibi quicumque mas, qui quatuordecim annos natus est vel natu major, ne se confirmandum sinit, nisi sit jejunans, accuratamque dederit confessionem, velut quilibet homo pius se sumendo corpori domini nostri præparat; Fæmina vero si sit annorum duodecim. Talia enim sanctæ ecclesiæ sacra, quæ clerici sacramenta vocant, ne sumantur vel dentur, nisi a jejnantibus, tam ab eo qui dat, quam ab eo qui accipit, excepto gravi necessitatis casu. Quod si mas vel fæmina mulieri parturienti adfuerint, & probabile iis videatur illam partum eniti non posse, membrumque aliquod infantis humani de forma in lucem venerit, cui vitam inesse viderint, tunc quicumque adfuerint, majoris cautelæ ergo membrum hoc aqua lustret, dicatque: *Ego baptizo te, creatura dei, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.* Quod si hic infans materno utero vivus eliciatur, ut reliqui, de quibus num baptizati sint dubitatur, infans, baptizetur & nominetur. Nec ulli corpus dei, extremam unctionem, vel coenationem ante templi fores ab alio quam sacerdote parochiali sumere integrum est, nisi
speciale

presti sínum. nema hann hafi sierligt hans umbod þar til. oc ef nockur bróder edr hreinlís madur gefur nockurum manne vors herra líkam. edr púfar þeim saman. edr sýngur brúdmesso. edr oléar nockurn mann fyrer utan sierligt umbod þar til hans söknarprestz. þá fellr hann í bann af sílfu verkinu. þat sem eingin má hann afteyfa nema þávin. Er þat ei voda lauft. oc þeim sem þetta eitthvert tekr af haunum. at hann falli í þá saumu þínu. einkannliga sídan er þat er lýft fyrer maunnum. oc því varizt menn giörla vit því. Varizt menn oc skipat at allar þær sektir sem maunnum kunna til at falla um prófasta edr þeirra ármenn í heilagrar kyrkiu umbode. at þat skal upplúkast med vitordi söknarprestssins þess sem sakadr er. svo at prestrin hafi til reidu at tíá biskupi sínum fyrer hverfu mikit. eda fyrer hvat. hvert var útlökic. at biskupin megi próva oc þar megi hann nockut ráð á leggja. ef þat kann próvatz. at því hafi úlaugliga sett verit. edr þær nádir ágiöra. sem haunum þiker tilfelliigt vera.

Litr. N.

(n) Ollum mōnnum sem þetta bref síá edur heyra fenda Eyúlfur prestur Brandsfon. kōrsbroder af Nidarōse. oc bróder Eysteinn Canonicus regularis sanctæ sedis visitatores Islandiæ qvediu guds oc sína. Kunnigt giörande at sub anno gratiæ 1358 í ockarri visitacione í Skálholts

specialem habuerit veniam, & si quis frater vel sanctimonialis corpus domini nostri cuiquam dederit, vel quosdam copulaverit, vel missam conjugalem dixerit, vel undionem extremam præstitit, modo speciali ab ejus sacerdote parochiali auctoritate instructus non sit, ipso facto excommunicationem incurrit, a qua nullus præter papam illum absolvere potest. Timendum quoque illi qui aliquid horum ab illo impetrat, ne eandem incurrat penam, imprimis postquam hoc publicatum fuerit; ab hoc itaque quam maxime omnes sibi cavento. Hoc etiam mandatum esse sciunto, quod omnes illæ multæ, quas vel præpositi vel eorum in sanctæ ecclesiæ cura vicarii imponunt, sciente ejus, qui mulctatus est, sacerdote parochiali, solvi debeant, ideo ut sacerdos suo episcopo rationem reddere possit, quantæ illæ multæ fuerint, & quam ob causam quævis solvantur, ut episcopus porro eas explorare possit, & si injustæ probentur, aliquid dare consilium, vel eas prout illi conveniens vilium fuerit, mitigare.

(n) *Id est:* Omnibus has litteras visuris vel auditoris, mittunt Ejolfus Brandi filius sacerdos, canonicus Nidrosiensis & frater Eysteinnus Canonicus regularis, sanctæ sedis visitatores Islandiæ, dei & suam salutem: Notum facientes, quod in visitatione nostra per diœcesin

holts biskupsdæme á Islande. fundu vid at nockúrar misgöngur voru í millum lærdómfins, oc leikmannanna um þá sumu lute oc articulos sem millum bar fornra landfins vana. oc med gíörra órscorda biskupanna oc skipana. Oc sva sem vid budum oekur til á lögþingi. at retta oc at gera þat er almenninginum þætti rettliga vidur kyrkiunnar formenn at vera at því traustari samþykkt mætte opennberlega halldast milli krúnunnar oc kyrkiunnar. Sögu leikmennirnir opinnberlega hvat þeim þótti at vera. oc skipadu þá til á sinna vegna eva heidrliga menn. I svar Vigfusson oc Biörn Olafsson sina almenniliga oc serliga umbodsmenn. iárandi samþykliga at hafva þat oc halda sem stadt oc stödugt sem þeir samþykkti fyrir almúgan í þann sama dag sem virduligur herra. herra Gydr med guds náð biskup í Skálholtti hafði sic tillátat at þessir lutir skyldu tractazst sem var næste dag fyrir Þórláksmessu. sva at úskaddr veri at öllu kóngins heidr í Norege. oc þegnanna rettr. oc sva æi sidr um sik færmd oc röksemd kyrkiunnar. Nú í fettan dag í Skálholtti merkiligum prestum biskupsins tilkallodum. oc nefndum umbodsmönnum almúgans tilkomnum epter fattgriangligt samtall allra vor í millum. samþykktum ver oc stadfestum at úbyrgduliga skyldi standa í Skálholts biskupsdæmi þessi articulos sem hier fylgia. þar til sem kóngur oc erchibiskup med bestu manna ráði í ríkinu vilia adra skipan ágiora. Inprimis at hver madr sem kyrkiu

gigh

diœcesin Skalholtensem in Islandia sub anno gratiæ millesimo trecentesimo quinquagesimo octavo facta, diffusum quendam de nonnullis rebus & articulis, de quibus vetus terræ consuetudo & lætæ ab episcopis sententiæ & constitutiones non conveniebant, clericos & laicos intercedere reperimus. Cumque in iis, quorum vulgus ecclesiæ antistes jure accusarent, emendandis & corrigendis, nostram operam in foro generali obferreimus, ideo ut eo tutius inter imperium & ecclesiam concordia palam consensu posset, tunc laici palam, quod sibi taxandum videretur, protestabantur, duosque viros honestos Ivarum Wigfusi filium & Biörnnum Olafi filium, tam generales quam speciales mandatarios sua vice constituebant, unanimiter promittentes, se illud firmum ratumque tenere & habere velle, in quod illi loco vulgi consentirent, se eodem, qui venerabilis dominus, dominus Gydrerus dei gratia episcopus Skalholtensis res istas se ita tractare velle pollicitus erat, ut Regis Norvegiæ honor, subditorumque jura, nec minus ecclesiæ honor atque auctoritas, in totum salva manerent, qui dies proximus erat ante festum Thorlacii. Jam præfinito die advocatis episcopi insignioribus sacerdotibus, nominatisque vulgi mandatariis Skalholtæ convenientibus, habitoque pacifico colloquio, articulos qui sequuntur in diœcesi Skalholtina observandos esse approbavimus & confirmavimus, donec Regi & Archiepiscopo cum optimatum regi consilio locum

constituer

æighn helldr. taki heima tíund sína oc prefts tíund uppá riettan reikning vid heilaga kyrkiu. af öllu sínu gódze föstu oc lausu. hvar sem hvert stendr eptir því sem landfins vani. oc forn oc nýr kristinrettr segir. Item at þeir bændr sem útkyrkiur hallda take heima tíunder sínar af öllu sínu gódze oc lýsiftolla oc sína heimamanna. sem at fornu hefir verit. sva þó at þaghat leggjzft ei tíunder af sleiri bærom í foknum. utan þær liggi allar til foknarkyrkiu. Item at þvílíkt offur lúkizft prestum útaf kyrkium. sem þeir sýngia til en ei framar. Item at preftar edr bændr halldi kyrkna gódz epter iardar magni. Item at menn megi fríalsliga taka kyrkna fe medr iörðum þeim sem menn kaupa. þó at þær komi ei sferlig biskupskipan til. sva framt sem þeir eru fullvedia med kyrkiurnar. Item at þat fattmál sem Eiríkr Noregs kóngr ágiætrar minningar oc Jorundr biskup oc Arni biskup í Skálholti giörðu sín ímilli standi úbrigðiliga. oc sva vottar ord epter ord sem her fylgher. Eirekr med guds náð oc miskun Noregs kóngr — Herra Finnr inzciplade. Jón klerkur ritade. oc til fanninda.

Litr.

constituere placuerit. Inprimis ut quilibet, qui templi bona (administranda) tenet, ex omnibus suis opibus, mobilibus atque immobilibus, ubicunque existerint, juxta terræ consuetudinem atque præscriptum juris ecclesiastici, tam antiqui, quam novi, sui proprii domicilii (*temple &c*) debitas sacerdoti decimas sumat. Item ut illi, qui templa minoris notæ tenent, coloni ex omnibus suorumque domesticorum bouis de proprio suo domicilio decimas, & expensiones pro candelis sumant, antiquam consuetudinem in eo servantes, ita tamen ne decimæ a pluribus parochiarum villis accedant, nisi omnes ille ad templum parochiale pertineant. Item quod sacerdotes non ex aliis quam in quibus suo funguntur officio, templis, tales habeant oblationes nec amplius. Item quod sacerdotes vel coloni bona templi pro rata fundi teneant. Item quod cuiuscunque bona templorum cum prædiis, quæ emit, accipere integrum sit, etiam si non ad sit specialis episcopi constitutio, modo templorum cura ei committi possit. Item quod pactum illud quod Ericus Rex Norvegiæ beatæ memoriæ & Jörundur Episcopus Arnasque episcopus Skálholtenfis inter se sanciverunt, ratum habeatur & invariabile uti hic de verbo ad verbum sequitur: *Ericus dei gratia atque clementia rex Norvegiæ (*) Dominus Finnus sigillo munivit, Jon clericus scripsit, & quo magis hæc confirmatur &c.*

(*) Vid. supra pag. 411. Lit. B.

Litr. O.

(*) In nomine Domini amen. Olauus Dei patientia Archiepiscopus Nidrosiensis, Gisbertus Bergensis, Havardus Hamarensis, Johannes Gardenis, ejusdem gratia ecclesiarum episcopi, Nidrosiensis ecclesie suffraganci, universis Christi fidelibus, per Nidrosiensem provinciam constitutis, salutis æternæ gaudium, in filio virginis gloriose. Cum ex debito pastoralis officii, prohibere vitia, persuadere virtutes, ac animarum salutis salubriter providere tenemur, nec non utilia quæque subditos docere, & mores actusque eorundem in melius reformare; sollicitudini præhabita diligenti, ne, si quidquam e grege dominico, nostro regimini commisso, per nostram incuriam seu negligentiam fuerit deperditum, subditorum sanguis per nostris manibus per districtum judicem requiratur. Nos in hoc præsentis concilio residentes, ac juxta sacrorum canonum statuta de subditorum excessibus corrigendis, & moribus eorum in melius reformandis, ac animarum profectibus tractantes, patrem misericordiarum imprimis suppliciter imploramus, ut ipse in hiis exsequendis ex sue benignitatis inundantia, salubriter compleat, quod nostra modicitas, nisi ipso opitulante, non præsumit; & ut ipso initiante, ac consumante, ad finem debitum quod cœpimus, ejus auxilio, perducere valeamus. In nomine igitur sanctæ & individue trinitatis, Patris, & Filii & Spiritus Sancti, imprimis statuimus, præcipimus, & mandamus, ut clerici (quorum conversationem, castitate, modestia, pudicitia, sobrietate, temperantia, ac cæteris virtutum exercitiis convenit adornari) contemplationi sint, & orationi dediti, quia ad fortem domini sunt electi. Contentiones, lites, & rixas, ac cæteras insolentias, honestati derogantes clericali, procul abjicientes, sic evitent, ut omnipotenti deo (cujus servitium specialius deputantur) digne valeant famulari. Quædam enim horrendi criminis usus frequens, ymo verius frequentia damnabiliter usitata (quod dolentes referimus) quosdam immo plures, (quamvis ad nostram & patriæ verecundiam hæc dicamus inviti) Noricæ provinciæ presbyteros ac clericos alios, excecavit qui propriæ salutis & juramenti sui immemores,

immun-

(*) Postquam illa, quæ supra pag. 453. exstant, scripsimus, in Bibliotheca Magnæana No. 36. in Octavo sequens Statutum Synodale inventum est, quod & huic Capiti jungetur.

immunditiæ foetoribus turpiter infudantes, non solum sibi focarias simpliciter adjunctes. & in curiis suis publice detinentes, verum etiam (quod execrabilius & damnabilius est) eas pactis, donationibus, vel aliis fidelitatis promissionibus intervenientibus, convocatis ad hoc earum confangvineis, ad instar laicorum sibi impudenter associant, & conjungunt. Quamvis enim nostri prædecessores exhortationibus, monitionibus, & processibus diversis, etiam si, proch dolor, illorum laboris fructus nullus vel modicus ostendatur. Nos tamen adhuc sic inhoneste viventium inveteratis malitiis, novis volentes remediis obviare, statuimus, ut quicumque presbyter vel clericus in sacris ordinibus constitutus, maxime beneficium ecclesiasticum obtinens, cujuscunque fuerit status, officii, dignitatis, prærogativæ, vel honoris, qui post monitionem sibi a dyocesano suo factam, in domo sua, & expensis tenuerit vel habuerit concubinam juxta statutum piæ memoriæ domini Olavi Archiepiscopi prædecessoris nostri poena pecuniaria puniatur. Quam si minus timuerit, suspensionis, excommunicationis, vel privationis sententiis percellatur. His vero, qui pactis vel donationibus, ut præmissum est, sibi concubinas associaverint, in dimidiate fructuum beneficiorum suorum per annum multentur, gravius, si suo dyocesano visum fuerit, puniendi. Item hujus sacri approbatione concilii statuimus, ut bona beneficiorum decedentium, dummodo non sint a bonis ecclesiarum distincta, hæredibus eorum absentibus, per dyocesanos locorum vel eorum procuratores ad hoc specialiter deputatos, donec inter ecclesiam & hæredes clerici decedentis justa fiat bonorum divisio inter illos. Laici vero prædictam conservationem in grande ecclesiarum dispendium sibi, occasione jurisdictionis secularis, vendicantes, per mensem, si a dyocesanis requisiti non destiterint, ingressum ecclesiæ sibi noverint interdictum, quod si prædictam poenam, quod absit, animo sustinuerint indurato, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Item presbyteris curam animarum habentibus omnem vagandi & discurrendi extra suas parochias (cum ex hoc quovis populus iis commissus officio debito defraudetur, ac animarum non modica imminere pericula) cupientes adimere facultatem prohibemus, ne quis parochialis presbyter extra suam parochiam, absque sui prælati vel ejus locum tenentis licentia speciali seu evitenti necessitate, nisi alium ydoneum presbyterum ejusdem dyocesis, qui interim vices & officium suum debite peragat & attente loco suo relinquat, notabiliter se absentare præsumat,

sumat, statuentes, ut quicumque presbyter extra suam parochiam per quindecim continue, nisi unam supra dictarum seu aliam justum & legitimam absentiam suam causam probare potuerit, compertus fuerit commorari, marcam Noricanam solvere teneatur. Si vero extra dyoccesin illicitiatus abscellerit, ut prædictum est, in marca puri condempnabitur, ipso facto. Item quoniam (qui) abjectis vestibus proprio congruentibus ordini alias assumere & in publico portare rationabili causa cessante, præsumit, professorum prærogatiæ ordinis illius se reddit indignum, juxta concilium Viennense; inhibemus, ne quis clericus virgata vel partita veste, aut alias, quam canones præcipiunt, formata publice utatur, pro ut canonicam vitare voluerit ultionem. Item quia his temporibus (quod dolentes referimus) defectu personarum exigente, ad regimen animarum simpliciores & ignari plerumque assumuntur, statuimus, ut superiores juniores præbyteros instruant de cæteris officiis & maxime de canone missæ, sacramento baptismatis atque extremæ unctionis, officio sepulturæ, & aliis ad officium presbyteri spectantibus, & super præmissis sæpius examinentur diligenter, ut sic ad eorum diligentiam cæteri gaudentes concurrant, in cantica laudum confurgant, & omnium corda & voces, ora & labia ymnos perfolvant lætitiæ salutaris, & psallet fides, spes tribudiet, exultet caritas, devotio plaudet, jubilet chorus, puritas jocundetur, cum singuli alacri animo pronaque voluntate conveniunt, sua, ymo Christi officia laudabiliter exsequendo. Cæterum statutum pie recordationis domini Arnonis Archiepiscopi prædecessoris nostri (in quo quasi omnium priorum justitia refecatis superfluis sunt collecta) quo ad omnia ipsius capitula, clausulas & articulos, præsentis auctoritate concilii innovavimus, approbamus, & ratificamus, cujus statuti quasdam singulares clausulas, aliquibus utilibus de novo additis sub pœnarum adjectione, in modum, qui sequitur decrevimus muniendas. Statuimus ergo seu statutum declaramus, quod presbyteri, cæterique ecclesiarum rectores & præpositi tam clericos, quam laicos diligenter doceant de veneratione eucharistiæ & credulitate, ut, cum inter manus sacerdotis in officio altaris levatur, vel presbyteris per plateas aut quemcumque locum portatur ad infirmos, depositis caputis & pileis, nudis & extensis manibus, flexis genibus adoretur. Quam quidem eucharistiam a presbyteris, indutus super pelliciam, velatam sub mundo velamine, cruce, candela accensa, cum tincinnulo & aqua benedicta præcedentibus, ad infirmos præcipimus depon-

tari;

tari; nisi locorum impederit distantia, aut rationabile obtiterit impedimentum, & tunc in munda bursa sive pera, circa collum presbyteri reverenter cum libro & stola deferatur, atque in loco mundo hoc quod super fuerit, diligenter observetur. Præterea statuimus, ut nullus sacerdos vel clericus in sacris ordinibus constitutus, qui usque ad extremum vite sue in concubinato notorio compertus fuerit perdurasse, ad sepulturam infra muros ecclesie sine dispensatione episcopi admittatur, & quicumque tales in ecclesia scienter sepelierit, ad arbitrium dyocesani puniatur. Item statuimus, ut presbyteri, curam animarum habentes, doceant, vel docere faciant parochianos suos, tam senes, quam juvenes nescientes, symbolam & orationem dominicam, cum salutatione beatæ virginis, & frequenter eos examinent de prædictis, & maxime in confessionibus eorum; debitam poenam addiscere renitentibus infligentes; de fide catholica, & ejus articulis, de baptismo, & ejus effectu, aliisque ecclesiasticis sacramentis, de septem mortalibus peccatis, & de poenis gehennalibus pro eis debitis evitandis. Item cum scriptum sit, ut a quo quis defendi tenetur ab eodem non debet impugnari, præsentis auctoritate concilii statuimus, ut clericus cujuscumque status, ordinis, vel dignitatis, existat, qui procurat a rege vel seculari potestate, directe vel indirecte, manifeste vel occulte, contra justitiam se tueri, quo minus pro suis excessibus a suo iudice ecclesiastico corripiatur, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Item statuimus, ut quicumque clericorum, contra jus & libertatem ecclesie cathedralis, vel honorem episcopalis dignitatis, advocaverit, vel conspirationem fecerit, eo ipso excommunicationis sententiæ subjacebit. Item statuimus, quod claustra monialium sub diligenti custodia & firma clausura, præcipue de nocte observentur, nec clericos vel laicos religiosos vel seculares, post earum vespervas, ad se ingredi permittant, nisi urgens necessitas, & evidens utilitas id exposcat, & tamen non in locis vel horis suspectis. Item prohibemus ne quis indiscretas indulgentias pronunciet, sive pronunciare præsumat. Item statuimus, ut in monasteriis quibuscumque nullus pretio vel pactione recipiatur in fratrem vel sororem, nec in prebendarios vel prebendarias, sine suorum dyocesano- rum consensu. Quod si factum fuerit, sit irritum & inane. Contrafacientes vero & consentientes, juxta arbitrium dyocesani puniantur. Item statuimus, ut si quis laicorum, causas ad ecclesiasticorum forum spectantes (quæ sunt hæc: omnes causæ clericorum, quando inter se litigant, vel a

laicis impetuntur, sive agatur ex contractu vel quasi, seu delicto vel quasi; Item causæ matrimoniorum, natalium, juris patronatus, decimarum, votorum, testamentorum, maxime quando agitur de legatis, ecclesiis & piis locis & religiosis, tuitio peregrinorum visitantium (limina beati Osmi, & aliarum ecclesiarum cathedralium in Norvegia & eorum causi, item causæ possessionum ecclesiarum, symoniæ, fornicationis, adulterii, incestus, perjurii, usurarum, sacrilegii, hæresis, & aliæ consimiles, quæ ad ecclesiam spectant mero jure) contra (com) positionem inter regnum & ecclesiam olim initam, & juramento hinc inde firmatam scienter, in contemptum ordinariorum, examinandas, discutiendas, vel dissolvendas, sibi assumerit, vel qui clericum invitum ad forum traxerit seculare, vel de rebus ipsorum clericorum vel ecclesiarum, ipsis irrequisitis, vel contradi- centibus, judicaverit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. Item si quis in clericum, monachum vel conversum, virginem sacram vel conversam, vel in aliam religiosam personam, cujus religio approbata est, manus violentas, & temerarias injicit, ipse ligatur a canone: similiter & is, cujus auctoritate & mandato illud fit, nisi mandatum integrum revocaverit, (item) qui tam temerario mandato præsumpserit obedire. Item & ille latam a canone sententiam incidit, qui cum potest clericum defendere a violenta & injuriosa manuum injectione, & non defendit; quod verum est de eo, qui dum ratione potestatis vel officii prohibere (potest) & manifesto facinorosi desinit obviare. Item, si potestas, consules & rectores Balivi, & alii officiales laici civitatum & aliorum locorum, angarias & exactiones indebitas ecclesiis, clericis, aut eorum possessionibus inferant, & jurisdictionem seu auctoritatem prælatorum evacuaverint, nisi moniti desistant, tam ipsi, quam ipsorum fautores, excommunicationis sententia, lata per canonem se noverint subjacere. Item ille, qui alicui supra dictorum succedit, post mensem ecclesiastica censura percussitur, nisi infra duos menses post ipsorum excessum (taliam) sui prædecessoris emendaverit, quia eo ipso facto eidem intelligitur consentire. Item illi, qui contra libertatem ecclesiasticam statuunt, nisi statuta edita, & in scriptis redacta, infra duos menses post ipsorum publicationem de libris suis capitularibus deleverint, excommunicationis sententia, lata a canone in- nodantur. Item statutorum ipsorum scriptores, nec non potestates, consules & rectores, & consilarii locorum, si secundum ea judicare præsum- ferint, vel in formam redegerint judicata; similiter si consuetudines læ-
 vaverint,

vaverint, vel fervari fecerint, contra libertatem ecclesiæ intraduclas, excommunicationis sententiam non evadant. Item matrimonia clam contrahentibus triennalis pœnitentia imponatur. Sacerdotes vero, tales conjunctiones non prohibentes, atqve debitas denunciations requisiti obmittentes, ac talibus contractibus interesse non caventes, per triennium ab officio suspendantur, & gravius, si culpæ qualitas postulaverit, puniantur. Qui vero, vivente uxore scienter cum alia contraxerit, vel e contrario: excommunicationi subiaceat ipso factò, a qua, nisi tanquam pro simplici adulterio satisfecerit, nullatenus absolvatur. De contrahentibus vero secundas nuptias statutum est, quod vir vel mulier ad secundas nuptias transiens benedici non debeat, cum alias fuerit benedicta, ne injuria fiat hujusmodi sacramento. Et presbyteri, qui scienter secundas nuptias benedixerint, per suum diœcesanum a suspensionis sententia quam incurrunr, vel hæctenus incurrant, absolvi possunt, & super executione ordinum, ac retentione beneficiorum, per eosdem libere dispensari. Item clerici beneficiati, decedentes, ecclesiis a quibus fructus levaverunt, decimam partem bonorum per ecclesiam acqvistorum, in ultima dispositione relinquunt, quod si renuerint, ad jus commune duximus recurrendum. Item itatui-mus, quod canonici existentes in studio, de suorum sententia prælatorum integre præbendarum suarum fructibus gaudeant; Sed vicaria & cætera omnia ecclesiæ debita, de fructibus ad communem mensam spectantibus deducantur. Et quicumque procurator mensæ communis ante terminum de pñte procurationis seu dispensationis suæ ad requisitionem procuratorum absentium, vicarias seu onera non solverit, eo ipso ab ingressu ecclesiæ sit suspensus. Item ut canones latæ sententiæ, per quos excommunicationis sententiam, ipso factò quis incidit, semel in anno in ecclesiis cathedralibus, ac etiam in aliis majoribus ecclesiis, in vulgari puplicentur, & post publicationem singulis annis, qui in dictos canones inciderint, pulsatis campanis, candelis accensis excommunicati generaliter nuncientur. Item quicumque clericus, qui cuiquam contra ecclesiam, in subversionem ecclesiasticæ libertatis, patrociniûm præstiterit, vel impugnantibus eandem ad hoc auxilium vel consilium impenderit, ipso factò sententiam excommunicationis incurrat. Item quicumque res vel bona, in ecclesiis vel cimiteriis custodiendi causa reposita, furtive vel violenter rapuerit vel extraxerit, vel alias immunitatem ecclesiæ qualitercumque violayerit, vel hoc fieri mandaverit, excommunicationis sententia

tia ipso facto sit ligatus. Item volumus, quod ad jejunium vigilię beati Mathię & ipsum festum, tempore bissextili, antiqua ipsius ecclesię consuetudo observetur. In quorum omnium evidentiam, & fidem pleniorum, cum sigillis nostris discreti viri domini Arno Ketilli, in procuratorio venerabilis in christo fratris nostri, domini Salomonis Dei gratia episcopi Asloensis: Barderus Eindridi & Thorfinnus Eirici Nidrosiensis: Arno Thorstani Asloensis: Odgarus Thorstani & Bothulphus Asberni, Bergensis: Petrus Eindridi, & Thoras Thorkilli: Stavangrensis: Barderus Beronis, Hamarensis: ecclesiarum canonici, ipsarum ecclesiarum capitulorum procuratores, sua sigilla presentibus affixerunt. Actum Nidrosię decimo Kalendas Septembris. Anno gratię millesimo, trecentesimo, quinquagesimo primo.



SEC.

SECTIO II.

De statu ecclesiæ interno; doctrina, cæremoniis
ecclesiasticis, regimine ecclesiastico, re
litteraria & litteratis,

CAP. I.

*De statu ecclesiæ & religionis, ritibus & regimine
ecclesiastico.*

§. I.

Politicus Islandiæ status hoc tempore sub potentissimorum Norvegiæ Regum dominio satis commodus fuit, præsertim tamen sub Magnò *Lagabæter* (legum Correctore) ejusque filiis, Erico & Hacone, qui saluberrimas leges condendo, & spectatæ virtutis viros indigenas, quales fuerunt Rafnus Oddi & Ketillus Thorlaci, provinciæ præficiendo, subditorum commoda summopere promovere studuerunt. Eorum vero successores, Magnus Smeck & ejus filius Hacon, antiquas quidem leges & consuetudines, quorum Islandi fuerunt tenacissimi, conservarunt, & quantumque correxerunt, novasque, ita poscente necessitate, subinde condiderunt; Sed præfectos & Satrapas tales plerumque subditis imposuerunt, qui tributorum collectioni & privato lucro intenti tantum erant; plurimi enim, aut in annum tantum, aut ad maximum triennium, nunc totius provinciæ, nunc unius tantum quadrantis regios redditus & vectigalia, quasi hastæ supposita, magna promissa pecunia, licitatorum more, emerant & conduxerant; Curam vero publici tam politici quam ecclesiastici emolumenti aut exiguum, aut plane nullam, habuerunt. Externus Ecclesiæ status, non quidem fuit tumultuosus aut impacatus, sed non tamen semper satis quietus & sedatus; nam supremum & absolutum ecclesiæ regimen

Y y y penes

penes Norvegiæ Reges esse, haudquaquam Nidarosienfes Archiepifcopi ferre potuerunt, qui iisdem, non modo pares, fed in rebus ad Ecclefiam fpectantibus fuperiores haberi & foli omnia dirigere geftiebant (a), quorum veftigijs nonnulli Islandorum Epifcopi contra Regios Præfectos, quantum in illis fuit, infiftebant; hinc lites, diffidia, creberrimæ excommunicationes & anathematum fulmina, quæ in contranitentes torquebant. Ferraro autem hoc tempore feditiones & prælia inciderunt, ut ex Regum, Archiepifcoporum & Epifcoporum geftis & hiftoria personali patet. Hoc itaque Capite interiora tantum ecclefie lineamenta aliquatenus depingere animus fert, feu de ipfa religione, dogmatibus, cæremoniis, regimine ecclefiaftico, aliisque eodem pertinentibus, quorum alibi non fatis perfpicua, exigua, aut omnino nulla facta eft mentio, tantummodo agere ftatuimus.

§. 2.

De Archiepifcoporum divitiis poteftate & arrogantia, & fupra, & hic feparatim aliquid dictum eft, quorum veftigijs, ut genuini filii, nonnulli Epifcoporum infiftebant, qui etiam quandoque Regibus recalcestrantes mandata illorum contemnere non dubitarunt. Horum magna pars extranei fuerunt, qui non jam, ut hætenus, a civibus eligebantur, fed hanc fibi & Canonicis Nidarosienfibus poteftatem Archiepifcopus arripuerat. Eorundem poteftas & divitiæ tanta ceperunt incrementa, ut iis contradicere, eisdemve, vel in minino irritare, valde effet periculofum; nam præter quod nullum competentem iudicem, aut fuperiorem, præter ipfum Papam & Archiepifcopum agnofcebat, ipforum iurisdidio, omnes fere caufas, quæ accidere potuerunt, quodammodo complectebatur; ex gr. omnes caufæ quæ clerum aliquo modo tangebant; de violatione feftorum, cæmteriorum, templorum eorumque poffeffionibus; de votis, teftamentis, pauperum pecunia, decimis, eorum fecuritate qui S. Thord-

(a) De fefto Iona Archiepifcopi, qui Magno Regi in caufa Oddenfi, quæ anno militeſimo ducentefimo feptuageſimo ſecundo in conventu Bergenſi iudicanda erat, iudica pætes omnino denegavit, & fupra dictum eft, & infra dicendi locus erit. Anno militeſimo ducentefimo nonageſimo nono Jorundus Archiepifcopus in eodem fefto cum Rege Hacone in conventu Nidarofienſi confedit: Conf. *Vitam Lawſonii*. De Rege & Epifcopo ita loquitur ipſe Rex Magnus in *Codice L. L. Isl. Tit. de Chriftiana Relig. Cap. 2. Duo ſunt Dei viſibiles diſpenſatores, unus Rex, alter Epifcopus, &c.*

cum aliosque Sanctos visitabant; de conjugio, cognationibus & affinitatibus tam corporalibus quam spiritualibus, incestu, adulterio, scortatione & omnibus eo pertinentibus; de perjurio, blasphemia, hæresi, fanore, & omnibus aliis causis quæ in *Jure Ecclesiastico* nominantur, adeo, ut perfacile illis fuerit, inimicis gravem aliquam causam intentare; Cujus abusus hæc quidem tempestate non raro apparuit, haudquaquam tamen pariter ac sequenti seculo; nam licet quidam hujus periodi Episcopi essent avari & fastuosi, plures tamen, si cum sequentibus eos comparaveris, tolerandi, imo etiam, quidam eorum viri pii, probi, & ecclesiæ proficui dici merentur, licet optimis quibusvis, quos produxerunt priora secula, neutiquam sint comparandi. Omnes hi, quamvis cælibes vixerint, concubinas tamen aut nothos habuisse non reperiuntur, præter Audinum Rufum, qui filiam, & Laurentium, qui unicum habuit filium. In annis visitationibus, præter confirmationes infantum, inaugurationes templorum & indulgentiarum erogationes, maxima illis cura fuit de templorum bonis augendis, cæremoniis rite servandis, & moribus, tam pastorum quam plebis taxandis & corrigendis, quorum delicta, nisi valde essent enormia, aut ipsi episcopo obstinaces semet præberent, multa pecuniaria plerumque expiabant, reliquos vero gravioribus pœnis, carenis scilicet & excommunicationibus plectebant. Synodos Nationales & Provinciales circa annum millesimum trecentesimo quadragesimum secundum primum instituit & Norvegorum more habuit Jonas Sigurdi Episcopus Schalholtinus, in quibus res majoris momenti tractavit, constitutiones ecclesiasticas fecit, & de gravioribus causis judicia seu sententiam pronuncia- vit; qui mos per universam Islandiam deinde observari cæpit; causas autem ecclesiasticas ex Archiepiscoporum Constitutionibus, præcipue tamen ex præscripto *Juris Ecclesiastici*, quod Arnas Thorlaci filius conscripsit, dijudicabant, quod, licet primum a Regibus Magno & Erico prohiberetur, eorundem tamen paulo post conniventia & permissu, ut & incolarum unanimi consensu, receptum fuit, & tandem a Magno Erici filio, a quibusdam dicto *Smæck*, publico edicto, dato anno millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, confirmatum, & incolis gravi addita comminatione, ut ad ejus præscriptum viverent, injunctum. Cum vero hæc legum ecclesiasticarum mutatio famosissimæ inter Regem & Episcopos controversiæ, quæ integros octoginta duravit annos, præberit occasionem, ut eadem luculentius exponatur, nostri esse officii agnoscimus,

cujus cum hic se offerat commoda fatis occasio, eandem ordine & quam verissime exsequi ac enotare operam dabimus.

§. 3.

Ad hæc usque tempora vigerat *Jus Ecclesiasticum Thorlaco Ketil-
lianum*, una cum Archiepiscoporum & Episcoporum constitutionibus,
 quarum supra mentio facta est. Sed anno millesimo ducentesimo sexa-
gesimo nono novos quosdam jussu Jonæ Archiepiscopi publicarunt arti-
culos Arnas & Jorundus Episcopi, quos anno millesimo ducentesimo sep-
tuagesimo ejusdem farinae constitutio Arnæ Episcopi sequebatur (a),
 quæ ut præludium subsequendum innovationum & turbarum respicienda
 sunt; Nam anno millesimo ducentesimo septuagesimo quarto novum, in-
 stinctu & mandato ejusdem Archiepiscopi, Arnas conscribi curavit *Jus
 Ecclesiasticum*, quod anno millesimo ducentesimo septuagesimo quinto
 in comitiis universalibus, præter pauca quædam Capita, ab omnibus appro-
 batum fuit, & in leges relatum (b). De quo, tam ipsi Præfules quam
 Regii Præfecti eodem anno Regem certiore fecerunt, qui sequente mox
 anno rescripsit, non obscure innuens, novum hocce jus sibi magnopere
 displicere, leges enim condere suum & Archiepiscopi esse, non vero
 cujusvis subditi; Archiepiscopus vero, cujus nutu hæc suscepta erant,
 omnia confirmavit, & ut cæptis instarent Episcopi, severe mandavit.
 Quibus contraria injungentibus respondit Arnas Episcopus, composuisse
 se quidem & evulgasse *Jus Ecclesiasticum*, idque in Norvegiam, ut a Rege
& Archiepiscopo censeretur & confirmaretur, transmisisse, quod se in-
 colis præter eorum voluntatem obrufurum non fore promisit. Anno
 autem millesimo ducentesimo septuagesimo septimo Rex Indridum Boggul
& Nicolaum Oddi, multa ad Islandos perferentes edicta misit, qui per-
 duellionis crimen omnibus intentarunt (c), causas suas Episcopis potius-
 quam

(a) Confer Sect. 3. cap. 1. §. 4. & 7.

(b) Hæc fuisse Cap. 4. de potestate Episcoporum in templa eorumque possessiones. Cap. 12. de
 elemosynis sive cibariis in pauperes erogandis. Cap. 33. de fanore & 38. de excommu-
 nicationibus, quæ ipso facto contrahuntur.

(c) Diximus supra Per. 2. Sect. 1. cap. 1. §. 5. Episcopis prinitus aut nullam speciem
 aut valde exiguam concessam fuisse jurisdictionem; sed eos cum tempore præterito
 sub

quam Regiis dijudicandas subijcientibus, insimul prohibentes, neqvis ex novi Juris (a) præscripto, cibarias elemosynas pauperibus erogaret; de felstis

Y y y 3

sub finem aristocratæ eandem paulatim sibi arripuisse, quorum vestigiis non insistebat modo, sed eadem longe supergressus est Episcoporum imperiosissimus Arna Thorlacii filius, qui, quot causas civilis magistratus jurisdictioni subducere & ad solos Episcopos transferre conatus fuerit, ex legis ab ipso conditæ cap. 36. conspicuum est. Cumque sæpius laicis se æquum, quandoque etiam indulgentiorem præberet, conf. Sect. 3. cap. 1. §. 50. plurimi ejus arbitrio, declinato Regionum duriori judicio, causas libenter subjecerunt. Quibus principiis obstantum ratus videm est Rex, sed Episcoporum potentiam veritus, hoc edicto imperiosum Præfulem directè aggredi non ausus esse, sed indirectè per laicorum latus, qui suas causas ei submiserunt dijudicandas, eundem petere consultius duxisse videtur. Hinc Indridio Boggul in mandatis dederat "ad vǫgia til vid Arna biskup." 3: *Arna Episcopo conuere.* Confer *Historiam Arne episcopi* cap. 22.

- (a) Probe attendendæ sunt notiones vocum *christinnrettr* & *christindómsbálk*. Nam licet sæpe occurrant, non tamen unum eandemque habent significatum. Quandoque enim & 1) Sunt mere synonyma ut in *Jure Ecclesiastico vicens*. Edit. Havniæ 1759. Quod cap. 1. habet. "Her hæfer christindómsbálk sem gǫnga skal." Id est: *Hic incipit titulus Juris ecclesiastici qui observabitur.* Sed cap. ultimo. "Nú er christinnrettr talldr slíkr sem ver komom minni á." 2: *Jam jus ecclesiasticum recensitum est, prout nobis in mentem venit.*

2) Notant duo diversa ex. gr. Rex Magnus *Lagabæter* circa annum 1280, tam in proœmio *codicis legum Islandicarum*, quam in inscriptione Tituli seu Libri Secundi expresse vocat eundem *christinnómsbálk*. Sed ejus filius Hacon, in edicto dato 1316, dicit nullum *christinnómsbálk* in eo Codice fuisse, quem pater ejus Islandis misit. Unde constat, tempore Magni hunc Librum vocatum fuisse *christinnómsbálk*, Licet unicuique tantum ejus caput de religione christiana aliquid haberet. Sed regnante Hacone *christinnómsbálk* notasse integrum Librum seu systema, faciendorum & fugiendorum regulas, ut & transgressorum pœnas continens. Talem enim titulum aut Librum in hoc codice nullum esse manifestum est.

3) Vox *christinnrettr* nunc notat integrum Codicem de consuetudinibus Ecclesiasticis & jure Canonico agentem; ut *Christinnrettr nye*, *Christinnrettr gauli*, *Christinnrettr Þorlaks oc Ketils*, *Christinnrettr Jons Erchibiscups*, *Christinnrettr Arua biscopis* &c. Vel etiam tales omnes constitutiones, quæ hoc vel illo tempore vim legis habuerunt, ut in hoc Erici Regis edicto. "Allr christindómsrettr ok þær sliker sem þær kunna" til að falla. " &c. Vid. supra pag. 413. Litr. D. Quandoque autem unicuique tantum juris caput aut constitutionem de hac vel illa re, ut in his loquendi modis. *Christinnrettr um tekiar þessa*, *Christinnrettr um tænder*, *Christinnrettr um kyrkio;gner*, *Christinnrettr um sladamál*.

4) Et

festis autem sacris, jejuniis & poenitentiis Episcopo statuendum permiserunt. Quæ dum in Islandia gerebantur, Rex & Archiepiscopus in gratiam invicem redierunt, & famolissimam Transactionem Tunsbergensem iniierunt, quæ Rex a se suisque successoribus leges ecclesiasticas condendi potestatem in Archiepiscopum ejusque successores penitus transtulit. Quæ victoria exultans Archiepiscopus, Islandorum Episcopis mandavit, ut ejusdem fructibus uti memores, ecclesiæ jura facta tecta conservarent. Quo hæc controversia ad tempus sopiebatur, & *Jus Ecclesiasticum Aræanum* per universam Islandiam acceptatum, vim legis obtinuit.

S. 4.

Mortuo anno 1280. Magno *Lagabæter* successit Ericus vulgo *Præsthatari*, qui eodem anno Lodinum Lepp & Jonam Nomophylacem in Islandiam misit, ut incolas in novi Regis verba jurare adigerent, novumque *Legum Codicem* a Magno Rege adornatum introducerent. Qui cum quædam incolas minus grata contineret, & non pauca, quæ juri Ecclesiastico adversari videbantur, a multis, præsertim vero Episcopis, Archiepiscopi fretis auxilio & autoritate, tantum non rejectus fuit (a). *Tandem*

4) Et tandem vox *Christenrett hinns forni* (Jus Ecclesiasticum Antiquum) non semper notat *Jus Thorlaco-Ketillianum*, nec juri recentiori seu *Aræano Codici* opponitur, qui etiam quandoque ut jus antiquum & dudum receptum, recentiorum innovationibus opponitur, ut manifeste fit in Libello supplicis ab Holanis anno 119. Regi transmissi, & Regis ad eos responsi, ubi per *Recentis Jus Canonicum* intelligenda sunt placita Audini Episcopi, & onera ab illo, & deinceps ab Orno Præfate, incolas imposta, contra aut præter *Juris Aræani* aliarumque antiquarum legum normam & præscriptum.

Harum distinctionum neglectus, ut & historię eccl. Island. non sufficiens peritia, pluribus, qui de hac disputarunt materia, non parum officit; Inter alios etiam dicecæleos Schall, Episcopo meritissimo Mag. J. ARNÆSONIO, quod illæsa magis & de literis optime meriti viri fama dictum esse discupio, qui in proluxa & operosa valde disquisitione de legibus canonicis Islandorum, omnia Regum Norvegię edicta, quæ recentiorum Episcoporum onera, scita, & indictionis sub nomine *Nye Christenrett* prohibent, de legibus ab Arna Episcopo conscriptis unice agere, vocem vero *forni Christenrett* semper & ubique de legibus Thorlaco-Ketillianis accipi debere magnopere contendit, quod fecus se habere dicenda docebant.

(a) Arææ Episcopi Vita cap. 28. " Herra biskupinn villdi eigi samþykka þær greinn er
" cilia

dem tamen post longam disceptationem ad pacta descensum est; quibus codex ab incolis receptus, & Episcopis quædam, quæ petierant, concessa fuerunt. Sed cum controversia de præbendis simul vigeret, quæ ab auctoritate hujus *Juris Ecclesiastici* pendebat (a), & componi non posset, lis mox renovabatur, tantoque ardore contendebatur, ut Episcopi haud paucos diris devoverint, quibus Rex edictum quoddam (b) opposuit, cui Arnas ne latum quidem ungvem cedere voluit; Jörundus autem anno 1283. Regi scripsit, placere sibi omnia de legibus ecclesiasticis & præbendis, si in eodem manerent statu, quo fuerunt sub Rege Hacone & Sigurdo Archiepiscopo. Cui respondit Rex edicto, quo verbis & propositione Præfulis non utitur, sed omnibus notum facit, se cum Jorundo Episcopo aliisque Episcopis de jure ecclesiastico transegiſſe, eo modo ut omnia

" einn vaxi laugmadr yfer landlaugum ok gudslaugum, ei helldr at kóngr ætti seke
 " á villu. eðr veralldliger dómarrar skvilldu segja lög yfer hiðnabandmálum, oc ei at
 " þar vari svo mörg óbótamál. " Id est: *Dominus Episcopus illis articulis consentire noluit, ut unus (idemque) Nomophylax legibus præſſet civilibus & canonicis; nec quod Regi ob hæresin multa competeres; nec quod judices sæculares de causis matrimonialibus jus dicerent; nec tandem quod tot essent delicta inexpiabilia.* Et cap. 29.
 " Þá let Arni biskup uppleſa bref Jóns erkiþiskups — oc mætti: ek mon eingum
 " þeim lut játa sem móti er hans vilja oc bodi. Þvíat biskup skal lög segja um þill
 " mál oc yfer þillum faukum sem tilheyra heilágni kirkio, prófa þær oc dama. enn
 " eigi leikmenn. " Id est: *Tum Arnas Episcopus literas Jónæ Archiepiscopi recitavi fecit — & dixit: Nulli rei contra ejus voluntatem vel mandata assensum præbebo; Episcopi enim est jus dicere de omnibus causis & delictis quæ sanctam ecclesiam concernunt, illa examinare & judicare, non autem laicorum est.*

- (a) Ad §. præcedentem (b) notavimus, *quænam* capituli *Juris Canonici* incolæ primo, sive ante annum 1277, approbare recularint. Sed jun anno 1280 de omnibus penitus transactum fuit, præter caput quartum, quod agit de templis & templorum possessionibus, de quibus in hunc modum loquitur. " Biskup var skal kirkium ráða ok sva " þillum eignum þeira ok þillum christnum, dómi sva ok tíundum ok tilgösfum þeim, " sem menn geta gudi ok hans helgum mǫnnum löglega sier til líkluálfar, þvíat " eke vald meiga leikmenn yfer slíkum hlutum eiga utan biskupa skipan. " Id est: *Templa & omnia eorum bona, & omnes res sacræ, decime & expensiones quæ in Deum & sanctos ad propriam suam salutem juste conferuntur, petes Episcopum nostrum fuisse, nulla enim in his res laicis potestas competit, sine mandato Episcopi.* Quod instar eridos poni inter clerum & laicos fuit usque ad annum 1297, quo tandem sedata est hæc controversia.
- (b) Vid. supra pag. 413. Lit. D. Quod edictum cum sit sine adscripto anno & pleraque apographa, quæ ad nos pervenerunt, datum omittant, nos ad annum 82. referimus.

omnia in eodem statu manerent, quo fuerint ante transactionem anno 1277. Tunsbergi factam (a). Quæ verba utriusque in suam trahebant partem. Laici enim contendebant hoc modo antiquatum esse novum illud jus ecclesiasticum de jure præbendarum a laicis in sacerdotes transferendo ab Arna Episcopo anno 1275. compositum, quod Tunsbergi 1277. confirmatum fuerat. Præful autem hoc a se conscriptum jus ab incolis receptum fuisse biennio ante conventum Tunsbergensem, ideoque non tum primum in leges relatum fuisse. Sed edictum eas tantum leges annihilatum ire, quæ ibidem & postea sancitæ fuerunt, tantaque contentione res acta est, ut etiam diris & devotionibus pugnaret, ut ex historia personali Arnæ Episcopi percipere est. Nec sopiri potuit controversia, priusquam anno 1297, cum Jorundus Archiepiscopus gravi cum Canonicis Nidarosiensibus controversiæ innodatus, Regique cedere coactus, Amasuctor fuit, ut cum Rege de lite præbendaria contraheret, quo omnino de Arnæano Jure Ecclesiastico in diœcesi Skalholtina sublata fuit controversia (b), adeo, ut quæcumque de eadem re posthac acta sunt, ad Holnam tantum pertineant; unde sequitur eadem Juri Arnæano haud quæquam opposita esse.

S. 5.

Anno 1299. Erico in Norvegiæ regno successit Hacon Magni filius, cui Svenno Thorsteni, Alfus de Kroke (c), aliique ex Islandia, partim vera, partim falsâ detulerunt; inter alia, quod Jörundus Episcopus pauperes debita portione decimarum, balænarum & piscium, qui diebus festis ducerentur, defraudaret, cujus avaritiam reprimeret Rex suum esse ducens, eidem

(a) Vid. supra pag. 412. Litr. C.

(b) Conf. Sed. 1. cap. 3. §. 3.

(c) *Laurentii Vita* cap. 15. " Þá kom Krókalfr æptr af Íslandi og sagde kóngi mætt " nýungar. " Id est: *Tunc Krokalfus de Islandia redux Regi multa nova retulit*, Cap. 15. " Þá kom enn úr til Íslandz Alfur úr Kröki. hafði mörg kóngsbref og " mættar nýungar. " Id est: *Tunc Alfus de Kroke in Islandiam iterum rediens multas literas regis & multas novitates attulit*. Confer *Annales Flatejarsti & Arngrætor*, qui his consonant, innuuntque Alfum & Sverum Longum aliosque multa retulisse " tum facta sunt ódrúfíf. " Id est: *Quædam vera, quædam fecus*.

eidem peculiare opposuit edictum (a), quod nihil de codice agit Arnæano, neque eundem prohibet, sed tantum abusus & injustitiam, cujus Jörundus Episcopus insimulabatur. Jörundo autem circa annum 1312. successit Audinus Ruffus natione Norvegus, qui legum & consuetudinum Islandiæ ignarus, aut earundem contemptor, omnia, aut ad mores Norvegicos, aut ad proprium arbitrium instituire & reformare voluit, & contradicentes excommunicavit, cujus innovationibus Rex primo opposuit edictum, antiquum Jus Ecclesiasticum confirmans, jussitque ut omnia legibus, non excommunicationibus agerentur (b). Tandem vero, cum hæc nihil proficerent, gravissimum transmisit edictum datum anno 1316, quo manifeste prohibet, ne codices Juris Ecclesiastici a patre suo, aut Jona Archiepiscopo, conscripti & evulgati in Islandiam introducantur, sed ad ejus præscriptum, qui ante has innovationes in usu fuerit, causæ discernantur, injungit (c). Hæc omnia Audinus susque deque habuit, ut ex quærela & relatione Holanorum anno 1319. ad Regem transmissa patet (d), quæ in apicium profert, & omnium oculis pandit, famosam illam de *Jure Ecclesiastico* Islandorum controversiam, quæ hoc tempore viguit, nihil ad *Codicem Arnæanum* pertinuisse, sed tantum ad injustas Holanæ dioceseos Episcoporum exactiones & innovationes referendam esse, quas sub nomine *Novi Juris Ecclesiastici* Norvegiæ Reges toties prohibuerunt, quod etiam ex dicendis adhuc clarius innotescet.

§. 6.

Supplici huic, de quo mox egimus, Holanæ dioceseos civium libello, per Ketillum Thorlaci tum temporis totius Islandiæ Præfectum & No-

(a) Vid. supra pag. 417. Litr. A.

(b) Vid. supra pag. 413. Litr. D.

(c) Vid. supra pag. 422. Litr. C. Exstat etiam Regis Haconis edictum supra pag. 419. Litr. B. quod post ejus fata in Islandiam misit Magnus Erici filius, de quo ut & alius, quorundam sententia est, quod Norvegis primum scripta fuerint, sed oblata occasione & similitudine causarum, eadem post aliquot annos ad Islandos transmissa fuisse, quam, cum non omnino sit vero dissimilis, negare non audemus.

(d) Vide infra Sect. 3. cap. 2. §. 13.

Z z z

& Nomophylacem perlato, Magnus Erici, qui avo suo Haconi successerat, edicto, dato anno 1320 sex noctibus post vigiliam Botolphi, respondit (a); sed quando & qua occasione duo ante allata edicta proposuerit, nobis ignotum est (b). Sunt qui ea ad hunc referant annum, ea forte inducti causa, quod ipse Præfectus & Nomophylaces in Norvegia præsto erant, quos sibi & patriæ hæc edicta expetiisse putant; Quidam vero ea ad tempora Ormi Episcopi detrudunt, quorum cum neutri omni destituantur probabilitate, & parum referre videatur, utrum statuerit, nos in medio relinquitur. Intermedio enim tempore, a morte Audini anno 1321. usque ad Ormum Episcopum, qui anno 1343. cathedram Holanam ascendit, ne verbulum quidem de novo jure Ecclesiastico dictum fuisse videtur; Nam Laurentius Kalfi filius & Egillus Ejolfi, natione uterque Islandus, patriæ consuetudinibus & *Juri* Arnæano, ut dudum recepto, suas actiones accommodabant. Sed mox ubi Ormus Holanam, & Jonas Sigurdi Schalholtinam, calcare cœperunt Cathedras, controversia recruduit. Uterque enim, neglecto jure Arnæano aliisque patriæ consuetudinibus, Audini more varias indictiones & insolita expensa incolis imponere cœperunt, ut ex eorum historia personali discere licet. Unde nota sunt, præter mox memorata Regis Magni edicta, quorum tempus in medio relinquitur, regia mandata & rescrypta, quæ supra pag. 433. Lit. D. & p. 436. Lit. F. exhibuimus. Id autem certum est, quod hæc controversia penitus sepeleiri non potuit priusquam anno 1356, quo Rex edixit, ut idem observarent, & pro lege obligante agnoscerent Holani jus Ecclesiasticum, quod tum temporis in diœcesi Schalholtina vim legis habuit, quod fuit *jus* ab Arna Episcopo anno 1274 conscriptum (c), & anno 1275 in leges publicè receptum

(a) Vid. supra pag. 429. Lit. A.

(b) Vid. supra pag. 430. Litr. B. & pag. 435. Litr. E.

(c) Magni Regis edicta & litteras Ormo Episcopo datas vide supra Sect. I. cap. 5. *Quærent* ultimæ Litr. F. de legibus ecclesiasticis Islandicis clarissime loquuntur. *Quæ* à accerate conferantur (a) cum Jonæ Haltoridæ litteris datis anno 1326. in vigilia Agostolorum Simonis & Judæ: "Nú af því menn greini ei leingr á um þetta, og sé " öllum mönnum se vor vilie kunnigr, þá stadfestum vier med þessu voru lezt og " endurnýjum giörd og skipan hinna fyrri biskupa, einkanlega andlegs fídurs vor " herra Arna biskups Þorlákssonar, sem hann giörði med bodi og yfirlýnning. " legs herra Jóns Erkebiskups í Nidarósi." Id est: *Ne igitur hoc in re dicitur*

ceptum & relatam, quod exinde per totam Islandiam, usque ad temporis reformationis, pro indubia lege habitum fuit.

§. 7.

Præcipuæ, quas movent contradicentes, objectiones, fundatæ sunt in Regiis, quæ attulimus, edictis, quæ Islandos, novum, imprimis vero illud a Jona Archiepiscopo conscriptum *Jus Ecclesiast.* accipere prohibent, jubent autem vetus, quod tempore Regis Haconis & Sigurdi Archiepiscopi invaluit, retinere & pro lege obligante agnoscere, quorum resolutio ex supra dictis & explanatis facile promi potest; Id tantum hic addimus, quod præterque constitutiones & consuetudines, quas Arnas anno 1274. scripsit, & suo codici inseruit, tempore Haconis & Sigurdi, id est

Z z z 2

anno

*diutius interfit, & ut omnibus nostra voluntas nota fit, bis nostris literis confirmamus & renovamus acta & constitutionem Episcoporum prædecessorum (nostrorum), inprimis vero spiritualis nostri patris, domini Arnæ Episcopi Thortaci filii, quam ex mandato & sub auspiciis reverendi domini Jonæ Archiepiscopi Nidarosiensis tulit. Et (B) Gyrderi Episcopi litteris datis 1354. biennio tantum antequam Rex hoc proposuit edictum, ita sonantibus. " Saker þessi þad er bædi fornt lögmál og nýtt, að þar lúkið tiund af " hvörri jördu, sem hún hegr i sökinni, oc Christinrettr leger svo, at þeim er rett " tiundar heimta, sem á jörðu býr, sá sem samþycktr hefer verit um alle skálholtz " biskupsdæmi, so af lærdum sem leikuru. " Id est: *Cam leges tam antiquæ, quam recentiores ferant, ut decime de quacunqve villa penduntur, ubi in parochia sita est, sed jus ecclesiasticum ita dicit: incola prædii decimarum juste postulatur, quod (jus ecclesiasticum) per totam diæcesin Skalholtensem, tam a clericis, quam a laicis, approbatum est.* Haftenus ille; nam reliqua huc non spectant. Hæc, inquam, si debite observentur, ac cum Codice Arnæano conferantur, manifestum fit Jonam Haltoris loqui de codice Arnæano, nam ejus verba desunta sunt ex ejusdem cap. 26. Similiter & Gyrdum, cum hæc periocha, " Rett er heimt tiund at þeim sem á jörðu " býr " id est: *incola prædii decimarum juste postulatur, in nullo Islanderum jure canonico occurrat, nisi in Arnæ Episcopi codice cap. 14.* Præterea Gyrdus expressè fatetur, hunc codicem ab omnibus tam clericis, quam laicis, in diæcesi Skalholtensi pro indubitata lege agnosci & receptum esse. Quod etiam plurimum Episcoporum Skalholtens. verba & exempla comprobant, ut & Holarorum, qui post annum 1356. vixerunt, quæ ad fatietatem produximus in *diatribæ de Legibus Ecclesiasticis Islandorum* unde hæc excerpta sunt. Sed ex allatis talis fuit conclusio. Quodcumque Jus Canonicum circa annum 1356. in diæcesi Skalholtina vim legis obtinuit, & ab omnibus pro lege obligante agnatum fuit, illud, & nullum aliud, ex regio mandato per univèrsam Islandiam valere, & pro lege obligante agnosci debuit. Atque codex Arnæanus ita — Ergo.*

anno 1252. in usu & pro legibus agnitæ fuerint; Frivolum etiam esse putamus; quod statuunt *Jus Ecclesiasticum*, quod Jonas Archiepiscopus Norvegis obtrusit, idem esse, ac quod Arnas in Islandiam introduxit, cumque Rex *Codicem* Jonæum abrogaverit, sequi volunt, quod Arnæum eodem edicto sustulerit; Sed errant. Nam similia quidem hæc jura sunt at nihilominus diversa, 1) Ratione temporis & loci; Arnas suum conscripsit codicem in Islandia anno 1274, eundemque in leges referri curavit anno 1275; Sed Jonas suum in Norvegia, postquam in Concilio Provinciali Bergis anno 1280, ab Episcopis approbatus fuerat, evulgavit, & Norvegis obtrusit; unde liquet Arnas suum ex codice Jonæo derivare non potuisse; sed absurdum est cogitare Archiepiscopum suum ex Arnæano hausisse. 2) Ipse Arnas fatetur in epistola Regi scripta, composuisse se *Jus Ecclesiasticum* svasu & impulsu Jonæ Archiepiscopi, sed nunquam dicit Jonam ipsius autorem esse, quod certe non tacuisset, nec spirante & florente adhuc Archiepiscopo, talem ei honorem detraxisset, & sibi appropriasset, si non revera ipsi proprius fuisset. 3) Fatetur Arnas se suum ex novis decretis compilasse codicem, per quæ intelligimus *Jus Canonicum Romanorum* (a) & ex illo constatas *Constitutiones Archiepiscoporum Nidarosensium*; ipse enim Jonas, cum Arnæ, ut hoc opus aggregeretur, auctor exstiterat, dono dederat *Decretalia* cum Apparatu, ex quibus plurimam Arnas hausisse haud ambigimus; Præterea suos Doctores & Autores laudat; Magistr. *REMUNDUM* & ex Mag. *GOTHOFREDO* quædam adfert; Sed *Jus Ecclesiasticum Jonæum* nunquam laudat aut nominat.

- (a) Quenam fuerint *decretalia* cum Apparatu (ut loquitur Author *Vite Arnæane*) quæ Archiepiscopus Arnæ Episcopo dono dedit, quibus ad compositionem hujus operæ, ut ipse fatetur, usus est, non liquet, cum plures exstiterint *Decretales*; nos solum cogitare fuisse recentissima Pontificum Romanorum Rescripta & Decreta a *RAIMUNDO* de *PENNA FORTI* in 5 libris distincta, quæ communiter vocantur *Decretala Extravagantes*. Hæc Arnas itidem vocat *Nova Decreta*, quod recens collecta, & reliquis *Decretalibus* juniora essent; Confirmat hanc Sententiam, quod *Summa Magistri Raimundi* aliquando in hoc opere allegatur, quam etiam puto esse *Summam de casibus penitentialibus* in quatuor libris ab eodem hocce *RAIMUNDO* adornatam. Sed quisquam fuerit Mag. *GOTHOFREDUS*, quem etiam appellat, divinare non possumus, cujus, ad indicandum, quinam casus conversationem cum excommunicato adferent, sequentes adferunt verba:

Utile lex humile res ignorata necesse
Nec Anathema quidem faciunt ne possit obesse.

minat, quod sane erga magistrum & patronum magna fuisset ingratitude & injuria, quæ Archiepiscopo bilem merito movere potuisset. Sed quod *Jus Thorlaco-Ketillianum* nunquam nominat, licet ex illo plurima in suos usus verterit, haudquaquam mirum est, cum illa, ut antiqua, omnibus nota essent, & nemo ei de illis litem moveret. 4) Ipse Rex Magnus in epistola, ad Arnam & Islandos anno 1276. transmissa, haud obscure Archiepiscopum excusat, sed Arnam temeritatis objurgat, quod sine suo consensu hunc codicem evulgaverit, dicens sui & Archiepiscopi esse leges condere, non vero cujusquam alius subditi, quod (ut verisimile fit) non fecisset, si scivisset Archiepiscopum hujus legis autorem esse. 5) Multa continent hi codices dissimilia, diversa, & tantum non contraria, qualia sunt, totum decimandi negotium, quod apud Norvegos & Islandos est dissimilimum; numerus festorum non utrobique idem, neque de eorum celebratione eadem præcepta; nam quemadmodum Norvegi ignorarunt bina Thorlaci & Jonæ Ogmundini festa, quæ Islandi summa devotione honorabant, ita etiam Islandi festum Coronæ Spinæ, Sti. Hallvardi, & Botolphi non curabant, quæ a Norvegis sacrosancta habebantur. *Jus Ecclesiasticum Foneum* numerabat 35. causas, quæ ipso actu excommunicacionem mereri putabantur; *Arneanum* vero sedecim tantum agnoscit, ex quibus non nisi tredecim enumerat, quod Jonæ probe cognoscens, circa annum 1280; sua Islandis obtrudere voluisse videtur, quod non opus habuisset, si *Arneani Codicis* author fuisset; Quæ omnia exempli tantum & probationis loco hæc vice proposuisse sufficere videtur. 6) Non magis sequitur, quod *Codex Arneanus* sit a Jona Archiepiscopo compositus, licet ejus svasu & instinctu sit conscriptus, quam quod *Codex Thorlaco-Ketillianus* sit ab Adsero Archiepiscopo adornatus, eo quod ejus svasu & instinctu concinnatus est, nec quoniam multa similia & eadem fere continet, ac codex Jonæus; nam si id argumentum valeret, *Jus Ecclesiasticum Arneanum* non esset diversum a *Jure Ecclesiastico Thorlaco-Ketilliano*, ex quo plurima & quidem verbo tenus transcripta habet. Similitudo autem inter *Codices Foneum & Arneanum* partim provenit ex eo, quod uterque ex iisdem derivatus est fontibus, partim inde, quod utriusque regionis Norvegiæ & Islandiæ œconomix similitudo, similes exposulavit leges, & tandem, quod dudum post utriusque auctoris facta, multa a posteris ex Jonæo. perinde ut aliorum Episcoporum, puta Eilifi Archiepiscopi, Jonæ Halthoris, Gyrderi, aliorumque constitutionibus Arne-

ano inserta sunt. Diversa autem sunt ratione auctoris, temporis promulgationis, & materiae, qua tantum differunt, quantum idem a simili; Alia huc facientia hac vice libens prætereo, nam parum ad rem facit, quicquid hac de restatuatur, cum in professo sit; Codicem Arnæanum a Magno Erici filio confirmatum fuisse, ut supra probatum fecimus.

§. 8.

Quantum suam Episcopi potentiam auxerint, quantumque ab anno 1123. ad annum 1275. suam extenderint jurisdictionem, inde liquet, quod tum temporis nulla prorsus illis concessa fuit specialis jurisdictio; jam vero non speciale modo sibi appropriarunt juris dicendi potestatem; sed etiam plurimas, quæ accidere potuerunt causas, ad eandem spectare contendebant, quales fuerunt, omnes omnium templorum & clericorum causæ & lites, quocumque tandem modo illos, illorumque jura tangebant, de decimis, votis, testamentis & donationibus in pios usus, de templorum, eorumque bonorum immunitate & privilegiis, de securitate peregrinantium, de conjugio & conjugum litibus, & quibusvis inde dependentibus, de legitima genitura, mulierum constupratione, incestu, adulterio & scortatione, perjurio, fænore, hæresi, incredulitate & id genus aliis, quæ in *Jure Ecclesiastico* nominantur; sed quam terribile hoc tribunal fuerit, inde potest colligi, quod dabantur etiam causæ, in quibus superiorem appellare non licuit, ex. gr. Qui rapinæ insimulabatur; Causa continuati adulterii; Qui in jus vocatus venire non sustinuit; Si parvæ cause impendia ipsius causæ reatum superent; Qui devotus fuerat, & Episcopi opera absolutus; Et ejus modi plura, quæ enumerare inutile videtur. Confer, si lubet, *Jus Eccles.* Cap. 37-38.

§. 9.

Quam certum est, hujus & prioris Periodi Episcopos suam jurisdictionem dilataste, suumque adeo auxisse imperium, ut Reges publicis edictis & minis eorum imperiositatem compescere necessum duxerint, vix enim ulla existit causa, cui se non immiscere conarentur, ut ex collatione Cap. 36. *Juris Eccles. Arnæani* cum ipsa historia colligi potest; ita incertum est, qualem in negotiis forensibus usurparint procedendi modum, cum

cum talia eorum acta nulla ad nos pervenerint; valde autem videtur verisimile, ineunte hac Periodo, eundem, ac quem supra memoravimus, morem in usu fuisse, scilicet, quod de rebus plurimis, verbo tantum, aut edictis, adjecta excommunicationis comminatione, statuerint, sed de majoris momenti rebus, quæ ad cæremonias ecclesiasticas, aut ipsorum commoda & honorem spectabant, convocatis ad sedem episcopalem cleri Primatibus, suo & concilii nomine, ut eo majorem eorum scita & conclusa apud vulgum haberent auctoritatem & venerationem, scriptas edidisse constitutiones (a) liquido constat. Primus, qui more Norvegico (ut loquuntur Annales) synodos & judicia, circa annum 1346 instituit, fuit Jonas Sigudi Episcopus Schalholtinus; Sed quid hic per Norvegicum morem intelligendum sit, non satis constat; Interim, dum certiora discimus, conjicimus eum primum dicam scripsisse, certum diem & locum reo ad dicendum causam constituisse, deinde convocato Clero, auditis utriusque partis instantiis, secundum plurimorum vota, sententiam dixisse. Sed fateor omnia hæc meras esse conjecturas. Quod autem talis procedendi modus in Norvegia circa hæc tempora usitatus fuerit, probari posse videtur exemplo Jonæ Archiepiscopi, inter Arnain Episcopum & laicos de lite præbendiarum discernentis. Omnium, quod nostras in manus incidit, antiquissimum hujus generis documentum est Jonæ Calvi Holensis Episcopi judicium factum & exaratum anno 1377, ubi eodem fere modo, ac mox diximus, ipse Præsul sententiam decisivam pronuntiat, quam Assessores, quorum nomina ibidem recensentur, unanimiter confirmant (b). Sed ut Præpositorum aut inferiorum Magistratuum Ecclesiasticorum jurisdictionis, ita etiam appellationum nulla aut perrara mentio occurrit, nisi forte ad tribunal Archiepiscopale, aut Episcopale, cum laici nimias sibi à sacerdotibus poenitentias injungi querebantur.

§. 10.

(a) Tales putamus esse Magni Episcopi Constitutionem factam anno 1224, Arna Episcopi 1271, Jonæ Halthoris 1326, Gyrderi 1359, quorum hæc est inscriptio: " Bod þessi voru sett af herra N. biskupi, oc i lamþyekt tekenn á prestastefnu. " Id est: *Hæc præcepta a Domino N. Episcopo sancita sunt & in synodo approbata.* Vel etiam: " Skipadi virdugligr herra N. in Synodo &c. " Id est: *Reverendus Dominus N. in Synodo præcepit.*

(b) Vid. infra Sect. 4. cap. 6.

Ut Ecclesiæ Islandiæ Inspectores Archiepiscopi Nidrosiensis incolarum salutem sibi curæ cordique esse ostenderent, plus simplici vice in Islandiam visitatores transmiserunt, qui non tantum de monasteriorum & templorum conditione & possessionibus, sed de populi seu incolarum statu, scilicet plebeorum vita, in salutari doctrina informatione, monachorum & sacerdotum moribus & eruditione, & ipsorum denique Episcoporum vigilantia & administratione officii severe & accurate inquirere, in mandatis habebant, quod non minus laudabile, quam utile, institutum felici successu semper caruit. Primus talem anno 1307 Jorundus Archiepiscopus instituit inquisitionem, mittendo in Islandiam Laurentium Kalsi, natione Islandum, & Bjornum quendam ex Prædicatorum Ordine monachum; qui universa diœcesi Schalholtina permeata, paucos tantum indoctos clericos ab officio removerunt, sed in Holana ditione, licet plures enormitates reperirent, versutia tamen Episcopi factum est, ut ipsi Visitatores inter se discordes, ab invicem discederent, & totum visitationis opus in aras abiret. Alteram circa annum millesimum trecentissimum quadragesimum adornavit visitationem Paulus Archiepiscopus, qui Aslacum Canonicum Nidarosensem, magnis speciosisque instructum mandatis, in Islandiam misit, quid autem præstiterit, nescitur; verosimile est eam etiam incassum abiisse; uterque enim Episcopus, Jonas Indridi Skalholtensis & Egillus Holensis, in quos se etiam imperium habere legatus ferebat, hoc eodem anno mortui sunt. Tertiam denique talem anno 1358 amandavit legationem Olaus Archiepiscopus, cujus Capita erant, Ejolfus Brandi Canonicus Nidarosiensis & Eisteinus natione Islandus, ampla habentes mandata, qui, ut ex annalibus patet, non tam de animarum salute, quam de siccio solliciti erant, omnibus enim, qui excogitari poterunt, modis, quoruncunqve, tam laicorum quam clericorum, loculos pecunia emungebant, sub speciosa Ecclesiasticæ Visitacionis larva, detestandam simoniam exercentes; tandemque, cum Eisteinus Episcopus Skalholtinum probrosis earminibus proscidisset, totum hoc negotium infaultum & scandalosum exitum habuit, ut suo loco in historia personali dicendum erit (a).

§. II.

(a) Vid. *TORFÆI Hist. Norv.* Tom. 4. libr. 8. cap. 5. pag. 421. & infra Sect. 2. cap. 3. §. 2. & Sect. 4. cap. 3. §. 4. 199.

§. II.

De reliquis sacris ordinibus nihil novi adscribere possumus; *Mores* eorundem perditos fuisse, exempla non pauca ab annalium scriptoribus notata, dubitare non sinunt (a): Fuisse tamen haud dubie multos bonos & pios malis impiisque commixtos, certum est. Conjugii interdictio haud paucis laqueus & peccandi occasio fuit, unde tot monita, minæ & constitutiones, sacerdotum concubinatui oppositæ, sed quæ perparum profuerunt; Gravissima, quæ huic malo imminēbat, pœnis, videtur fuisse in concubitu genitorum a beneficiis ecclesiasticis exclusio, adeo, ut sacerdotum notis ad nullum sacri ordinis honorem aut officium aditus pateret: sed potestatem eandem dispensandi Audinus Rufus a Pontifice nactus, haud paucos talium in Schola Holana informari curavit, qui inde dimissi & sacro ordini adscripti, ecclesiæ proficui evaserunt (b). De populi seu auditorum fide & vita, ex his quæ dicta sunt, facile concludi potest, multorum religionem in rituum & externi cultus observatione maxima ex parte constitisse.

§. 12.

Religio, seu de deo rebusque divinis doctrina in eodem statu mansit, & cæremoniæ ecclesiasticæ pari fere modo observatæ fuerunt, ac sub superiori periodo. Præcipuum autem religionis caput fuit cultus numinis externus, ad normam in ecclesia catholica receptam, adornatus

- (a) De monachorum & monialium scandalosa vita testantur exempla Angrimi Abbatis Thingorensis, Monachorum Thichvabænsium Eisteini & Angrimi, & sacre Virginis Kyrkebænsis, quam Jonas Sigurdi vivam comburi curavit. Tales etiam inter sacerdotes inventos esse, apparet ex exemplis cleri Schilholtenfis, qui quendam sui ordinis ipsa Epiphaniæ Vigilia in templo cathedrali occiderunt. Similiter & plebs se gessit, nam anno 1296 novem homicidia patrata esse leguntur, anno 1333 Thorleifus quidam Thorbiornum sacerdotem, sacris ad aram operantem transfixit, & mox sœnet ipsum. Cujus modi plura congerere superfedemus. Conf. Sect. 3. cap. 5. §. 1. & nostram *Histor. Monast. Island.* cap. 4. §. 14.
- (b) Talem constitutionem existitisse, licet eam nunquam videre contigerit, fidem facit *Vita Laurentii*, quæ refert, Audino a Pontifice potestatem dispensandi concessam fuisse. Conf. ibidem cap. 35.

A a a a

tus & institutus, quantum regionis & incolarum conditio permittebat, præter admodum pauca, quæ in circumstantiis & cæremonialibus innovata fuisse observamus, quæ hic recensuimus, in reliquis vero curioso lectori ad antecedentis periodi Sect. I. caput I. recurrendum erit.

§. 13.

Priusquam de quovis dogmate aut cæremonia speciatim agere aggredimur, hic inferere libet generalem *Fidei Confessionem* (a) seu Symbolum, quod publice factum & ab omnibus in universalibus Comitibus anno millesimo ducentesimo septuagesimo quinto receptum fuit, ita se habens:

In nomine domini, Amen. Nos Christianos decet credere in unum Deum Patrem omnipotentem creatorem cæli & terræ, & in unicum ejus Filium eundem illum deum, dominum nostrum Jesum Christum, qui conceptus est a Spiritu Sancto & natus ex Maria Virgine, passus sub Pilato, crucifixus, sepultus, descendit ad inferos, sed tertia die resurrexit a mortuis, conversatus deinceps hic in terris quadraginta dies, usque dum ascendit in cælos, sedet jam a dextris dei, unde venturus est ad judicandum vivos & mortuos. Nos decet etiam credere in Spiritum Sanctum, qui est verus & idem deus cum patre & filio, & quod unica sit sancta Ecclesia, quæ est cætus omnium christianorum; debemus credere quod peccata nostra in baptismo condonantur, etiam illa, quæ deinde patravimus, si nos eorum penitet, eademque pastori confitemur, & pro quibus satisfacimus jussu clericorum, qui ad munus sibi ab ecclesia demandatum habent. Oportet etiam credere, nos a mortuis resurrecturos, quemcumque cum eadem anima & corpore, quæ jam habemus, mercedemque accepturos secundum opera, quæ hic fecimus, bonæ eternam lætitiâ in regno calorum, malos autem æternos cruciatus in inferno.

Quicumque

(a) Hæc confessio, quæ ex *Juris Ecclesiastici, Arna Thorlacii filii*, cap. 40 descripta, ab eodem testatur, quantum confessioni, absolutioni & satisfactioni tribuerint, de pretiosissimo autem merito Christi & fide salvifica, sine qua nulla salus, ne verbulum quidem habet. Exstat quidem alia publica fidei confessio in *Codice legum Islandicarum* impresso, Tit. de vera Religione, cap. I. facta anno 1280, ubi hæc leguntur verba: *Credimus quod peccata remittantur ex gratia & misericordia Dei, per meritum Jesu Christi, sed non per ulla bona opera.* Sed variata est illa confessio, & hæc sententia sine dubio addita a Domino Gudbrando Thorlacii filio Episcopo Høleni, qui primus librum edidit, Confer etiam Confess. fidei supra pag. 518. Litt. M. exhibitam.

Quicumque aliter credit aut non manet in hac fidei confessione, sine omni dubio in æternos cruciatus descendit. Idiotis, qui universam hanc fidem satis perspicue explicare nesciunt, neque officii aut ordinis ratione ad id obligati sunt, sufficit, si credunt quod sancta ecclesia credit, & licet aliter credant, quam debent, non tamen ideo sunt hæretici, si modo persuasi sunt ecclesiam non aliter credere, firmiterque volunt eadem credere, quæ illa credit. Debeant etiam vitare septem capitalia peccata, qualia sunt, ambitio, immodica libido extra conjugium; nimietas in cibo & potu, invidia, desidia in officio seu operibus divinis, magia & illicitum sænus; qui enim hæc habet, aut unum horum non confessum, nec ex consilio doctorum expiatum, si in illis moritur, modo tempus ad expiandum seu satisfaciendum concedatur, abibit in æternos inferni cruciatus.

§. 14.

In ipsa Baptismi administratione, infans, si fieri potuit, ter in aquam immergi debuit cum pronuntiatione verborum: *Ego baptiso te in nomine patris & filii & spiritus sancti*, quibus omnino nihil addi neque detrahi debuit, neque alio liquore, quam aqua, baptisare licuit; rite etiam baptismus administratus censebatur, licet infans semel tantum in aquam immergebatur, vel aqua affunderetur aut aspergeretur. Qui vero a laicis in casu necessitatis baptisati fuerunt, sine crucis signatione (*primsigning*), templo inferebantur, & oleo in pectore & tergo ungebantur, adhibitis reliquis cæremoniis, excepto exorcismo; Infans autem non rebaptisatus fuit, nisi sacerdos de baptismo, an rite administratus esset, dubitandi causam haberet, tunc infantem, adhibito signo crucis, hæc formula baptisare debuit: *Si baptisatus es, non te rebaptiso; Si vero non es baptisatus; Ego baptiso te in nomine patris, filii, & spiritus sancti.* Baptisum ultra quinque dies procrastinare non licuit, qui secus fecit, episcopo sex uncias argenteas solvere debuit. Quicumque septennis, si modo rationis compos fuit, formam baptisandi callere debuit, sin minus, episcopo ob negligentiam tres marcas solvere tenebatur (a).

(a) Reliqua, cum antea relatis ritibus ad amissim concordent. Hæc autem ex *Juris Canonici recentioris* cap. I. & Constitutione Eilifi Archiepiscopi supra pag. 479. Litr. G. exhibita, excerpta sunt, quæ, curiosus lector, si lubet, adire potest.

§. 15.

Sub finem præcedentis periodi, laicos usu calicis in *Sacra Cena* privari cœpisse, supra dictum est, sed cum initio hujus, ipsum (a) *Transubstantiationis dogma* in ecclesiam introductum fuit & receptum; Nam anno millesimo ducentesimo septuagesimo panis consecratus publice adorari cœpit, & deinde, de mediis consecratis Concilia Nationalia Norvegiæ, anno 1290. & 1322. habita varia statuunt (b).

§. 16.

- (a) Transubstantiationis dogmæ (voce nondum inventa) in ecclesia tradi cœpit seculo 9. Nimirum itaque tibi sacramenti symbolis videntes viri docti *RABANUS* & *BERTRAMUS* Archiepiscopus Moguntinus; *RABANUS* in *epistola ad Egilmonem de Eucharistia*, *BERTRAMUS* vero in libello *de vero Christi Corpore & Sanguine* ad Carolum Calvum, ingruenti hæresi se opposuerunt; Sed in alteram partem peccabant. Disputatum etiam hæc de re fuit in Anglia a Clero Cantuariensi, circa annum 950. utrum in eucharistia prior panis & vini substantia maneat, & nihilominus simul ibi iuxta verba Christi verum ejus corpus porrigatur, an vero, recitatis verbis domini, elementorum substantia prorsus evanescat, atque transeat in corpus domini, signa tantum remanent? Posteriori partem *OTTO* Archiepiscopus Cantuariensis, cum scriptorum testimoniis non posset, præstigiis miraculorum evincere conatus est. Denique hoc dogma impugnavit *RUPERTUS* Abbas Tuitiensis, qui seculo duodecimo floruit; Sed tandem in Concilio Laterano 1215. publice stabilitum fuit. In illa autem, licet antea obtinuerit, hoc anno, seu 1269. publice approbatum fuit, & quali omnium consensu, in leges relatum.
- (b) Vid. supra pag. 472. & 478. Lit. D. & G. Præterea sequentia leguntur in Codice pergameno antiquo Bibliothecæ Magnanæ No. 175. in Quarto, quæ ad hæc tempora pertinent: *Si ex negligentia euenierit quod pro lato canone nec unum nec aqua immittatur in calice. statim infundatur & sacerdos recitabit consecrationem ab isto loco simili modo. & perficiat usque in finem. Ita tamen ut dimittat duas cruce que feri solent singulariter super hostiam. Si de simplici uino uel aqua fiat consecratio unum reputabitur pro consecrato sed aqua non. Vel melius potest dici quod aliam hostiam sumat & canem a principio incipiat. Si de sanguine aliquid reciderit supra corporalia uel super albam uel super castilam. pars illa recidatur & in loco uel quorum seruetur prius tamen extrahatur factum quantum possit & sumatur. deinde abluatur & abluo iterum sumatur. Si uero super terram uel lapidem uel lignum ceciderit. lincendus est & extrahendus ille locus & puluis in loco sacro reponendus est. Porro si in uino sanguinem musca uel aranea ceciderit uel tale quod uix sine uenitu aut mortis periculo sumi potest. perfundatur & lauetur quam cauicus potest in calice & hunc oblatorem sumat sacerdos. sed musca siue aranea —*

§. 16.

De Sacramento Confirmationis hæc habet idem Jus Eccles. cap. 3. *Baptismus proxime sequitur sacramentum, quod Confirmatio dicebatur biskupan quidam appellant: Hæc confirmatio acceptæ religionis est; In hac confirmatione omnes christiani post baptismum beneficio impositionis manus episcopi, & chrismatis, spiritum sanctum accipere debent. Hæc sacramenta baptismus & confirmatio tam arcte conjuncta sunt, ut neutrum sine altero esse possit, nisi mors interveniat, nam in baptismo sanctus spiritus salutari adventu sub aquas descendit, ac in baptisterio perfecte a peccatis purgat; in confirmatione vero ad misericordiam augmentum porro concedit; Et quamvis baptismus iis sufficiat ad salutem, qui sine gravibus peccatis moriuntur, tamen auxilium sacramenti hujus viventibus necessarium est ad robur & adjutorium contra diabolum, nam misericordia septuplicium virtutum spiritus sancti nos armat; omnes christiani qui ad id ob rationem & annos idonei sunt, hoc sacramentum post jejunium & accuratam peccatorum confessionem summa cum reverentia accipiant, idque non nisi semel. Confirmatio a nullo nisi Episcopo peragi vel perfici debet, ideoque, ut & ob multa alia munia, Episcopus, tam late quam potest, quibusvis duodecim mensibus, si impedimenta non interveniant, divinum gregem visitabit.*

§. 17.

Confessionis tanta semper habebatur necessitas, ut morituri mallent laicis, sui similibus, confiteri, quam ea infectu mori. De confessione in hunc modum loquitur Jus Ecclesiasticum recentius: Omnes christiani, qui rationis compotes sunt, peccata sua coram sacerdote confiteantur, ad minimum semel quovis anno, idque tempore jejunii quadragesimalis, peccataque accurate enumerent, festoque paschato sacramenti participes fiant, nisi gravia aliqua delicta commiserint, ut festo paschato aut aliis temporibus sacramentum participare non liceat: Quicumque vero tempore jejunii quadragesimalis peccata sua non confiteatur, & festo paschato sacramentum non participat, si duodecim annorum aut ultra sit, is episcopo, pro quovis tempore, tantam multam expromat, quantum ipse episcopus ei imposuit; Sic & ille excommunicatus, qui sacramentum participat; Si quis tritus annis per jejunium quadragesimale peccata sua non confiteatur, sacramentumque festo paschato

pascatos non participet, sitque duodecim annorum vel ultra, tum ethnicum se ostendit, exulque est, tota ejus pecunia confiscanda. Alieno parrocho nequaquam confiteri licuit, nisi summa urgeret necessitas.

§. 18.

Juramentum, se hoc vel illud peccatum, præsertim, a quo difficulter sibi cavere posset, non ultra esse patraturum, gregarii sacerdotes a quodam exigere vetabantur, ne, si fidem forte fregerit, duplici modo peccaret. Cavere etiam debuerunt, ne cuidam eas præscriberent poenitentias, aut quicquam injungerent, quod se ullo pacto observare aut implere posse peccator negabat, ne peccatum, violato poenitentiae præscripto, atrocius fieret. Solis vero episcopis talia juramenta exigendi potestas fuisse videtur, ita enim hac de re loquitur jus Ecclesiasticum cap. 22. Si quis juramentum episcopo datum, aut absolutionem episcopi violat, (absolutionis vero violatio est, si quis idem peccatum committat, quod prius commisit, & reatum ei conciliavit, aut in exilium se non conferat, si episcopus in absolutione hoc jussisset) tres marcas episcopo pendat, tantumque secunda & tertia vice; si vero sæpius faciat, extorris est, totaque ejus pecunia publicanda; sic & femina in exilium agatur, (nisi quis eam ducere velit) pecuniam vero suam retineat.

§. 19.

Reliqua ad *poenitentiae sacramentum* pertinentia, ut satisfactio, excommunicationes, absolutionis ritus, aliaque perinde aut simili modo ac in præcedentibus relatam est, sese habuerunt, nisi quod quædam peccata jam tam gravia censebantur, ut peccatorem ipso opere excommunicarent, ita ut admonitione indignus fieret, & publico excommunicationis actu opus non esset, quorum præcipui erant sequentes: 1) Qui antiquam & anathematisatam hæresin propagat. 2) Qui novam excogitat. 3) Qui tales hæreses recipit aut tuctur. 4) Qui Romanam Ecclesiam non esse reliquarum caput, asserere audet, aut ei obedientiam denegat. 5) Qui ira accensus clericum aut monachum verberat. 6) Magistratus Politicus, qui de jure & causis clericorum aut templorum jus dicere præsumit, quibus omnino absolutio fuit deneganda, usque dum perfecte satisfecerint. 7) Qui volens templa comburit, aut iisdem ignem injicit. 8) Si quis
domini

domini corpus furatur, aut altare, cruces & talia frangit. 9) Qvi bullas aut litteras Papæ adulterat aut depravat. 10) Si quis cum excommunicato, aut hæc peccata committentibus communicat, præsertim vero, si in ipso opere, eum, facto vel consilio juvat. 11) Si quis telis aut tormentis christianos aggreditur, eisqve necem intendit. 12) Qvi non tantum edicta aut statuta iuri divino, constitutionibus & libertati ecclesiasticis contraria, promulgant. sed & qvi ea scribunt, sive sint Imperantes, Comites, Præfecti aut Consules, quique horum mandata exequuntur aut adjuvant; omnes ipso opere gravissimam excommunicationem (*Pavabann*) incurrunt (a).

§. 20.

De ordine & ordinatione hic nihil novi adferre possumus, nisi quod in supra laudato Concilio Nationali Norvegico conclusum fuit, si quis contra ordinationem ecclesiasticam quicquam irregulare admiserat, ex gr. si quis subdiaconus, diaconus aut sacerdos cantum, aut quædam intra templum sacra, in majori excommunicatione constitutus, celebraverat, aut si quis ordinationes perverterat (b) vel neglexerat, aut sine venia ab aliquo

- (a) Hæc ex *Juris Arnaani* cap. 35. excerpta sunt, quod initio dicit ea delicta 16. esse, quæ ipso opere peccantem excommunicant, sed non nisi hæc 12. enumerat, eo quod reliqua hic ratio aut nunquam accidunt, sed in *Jure Ecclesiastico*, quod promulgavit Jonas Archiepiscopus, 35. continentur, ex quo tamen, ut suspicor, hoc caput excerptum est, & postliminio *Juri Ecclesiastico Arnaano* adjectum, nam in omnibus exemplaribus non exstat. Ex hoc capite Arnas Episcopus Rasmus Oddi ut excommunicatum averfabatur, licet ipso actu seu solemniter diris non esset devotus. Sect. 3. cap. 1. §. 37. 41.
- (b) In *Laurentii Holani Episcopi vita* egregium habemus documentum, quantum peccatum habitum fuerit præteritis *ordinis & ordinationis*: Subdiaconus quidam ex Holmæ ditione in Schalholtinam, clam Episcopis irrepens, diaconum se esse profitebatur, ejusque ministerio fungi volens, stola indutus, evangelium in missa legere cepit, sed extemplo omnia templi luminaria sua sponte exstinguebantur, neque ullo modo accendi poterant, quamdiam ille altari aditus evangelii librum tenuit, quod, cum una & altera vice accidisset, suspicio criminis oborta est, & reus apud episcopum delatus, qui ei talem dixit pœnam, ut a sex diaconis nudo tergo tantum exciperet idem, qui sanguinem eliceret, nunquam postea sine speciali Papæ dispensatione sacris operaturus.

quo alio, quam suo Episcopo, inauguratus fuerat, non, nisi in ipso mortis agone verferetur, absolvi deberet.

§. 21.

Novum autem hoc tempore *Præpositorum* nomen & officium in ecclesiam introductum fuit, quorum muneris non tantum erat, sacerdotum, quomodo demandato officio fungerentur, inspectionem habere, sed fuerunt præterea episcoporum, vicarii, emissarii, & coryphæi ad cribrandum & taxandum hominum dicta & facta, seu ad notandum eos, qui aliquid contra jus ecclesiasticum committebant, ab iisdem multas exigendum & omnia ad Episcopum deferendum. Hi, cum nullam populum emungendi occasionem omitterent, sæpius innocua in pejorem partem torquentes, laicos eo redegerunt, ut cum illis pactum inirent, ut, si peccarent siue non peccarent, semper tamen tributum penderent, quod deinde annuum factum est, vocatumque (*profests giasfollur*) *præposito donaticum*, quod salarii loco retinebant, præterquam quod illis ab Episcopo concessum fuit, cui reliquarum mulctarum rationem reddere debebant. Hos itaque Rex Ericus, *Præstahatare* dictus, ab officio confessionis audiendi removit (a), scilicet, ne accurata illa & valde scrupulosa singulorum de-

- (a) Tale Regis edictum in *LL. Island*, impr. legitur N. 8. ed. 1709. pag. 458. Formam autem codicillorum, quibus Præpositos præmunire solebant, cum illis id officii demandarent Episcopi, hic subiungere non gravabimur, quæ talis fere fuit: Nos N.N. Episcopus N. diæceseos notum facimus, charissimum nostrum filium N.N. Præpositum & generalem inter vos causarum sauciam ecclesiam & nos attingentium iudicem, vos constituisse. Hic causas examinet & decernat; reos absolvat; pœnitentias compentens peccatoribus & peccantibus dicat, exceptis tantum sacerdotibus & eorum confessoribus; Templorum & eorum possessionum Inspectorum agat; Omnium ad christianissimam & eorum jus pertinentium inspectionem & curam gerat; Petri denarium, tributa vos emendo dicata, & decimas episcopales intra predictos limites colligat, & ad sedem episcopalem deferat, æquissimam eorum rationem reddaturus. Præcipimus prædictis N.N. omnia sua iudicia rationis lance moderari, & erga omnes æquitate, erga iudicantes & faciles misericordiam, erga perulantes autem & pernicaces justitiam exercere. Pro hoc officii onere, dimidia omnium novem vel infra marcas importantium causarum pars ei concessa esto, si autem graviores forte (quas Deus benigne avertat) cause acciderint, eas, ceterasque, quas nobis decidendas subijcere præoptat, quæque decernendi auctoritatem sibi non esse, arbitratur, nostro & sanctæ ecclesiæ iudicio remittat.

licitorum coram ministro enumeratio, quæ tunc temporis omnino necessaria habebatur, ansam illis & occasionem populum affligendi & emungendi præberet.

§. 22.

Invaluit etiam hac ætate officium *Dispensatoris* bonorum cathedralium, quod sacerdotibus primi ordinis concedebatur (a). Non tantum

mittat. Rogamus probes omnes, & specialiter amicos nostros, quod prædicto N. N. sint obedientes, faciles, ad officia prompti & benevoli in omnibus, quibus ope eorum indigerit, dum hoc sanctæ ecclesiæ munere & nostris vicibus fungitur. Hæc constitutio ad festum usque Johannis Baptista proxime subsequens, & tanto dein tempore quanto nobis placuerit rata stata manebit, in cujus confirmationem literis hujus sigillum nostrum appendimus.

- (a) Juramentum fidelitatis a Dispensatore Episcopo Skálholtensi præstandum ex Codice pergameno Bibliothecæ Magnæ No. 354. Folio tale est: " Þers legg ek N hond " á heilga bók oc þat iáttar ek gudi oc iúngfrú sanðe Marie oc ollum guds heilgum monnum sanði thorlaki biskupi oc minum herra N biskupi í Skálholti ath meðan ek stendr í heilagrar skálholtskirkju ráðsmans dami oc starfve ath æk skal " sua ráða oc sýra ollo stadarens góðze í skálholti lausu oc fasto heima oc brotto, " utan stoks oc innan í frído oc úfrído. sem ek best kann oc trygghgalt æfter mino " besto samuiti oc megni opinberliga oc leyniligha oc þar framkoma í ordum oc " verkum sem ek prófuar stadnum oc ydr minn herra best henta oc nytsemði í vera " med huat manna sem lut á i. ok ængo stadarens góðze skutla selia skipta æða býta " frídt æða úfrídt til uerra skiptis forfallalaust vutlighra mer í til æða odrum leynt. " æða líóst stadnum ok ydr til skada med vilia æða forakt. Ok ekki vinnofólk æða " sakadha karlmenn æða konor lokka ædha ráða frá stadnum ok ydr fyrr en þeir " hafua ydart gott orlof. ok þá sem stórum málefnum ero borner, æða beryktader. " skal ek ei under mik dragha til þenozto suo ath stadren missi í staden bedi landfeta " þenozstofólk ok heilogh kirkia í skálholti sinn ret. utan med udro lofi ok upplagi. " ok ráða enghum ráðhum utan med udre samþykkt ok vilia oc vera ydr enghum " ráðum leynt æða líóst sem þer vilet vera láta ath giord se ok standa suo í ollum " audrstaursfum heilagrar skálholtz kirkju sanði thorlaki ok ydrum ath skal þau oll " sekia under stadin ok ydr med trygdh ok trúskap sem ek best kann ok má ok veit " æfter minne samuifsko samuast fyrir gudi ok hafa engar dattir á málefnum þarflauf. " lighar til undandrátar ok fals vid heilaga kirkju ok ydr ath þer oc hón misse síns " rettar oc takit skada af. utan suo hegan sakeörer sem þer mer veitit oc unnit. oc " gera engar launfettir ydr til searmisso æða sömda æða mannráða. Suo se mer N " gud

Bbbb

tantum hi & reliqui sacerdotes (a), verum etiam satellites Episcoporum

" gud hollr oc aull heilogh ordh í þessli bók oc aull heilogh ewangilia gudhs. " Id est: Ideo impono ego N manum sacro libro, & id confiteor deo & virgini sanctæ Mariæ, & omnibus sanctis dei, sancto Thorlaco episcopo, & meo domino N, episcopo Skalobitensi, quod, quamdiu constitutus sum in officio dispensatoris templi Skalobitensis, atque opera, ita præro & dirigam omnia bona templi Skalobitensis, mobilia & immobilia, domi & alibi, intra ades & extra, animata & inanimata, prouti optime poterò atque fideiissime, pro exactissima mea conscientia & viribus palam atque clandestinum, & ibi adero verbis factisque, ubi templo vobisque, mi domine, maxime commo- dum existimo, maximeque utilitati inservire, cum quibuscunque hominibus mihi agra- dum fuerit, & nihil cathedræ bonorum dissipabo, vendam, permuto vel commutabo, animatum vel inanimatum pro se viliori, nisi in casu necessitatis, mihi vel alicui in commodam, clam vel palam, cathedræ & vobis in damnum, ex proposito vel contentu, & nec operas vel reos viros aut feminas alliciam vel abalienabo cathedræ & vobis, proutquam impetraverint bonam vestram veniam, eosque, qui gravium criminum insin- mulati vel diffamati sunt, nec subtraham mihi in ministerium, ita ut cathedræ ideo conductores (&) operarios & sanctum templum Skalobitense suum jus, amittat, nisi vestra cum venia atque auspicio, nec quidquam exsequar, nisi vestro cum consensu & voluntate, nec opponam me ullis vestris consiliis, quæ vos fieri vultis, atque ita nec in omnibus negotiis pecuniariis sancti templi Skalobitensis sancti Thorlaci & vestris geram, ne omnia illa cathedræ vindicem, vobisque, fide & fidelitate, quæ possunt ma- xime, & quam verissime novi secundum meam conscientiam coram deo. Nec ultra habebò moras causarum inutiles, dilationis & fraudis ergo contra sanctum templum atque vos, ita ut vos illudque propria priventur juve, damnantque exinde capiant, præ- ter tantillum vulgæ, quod vos mihi contuleritis & concesseritis, nec faciam ullas exor- tos pactiones vobis in jacturam pecuniæ, vel honoris, vel ministerium. Ita sit mihi N deus propitiis, & omnia sancta verba in hoc libro, & omnia sancta evangelia dei.

- (b) Honegium sacerdotum ex eodem Codice tale est: " Ek N prestfr skal vera frá þessum " tíma hollr oc hlýden heilagri skálholltz kirkju oc minum herra. herra N biskupi oc " hanns loghligum epterkomendum. Eigi skal ek vera í gjord eðr ráðum ath þer " fleth féar þarmath eðr semlar. Ráð þau sem þær vilith leynd hafa skal ek eingum " opinbera. Veit ek nockurn þann sem ydr vilu nockurn vauheidr gera eðr skada. " Já skal ec ydr kunngjöra, eptur þú sem ek kemz vidr, ek skal viðhálpa ok " vernda heilagrar skálholltz kirkju rett vidr hvem sem er ath skipta, óskadite minni " vigslu, oc óskoddum páfuans heidri. Einghum skal ek tryggðareid fueria utan ydr " ath ydr óþurdum þann tíma er skálholltz kirkia er formanlaus. Suo hállpi mer " gud oc oll þau heilög ord er á þessari bók ero. " Id est: Ego N sacerdos ab hoc " tempore fidelis ero atque obediens sancto templo Skalobitensi, & domino meo, domo " N episcopo, ejusque legitimis successoribus. Nec interero factis nec consiliis (no " sendentibus) ut vos incidatis in damnum pecuniæ vel honoris. Consilia quæ vos vultis " esse

rum (a) his homagium præstiterē. Ipsi quoque Episcopi suo Archiepiscopo juramentum fidelitatis dixere (b).

B b b b 2

§. 23.

esse occulta, nulli manifestabo. Si novero aliquem, qui vobis vult ignominiam vel damnum adferre, vobis (illud) indicabo, prouti copia fuerit. Jus sancti templi Skalbolini contra quemcumque, quo cum (vobis) res fuerit, inviolata mea ordinatione, & inviolato Papa honore, adjuro & defendam. Nulli fidelitatis juramentum, nisi vobis præstabo, vobis nondum consultis, eo tempore, quo templum Skalboltense autistite caret. Ita me adjuvet deus, & omnia illa sancta verba, quæ in hoc libro sunt.

- (a) Homagium satellitum Episcopi ex eodem illo Codice ita sonat: " Suo legr þú hond " á helga bók ok þú skýr þú til guds ath þú skalt vera trygg ok trúr mínun " virðaligum herri með guds miskunn biskupi N, koma skalt þú til hannis þegar " hann lætr kalla þig, ok fylgja honum utan landz ok innan, ok allðri meðr hann " skiliast. utan meðr hannis góðu orlofi, veit þú nockurn þann edr þá sem honum " vilja feár þard edr skandar. skaltú honum epter þú sem þú kemz vid kunnikt " gæra. Suo hlálpi þer gud &c. " Id est: *Ita imponi manum sancto libro, & deum hac de re attestaris, quod tu velis esse filius fidelisque meo reverendo domino, dei gratia episcopo N venies ad illum, quando te advocari curaverit, eumque sequeris tunc intra regnum, tum extra, & ab illo nunquam separaberis, nisi bona cum ejus venia, si noveris aliquem vel quosdam, qui exoptant illi damnum vel pecunie vel honoris, illi notum facies, quoad poteris. Ita te adjuvet Deus &c.*

- (b) Juramentum fidelitatis, quod Grinarus Episcopus Skalholtensis Archiepiscopo Nidarosensi 1321. præstitit, ab illustr. MÖLLMANNO exhibetur in *Spicileg. Antiquitat. patriæ Peric.* 3. pag. 95. Aliud tale homagium, non multum discrepans, ex laudato Codice pergamento exscriptum, tale est: *Ego N episcopus ab hac hora usque antea fidelis ero & obediens beato Olavo sancteque Nidarosie ecclesie. & domino meo archiepiscopo N successoribusque suis canonice intrantibus. Non ero in consilio, aut in facto, ut vitam perdant, aut membra, aut capiantur mala captione, aut aliquid dampnum vel detrimentum eis vel loco sancti Olavi inferatur. Consilium vero quod michi credituri sunt, vel per se, vel per nuncios suos, sine per literas, ad eorum dampnum me sciente nulli manifestabo. Jura & libertates & omnes honores & dignitates ecclesie adiutor ero retinendum, & defendendum, & conservandum, in quantum potero salua meo ordine, contra omnem hominum salua auctoritate sedis apostolicæ. Nuncios nidrosie ecclesie quos novero veros esse in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adiuvo. Vocatus ad synodum, veniam, nisi præceditis fuerit canonica prædicatione, Metropolitanam sedem vel per me, vel per nuncium meum singulis annis visitabo, nisi metropolitana licentia remaneam. Possessiones ad mensam mei episcopatus pertinentes non vendam, neque donabo, neque inopignoro, neque de novo insculdabo, neque aliquo modo alienabo inconsulto metropolitano meo. Sic me deus adjuvet & hoc sancta euangelia.*

§. 23.

Circa *sponsalia* & *conjugium*, eadem fere ac antea, leges & ceremoniæ observatæ sunt, nisi quod trina coram concione proclamatio, instituta fuit, quæ peracta, nullisque intervenientibus obstaculis, conjugium confirmari debuit, sponso cum desponsata manus jungente, & in presentia duorum ad minimum testium, pronunciante: *Confirmo te mihi in uxorem, secundum leges dei & sanctorum patrum decreta; itaque post hæc mea legitima uxor eris.* Probeque observabatur, ut sponsa suum clare pronunciaret consensum. Inter infantes, ob res summè necessarias sponsalia fieri potuerunt, & si iis hoc conjugium placuit, cum virgo duodecim, adolescens vero quatuordecim annorum esset, conjugium dissolvi non poruit. Monastrialibus, sacerdotibus, diaconis, rationis expertibus, spadonibus, quique veneficiis aut aliis rebus impediti fuerunt, ut membra ad conjugium essent inhabilia, ethnicis denique cum christianis conjugium contrahere non fuit concessum; Consanguinitatis etiam & affinitatis in matrimoniis contrahendis, summa adhiberi debuit cautela, ne intra quintum gradum juncti copularentur; Cautum etiam fuit, ne spirituali affinitate sese tangentes, in fœdera matrimonialia coirent, quæ triplex fuit: Prima, inter baptisatum baptisantem & baptisimi susceptorem, ut & eum, qui ipsum tenuit, dum ab episcopo confirmabatur. Secunda, inter eum, qui baptisat, susceptorem, ut & illum, qui infantem tenet sub manum episcopi confirmantis, ac infantis parentes & fratres. Tertia, inter liberos baptisati & baptisantis ac susceptorum, adeo, ut baptista omnium, quos baptisaverat, ejusque filiorum, spiritualis pater haberetur, ideoque his cum genuinis ejus liberis nullo modo coire licuit, cum conjuges sint una caro; inter uxorem susceptores & baptisatum ejusque parentes, spiritualis cognatio intercessit; sique ulli horum conjugium contraxerunt, solvendum id erat, & episcopo ob legis transgressionem sext uncia (*oræ*) pendenda (a).

§. 24.

De *extrema unctione* nihil est, quod supra dictis addamus, nisi quod jam legibus cautum fuit, ut quilibet sacerdos, quovis anno ver-

(a) Hic sine dubio subintel igitur ora five uncia argentea vide supra Per. 1. cap. 9. pag. 63

tente, chrisma ab episcopo acciperet, deinde autem una cum evcharistia intra ædem sacram in theca aut arca obserata, aut bene munita, occulte conservaret, probeqve prospiceret, ne quid impurum ea attingere posset; si autem, mus, canis, aut aliud impurum eadem tetigerit, ab officio per triennium removendus erat.

§. 25.

De *Ruliorum Informatione* præceptum fuit, ut quilibet septennis, modo non esset animi impos, *credo, pater noster, & ave Maria*, ut & ritus baptisandi probe teneret, qui secus fecisset, & hæc neglexisse convincebatur, episcopo tres marcas (a) solvere debuit.

§. 26.

Privatarum publicarumqve *precum* forma eadem mansit, nisi quod introductæ fuerunt *precum* formulæ de passione Christi, quas Johannes 22 composuerat, additis multis indulgentiis. *Festorum* itidem numerus idem fuit, nisi quod addita fuerunt Festum Corporis Christi (b), Conceptionis Mariæ (c) & Magni Comitis (d); Concessum autem, ut feria quinta nativitatis Domini, & dies Mercurii, qui tempore Adventus & in Quadragesima incidunt, consuetis laboribus manciparentur. Publicas autem orationes seu conciones, non semper multum proficuas, sed

B b b b 3

plerum-

- (a) Vid. supra Per. 1. cap. 9. pag. 63. sq.
- (b) Festum Corporis Christi, (vulgo *Dyri dagur, Dies pretiosus*) feria quinta post dominicam Trinitatis, summa solemnitate celebratum fuit. Primum id instituit Urbanus 4 horatari Thomæ Aquinatis; Bulla data est 1264 die 8 Septembr. quod Clemens 5 in concilio Viennensi 1312 confirmari curavit.
- (c) Festum Immaculatæ Conceptionis instituit Urbanus 6, in quo preces fierent pro schismate ex ecclesia tollendo, scil. quod inter ipsum & Antipapam Clementem 6 vigebar, & ecclesiam vexabat; Celebrandum hoc Festum fuit 6 iduum Decembr. De dogmate Immaculatæ Conceptionis Mariæ non una est omnium Pontificiorum sententia; propugnant acerrime Jesuitæ, sed oppugnant Dominicani.
- (d) Magni Comitis Orcadum, anno 1135. occisi 16 cal. Apr. celebratum.

plerumque valde steriles fuisse, pauca illa quæ exstant exempla, suspicionem faciunt (a).

§. 27.

- (a) Exstat oratio funebris, ut videtur, in exequiis Jonæ Haldori, Episcopi Skatholtini habitæ, ubi JONAS, non tantum ut vir sui seculi doctissimus (quod eum re vera fuisse credimus) laudatur, sed etiam ut is, qui tam in Norvegia, quam Islandia, in eloquentia sacra primas semper tenuerit, quod Auctor exemplis allatis probare nititur, quorum præcipuum est, concio, quam, vilitans quartam occidentalem, in templo Stadhohleni, in anniversariis Divi Thorlaci habuit, quæ nihil præter inanes fabulas & ficta miracula continet, cujus partem exscribere non gravabimur:

Magne, inquit, cujusdam urbis dominus, provelta jam ætatis, & corpore ita ægrotaus, ut lecto surgere nequiveret, inter multos alios nobiles nepotem ex sorore, suum unicum hæredem, sibi que ob multas egregias corporis dotes carum, domi sue habuit, qui in conclavi, avunculi cubiculo contiguo, mulierem quandam irvitam conspexerat, cujus confusa verba & ejulatum audiens dominus, reliquorum ministrorum confessionem, quid actum fuisset, ægre tandem expressit, quibus severe mandavit, ne legibus fraus fieret, ut reum statim encaverent. Hi obloqui, aut factum quodam modo excusare non audentes, sed tam nobilis juvenis miserti, mandata se persequisse simulabant, cum revera reo pepercissent, & in latebris clam dominum sustentarent, senex autem in eorum relatione acquiescens, justitiæ & legibus satisfactum esse gavisus est, usque dum longo post tempore reus, iram avunculi esserbuisse ratus, ultro se ei obtulit, qui etiam ejus aspectu non minus contristaretur, quam conslernaretur, magnum tamen gaudium ex ejus vita & incolumitate semet capere simulans, ut cominus appropinquaret, seque oscularetur imperavit, unde latatus, & fidem habens credulus juvenis, lectumque accedens, collo majorem in modum supra ægotum in altiore recubantem lecto, extenso, altera senis manu crinibus firmiter correptus, altera vero cultro guttur transfigitur: & misere trucidatur, ad quem sivepitum accurrentes famuli, qui, quod non tantum incudicio sibi os illevisent, sed etiam legibus fraudem faciendo, deum offendissent, secretissime objurantur. Paucillulo autem elapso tempore, morbus ita ingravescere cepit, ut vitæ duntinnioris spe penitus decollata, urbis Episcopum, ut extrema sibi ministraret, accessit jubet, qui, duobus primariæ fortis diaconis, quorum alter corpus domus, alter vero crisma portabat, & aliis sacri ordinis viris haud paucis stipatus, ægroto inivit, auditaque tam longa quam sollicita delictorum confessione, qua hocce, Presulis & aliorum judicio, maximopere enorme flagitum, non continebatur, mometur, ne ejus oblivisceretur, quo audito, ægrotaus id se non penitentia, sed laude dignum confere regessit, qua responsione Præsul magnopere offensus, absolutionem, unctiorem, aliisque omnia sacra & ministeria exsequialia prorsus denegat, abutimque parat, ægroto tot sua sententiæ firmiter infligit, subvidensque rogat, licet oralem corporis domini mandationem sibi denegat, oculos tamen suos ejusdem aspectu pascere non dedignetur, quod ut concederetur Præsul tandem permisit, sed cum hostia, aperta apotheca profrenda & ægroto ostendenda, ibidem non inveniretur, Episcopus diaconique, qui tunc

§. 27.

Festis & die dominica illicitum erat, nisi urgeret necessitas, opus aliquid peragere, mercaturam exercere, ullam causam agere, conventum ciere, supplicio quæquam adjudicare, ullum juramentum facere nisi quæ ad pacem & conciliationem pertinent: Quicunqve tempore jejunii quadragesimalis veritum solvit juramentum, episcopo sex oras pendere debuit, omnibus vero aliis diebus, tres oras, si ob violationem diei sex oræ exigi non deberent. Legem de laboribus in festis diebus, instinctu & svasu Vilhelmi Cardinalis Sabinensis, permultum mitigavit Innocentius 3. sc. si profestis diebus ob malam aeris conditionem labores peragi non possent, festis diebus frumentum, fœnum & alias res impune comportare, & a damno protegere concessit. Festis vero diebus, hac lege & venia uti licuit, quatenus necessitas & utilitas urfit, summis tamen festis exceptis (a).

In

dem in thecam recondiderant, adeo sunt obstupesciti, ut, quid dicendum agendumve esset, omnino nescirent, quod ubi ægroto innotuit, quid tam consternati mustitarent, percontatur, acceptoque ab Episcopo responso, evanuisse, aut ex theca mirando quodam modo ablatam esse hostiam, regevit, omnipotentis & justissimi Judicis voluntate apud se esse, exsertaque lingua, omnibus eandem ostendit, quæ visa Præsul, agnitæque miraculo, pronus deum misericordiam, ægrotique condonationem, & apud deum intercessionem, cujus justia judicia non intellexerit, efflagitavit, moxque ægrotanti, jam in agone constituto, sacram impertit unctionem, aliæque conjuncta exspectabilia munia vite ubirit, quod evidentissimi loco est documenti, quantum grata sit Deo justitia & vigorosa pœnarum exsecutio. Cumque Sanct. Thoralens taliter aut huic non dissimiliter semet in taxandis & puniendis uliorum delictis gesserit, pro certo habendum, eum analogam etiam accepisse remunerationem, quorum itaque exempla omnibus proponuntur imitanda.

Cum hæc oratio a viro sui seculi doctissimo & arte concionandi instructissimo, festo omnium fere maximo, habita sit, tandemque, ut singulare quoddam facultatis concionatorie exemplum proponatur, & summis laudibus efferatur, de trivialibus, quæ minus docti, minoribusque instructi concionandi donis, proferebant, conjecturæ & judicia facile fieri possunt.

- (a) Supra Per. 2. Sect. 2. cap. 4. pag. 233-35 & Lit. I. exhibuimus constitutiones Vilhelmi Sabinensis quales tunc occurrerant, una cum versione Latina, cum vero postea apographum eorum in lingua originali in Cartophylacio b. m. A. Megnæi, ipsius manuscriptum videre contigerit, illud tale subjungimus:

Vilhelmus

Willhelmus misericordie divinae Sabinensis episcopus, apostolicae sedis legatus, omnibus praesentes literas inspecturis, salutem in nomine Jesu Christi. In partibus Norvegiae officio legationis fungentibus, inter alias miserias regni (quae multae sunt: quoniam terra tribulationis & angustiae est, constituta in novissimis habitati (habitantes) partibus aegilimis juxta id quod scriptum est: homo natus de u. b. r. t. v. u. m.) intelleximus ibi genitum populi, qui mirabiliter aratur, secundum quendam librum extraordinarium, in vulgari eorum scriptum, in diebus festivis ab omni opera temporalis, etiam urgentibus necessitatibus, abstinere. Cum igitur sicut nos ipsi vidimus, & corporali experientia disceptantiam terra illius probavimus manifeste) a dimidio mense Junii usque fere ad exitum Augusti, pluviae in partibus illis fuerint, ita quod nec arari poterant nec seminari commode, exceptis quatuor forte vel quinque diebus: nec tamen continuis, inlatae populi concitii; & ideo de consensu praetorum statuimus, & stabilimus, ut de cetero, non obstante consuetudine vel verbis supra-dicti libri, impune possint capere alecia, quandocumque piscationis illius obtulerit se facultas. Fama autem colligere, & annonae atque legumina, eis liceat diebus festivis: Si tamen per alias dies, propter intemperiem temporis, operari fuerit impeditum; ita tamen, quod si de hujus (modi) intemperie veritatem in dubium, utrum talis fuerit, propter quam debuerit, quod super-dictum est, concedi, nec ne, hoc dioecesani judicio terminetur. Intelleximus praeterea, quod vacantibus ecclesiis, episcopi quoadque earum redditus in proprios usus convertunt; quod omnino fieri prohibemus. Sed ponatur ibi per episcopum procurator seu procurator, qui fructus colligat, in utilitatem succedentium ministrorum vel ecclesiae convertendos. Quartam autem decimarum, quae ad utilitatem ecclesiae singulariter pertinet, integre praecipimus conservari: ita, quod nec episcopi, nec procuratores praedicti, ratione procuratoris suae vel accipere vel diminuire audeant nullo modo. Intelleximus praeterea, quod aliqui episcoporum possessiones ecclesiarum accipiant, & sibi appropriant, in prejudicium ecclesiarum & scandalum plurimorum; quod omnino fieri in virtute obedientiae prohibemus. Et si alicubi factum est, praecipimus eisdem ecclesiis restitui, cum fructibus, deductis expensis, perceptis. Et si forte ecclesia, cuius possessio fuerat, ad nichilum redacta est, vel destructa, ita quod restaurari non potest, inter vicinas ecclesias, quae pauperiores sunt, praedicta possessiones, dioecesani judicio dividantur. Et haec omnia auctoritate legationis, qua fungimur, apostolice praecipimus, & statuimus in perpetuum observari. Datum Bergis sedecimo kalendas Septembris, pontificatus domini Innocentii papae quarti anno quinto.

Willhelmus misericordie divinae Sabinensis episcopus, Apostolicae sedis legatus, universis christi fidelibus praesentes literas inspecturis salutem in nomine Jesu Christi. Cum in Norvegia legationis officio fungeremur propter verbum dei & coronationem regis, convocatis Archiepiscopo & Suffraganeis eius, qui vocari poterant, & aliis praesulis & clericis, nec non baronibus regni multas habuimus praedicationes publicas & colloquia multa cum Rege & omnibus supra-dictis, & de multis capitulis tractatum fuit inter nos, & etiam disputatum. Consideratis autem omnibus, invenimus ecclesiam regni Norvegiae in plena, quiete & pacifica libertate iurisdictionis cum causarum spiritualium, inter quocumque questio verteretur & omnium clericorum sine spiritualiter sine temporaliter ex delicto vel quasi contra ipsos questio moveretur. Similiter ius patrum in omnibus ecclesiis & capellis invenimus praedictam ecclesiam regni Norvegiae libert,

In gratiam quoque rudiorum ex suggestu publice annunciabantur sacra natalitiorum Christi (a), & tempus quadragesimale (b).

§. 28.

Et integre, Et pacifice possidere, exceptis tribus capitulis, de quibus questio erat inter Reginam Norvegiae, Et Episcopum Stavangrensem Super quibus coram nobis tractatum Et concordatum fuit, ut Regina in vita sua Et filii eius post eam habeant ius patronatus in eis, sed nullatenus transeat ad nepotes, sed ad Episcopum Et Ecclesiam Stavangrensem integre Et libero revertatur, quia Et tempore transactionis erat Ecclesia Et Episcopus Stavangrensis in eius possessione libera Et quieta. Electiones quoque Episcoporum Et omnium praelatorum libere invenimus fieri nullis requisitis laicis, per solos clericos, ad quos ius eligendi secundum iura canonica pertinet. Unde super hiis omnibus in predicatione publica monuimus universum populum coram rege Et Archiepiscopo Et Episcopis Et aliis praelatis regni, quod si quis haberet aliquid agere contra Archiepiscopum, recursum habeat ad dominum papam vel eius legatum. Si autem contra Episcopum archiepiscopo congeratur. Si vero contra clericum, adeat dioecesanum ipsius. Si vero laico moveatur questio de spirituali causa, apud dioecesanum episcopum congeratur. Ceterum si de causa temporali fuerit contra laicum questio, sive laicus sive clericus congeratur, apud dominum Regem vel eius iudices suam iustitiam prosequatur. Porro si quis contento iudice Et iudicio, ut supradictum est alterius possessionem vel immobilis seu iuris auctoritate propria Et voluntate attentaverit ingredi violenter, noverit se excommunicationis vinculo innodatum. Item excommunicamus ibidem singulos Et universos, qui contra Regem Et Regnum Norvegiae insurgere, vel pacem regni attentaverint perturbare. Item excommunicamus quicumque sanctimoniam interpellaverit de fornicationis peccato. Super istis autem excommunicationibus Et aliis, quas in regno Norvegiae fecimus, dioecesanis perpetuo committimus vices nostras, statuentes, ut quicumque inciderit in eas vel in aliquam earundem Et voluerit converti ad dominum Et satisfacere de peccato, dioecesanus eius ipsi iuxta ecclesiae formam beneficium absolutionis impendat. Datum Bergis XVII Kal. Septembris, pontificatus domini Innocentii papae quarti anno quinto

(a) Ita Nidarosiae simul agentes Arnas Thortlaci Skalholtensis & Jörundus Holensis Episcopi, testimonio dato prima temporis quadragesimalis hebdomade 1250 asseruerunt, quod coram se testibus juratis ex ordine clericorum confirmatum fuerit, quod semper audierint pacem natalitiorum Christi per Vicarium Archiepiscopi promulgatam fuisse. vid. SCHÖNNING *Beskrivelse over Troudbiedens Domkirke* cap. 14. §. 47. pag. 304. Quod quamvis ad Norvegiam pertineat, non dubitandum etiam in Islandia obtinuisse.

(b) Ita Johannes de Flandria, cujus supra Sect. I. cap. 9. §. 9. mentionem fecimus, cum praebandam S. Mariae Nidrotiensis discipiret, sed vir alienigena lingua Norvegicam

§. 28.

Jejuniorum numerus, hac idem fere fuit ætate ac in superioris Periodi historia retulimus, circa modum & multas transgressorum quædam tantum mutata observantur, quorum extantiora sunt: Nullis jejunii diebus, nisi cæna, fieri debuit; Primo die natalitiorum permittum, prandium & cænam sumere, imo etiam carnis vesci, quamvis in diem veneris incideret; Laboratoribus licitum fuit, a festo paschatis ad dies quatuor hebdomadam autumnales, quibusvis diebus jejunii, sola cæna & lacticiis uti; Ad jejunium quadragesimale morbidis, & qui annum decimum quartum non impleverant, non obligati fuerunt, sed ex consilio sacerdotis eleemosynam pro eo erogare debuerunt; Qui piscibus ederat, quando totaliter jejunare debuit, episcopo sex oras, qui lacticiis, duodecim oras, qui vero carnes, tres marcas solvere tenebatur; Si quis lacticiis eo die usus fuit, quo piscibus vesci permittum erat, nisi sacerdos id certas ob causas permiserat, episcopo sex oras, sed si carnes comederat, duodecim oras dare debuit; Si quis in jejunio quadragesimali carnes crebro comeditile convictus fuit, exilio multandus, omnisque ejus pecunia confiscanda fuit; Si pueri carnes comederant, sacerdos eos virgis cedere debuit, tutor autem, vel in causa fuit, tres oras expendere tenebatur; Potius autem carnis vesci licuit, quam fame perire, ideoque in his necessitas, & ignorantia tantum aliquid excusare potuerunt.

§. 29.

cam non cesseret, & Laurentius postmodum Episcopus Helensis hoc illi incommodum vernacula objeceret, & quæretet: Num etiam jejunium quadragesimale annunciare posses? hoc modo præfatus est: "Nú er koninu lentinn. hvern mann kristinn komi til kirkunn. góðri tína skripin. kasti burt kora sín. oc máki er gin fúck." Quorum verborum barbaritas & solæcismus sententium sensus esse debuit: *Jejunium quadragesimale adeo, quare quicumque homo Christianus templum frequentat, confessionem dato, ab uxore sua abstinet, (si videt, uxorem suam abiecit) & a quibusvis in bonis sibi caret. Lentu* Anglis denotat jejunium quadragesimale, & Germanis *der Lentu* ver significat; *machen* facere, est Teutonicum, & *fúck* a Germanorum *zuehen*, computare, descendere videtur, quamvis & hodie apud nostrates audiat *fúck* & *fúck* pro vita inordinata; quod posterius a *foade* descendere videtur. Interim mos & ritus, ejusque formula exhibet, qui mos ad nostra usque tempora durat. Vid. *Vitam Laurentii Episcopi* cap. 10.

§. 29.

Vota duplicia fuerunt, necessaria & voluntaria; Inter Necessaria censentur votum baptismale, sc. diabolum averfari, religionem servare, & mandata dei custodire; *Voluntaria* autem, quibus quis vover se datum aut facturum illa, quæ lege dare aut facere non tenebatur, quælia sunt, vitam cælibem agere, monasteria inire, peregrinationes sacras suscipere, & eleemosynas dare, quæ nemo rescindere, aut limitare potuit, sine consensu episcopi, qui ex necessitate voventis, & causarum mutatione, utrum solutio voti ipso melior, & deo acceptior esset, judicare debuit; Eleemosynæ autem, ut maximum misericordiæ opus, prædicantur, a deo enim misericordiam impetrare, & peccata sanare, tollereque creditæ sunt, non secus ac aqua ignem exstingvit, quæ licet libera essent, tamen quædam ab omnibus dari debuerunt, quales fuerunt, decimæ ex omni sua pecunia, tributum seu pecunia pro candelis in ara usitatis, denarius Petri, & oblatio pro mortuis; Tandem etiam inter eleemosynas numerabatur cibus quatuor diebus destinatus, quibus ab omni cibo abstinere debebant, quales fuerunt, vigilia diei parasceves, seu soteriorum, vigilia Sancti Olai, vigilia D. Mariæ, vigilia omnium sanctorum; Talem cibum aut ejus pretium, nemo sibi reservare, & in lucrum vertere debuit, fed egenis dandus erat (a).

§. 30.

Cruces, seu *Expeditiones cruciatae* in Islandia hoc tempore sæpius prædicatæ fuerunt: Initium factum est anno 1275. repetitum vero 1289, & deinde sæpius. Prima vice, plurimi crucem susceperant, sed quantum nobis innotuit, nemo militatum profectus est, omnes enim crucis dispersionem redemerunt (b). Sed cum altera & tertia vice tales prædicationes

C c c c 2

nes

(a) Vide *Jus Ecclesiast.* cap. 13.

(b) Seculo a nato salvatore 7. infausta Muhammedis progenies longe lateque victricis circumferre arma cepit, non tantum Persiam, sed Syriam, Ægyptum & Palestinam suæ ditioni adjiciens, tandemque ipsam Hierosolimam in suam potestatem redegit. Videntes autem christiani orbis Reges & Principes florentissimis provinciis diram incumbere barbariam, purioremque numinis cultum ibi in præceptis ire, ubi, ut maxime effloresceret,

nes instituerentur experientia docti, quid illæ sibi vellent, furdis auribus a plurimis excipiebantur. Decimæ autem Saladinæ, a nostratibus *Papa tiund*

refceret, par erat stabili, contra Muhammedanæ perfidiam & tenebrarum regnum, tandem incitante Pontifice Romano, ingens eos invasit cupiditas, Barbaris hæcæ regionis eripiendi; nihil enim magis munere suo dignum facere se posse arbitrabantur; Hinc Expeditiones illæ, quas *cruciatas* vocare moris est, enatæ sunt, nomen autem vel inde habent, quod, qui in eas profecti sunt, cruce signati fuerunt, quam rubeam de lana, palam in vestimento, ad humerum dexterum, mandato summi pontificis ferebant, vel quod in honorem Christi servatoris nostri, qui crucis supplicio nostra expiaturus crimina, affici voluit, susciperentur: Harum plures susceptæ fuerunt, sed ut plurimum infelici eventa; præterea eas, imprudentiæ, injustitiæ & superstitionis arguunt doctissimi viri, *HERM CONRINGIUS, & JOH. FRAN. BUDDÆUS* in *Dissertatione de Exped. Cruc.* habita Halæ, 1694, ex qua quædam horum in gratiam rudiorem mutati sumus. Prætextus itaque, quo initio has expeditiones palliabant Pontifices Romani, satis splendidus fuit, nimirum studium stabiliendi & propagandi religionem Christianam, sed vera causa fuit, ut suam illis stabilirent & auferrent potentiam & auctoritatem, neque in hoc eos spes sefellit, nam ex eo tempore Antiochenus & Hierosolymitanus Patriarcha ipsorum jugum subiere; Hoc pacto etiam vires Principum Europæorum attenuavere, spiritusque eorum fregerunt, adeo, ut suæ semper imbecillitatis conscii, ipsorum conatibus obviam ire non auderent; Taceo, his artibus non contemnendū pecuniæ summam, ipsorum oculis non raro illatam fuisse, nam plurimi expeditionis necessitatem redemerunt, & hanc rationem eventus statim comprobavit, nam Innocentius 3. crucis signum adversus Valdenses, ut adversus Turcas & Saracenos sustulit; Innocentius 4. adversus Fridericum 2. Imperatorem; Alexander 4. contra Gibellinos; Adversus Ladislaum Innocentius 7; obque id a Johanne Huiso Antichristus vocatus; Adversus Bohemos nomine Martini 5 Julianus Cardinalis crucem predicavit, sed frustra; Idem etiam contra Lutherum, ut faceret Cardinalis Voleterranus, Adriano 6 pervasurus, hoc semper Pontificibus Romanis in ore fuisse pestum, contendit; Et quis omnia enumerabit? Diversum hoc institutum fuit ab ordine sacro equestri *Crucigerarum*, quem Honorius 3. instituit, & Alexander 7. anno 1658. abolevit; Item ab illustri ordine *Cruciferorum* Borussia, ideoque cum illis haud confundendum. Expeditiones Cruciatæ nobiliores fuerunt.

Prima a Godofredo Bullioco Duce facta 1096. in cuius exercitu, cum Aniam ingrederetur, inventa sunt Peditum 1000. Equitum loricatorum cecidit. & hæc quidem expeditio ex animi sententia cessit, nam, quod caput causæ fuit, Hierosolytanum expugnavit, & Christianorum subiecerunt imperio.

Secunda anno 1101. rerum Hierosolymitanarum summam tenente Balduino, infelici plane eventa suscepta fuit, ingens enim exercitus Palaestinam petens, partim Alexii Græcorum Imperatoris perfidia, partim fame, periit.

Tota

tiund, feu *Decimæ Papales* haud inepte vocatæ, id est decima pars decimarum, aliorumqve redituum templis solvendorum, si non quotannis,
C c c c 3

fæpe

Tertia a Conrado Imperatore & Ludovico Gallix Rege, circa annum 1147. adornata fuit, quorum uterque clade haud mediocri a Turcis in Asia affectus, prodicione Emanuelis Comneni in Europam inglorius reversus est.

Quarta, a Friderico 1. Imperatore, cum Philippo Gallix, & Richardo Anglix Regibus, anno 1189. suscepta fuit; Imperator quidem Turcas non uno prælio vicit, victoriæ tamen fructu orbatus fuit, nam in fluvio quodam submersus est.

Quintam Henrichus 6 circa annum 1191 instituit, exercitum sexaginta millium sub duobus in Palestinam mittens, a quibus Saraceni prælio quidem victi sunt, pleaque tamen dissensione impedita fuerunt, & exercitus dissipatus est.

Sextam Innocentius 3. in Concilio Laterano decrevit, quæ circa annum 1217 suscepta fuit, tali eventui, ut plurimi fortissimi viri perirent, miserque fuit expeditionis exitus, nostris frustra post tot labores revertentibus. Hicce Innocentius 3. anathematis fulmen in cunctantes vibravit, & ut vibrarent, cæteris Christiani orbis Præsulibus injunxit.

Septimam Fridericus 2 circa annum 1223 adornavit, ad quam voto se obstrinxerat, sed quo minus voti plane damnari potuerit, penes Romanum Pontificem stetit fortur.

Octava, a Ludovico Gallix Rege circa 1248 incepta fuit, sed cum Tunzum classe pervenisset, peste, quæ in exercitu ejus grassari cepit, absumtus est; Pueri etiam in Gallis, nullis custodiis retineri potuerunt, quin impostorem quendam sequentes, ad repetendam S. Crucem, expeditionem in Palestinam inolverentur, sed ubi ad mare pervenerunt, dissipati sunt, & pene omnes perierunt.

Nonam Gregorius 9 in Concilio Lugdunensi decrevit, magnus Palaestina amator, e qua ad Pontificium venerat culmen, qui Rudolphum Imperatorem, Philippum Francix Regem, & Alphonsum Castilionensem, aliosque Europæ Principes ad recuperandam Palestinam invitavit, sed paulo post e vita sublatus, nihil ad rei summam profecit. Tandem, de hoc negotio, aliquid cogitarunt, sed parum vel nihil profecerunt, Nicolaus 4, & post eum Bonifacius 8, qui ideo Apameensem Episcopum ad Philippum Pulchrum Gallix Regem ablegavit, ut eo favore ad expeditionem cruciatam animaretur, sed res aliter quam Papa putabat, cessit, nam Rex Episcopum, durius se increpantem, in carcerem conjecit.

Nona ex his, quas enumeravimus, in Islandia prima prædicata fuit, ad quam Arnas Præsul suadendam more plurium gentium, viros probitate & integritate inelytos elegit; Nam primam Petrus Eremita, qui a reliquis Christianorum ex Palaestina ad Pontificem & Principes missus, expeditionem multis perivalit. Tertiæ expeditionis Svafo S. Bernhardus existit, nam litteris Evgenii in Franciam de sacra expeditione

sæpe tamen conquiritæ fuerunt (a); *Denarius* itidem *Petri*, ut obedientiæ signum a quovis exigebatur; de quo *Jus Ecclesiasticum* emphaticis hæc verbis ita Cap. 31. loquitur: *Quivis Christianus Pontifici Romano obedire tenetur, ideo, quisquis potest, Denarium Sancti Petri exponat, pro quovis homine unum nummum, sacerdotique tradat ante festum paschatis, aut aliud tantum, ut pro decem hominibus expendatur, quantum unæ æqualeat. Hanc pecuniam D. Petrus, qui Romæ est, habebit; quicumque vero hanc*

NON

expeditione perlatis, prædicationem crucis palam, summa contentione & gravitate instituit, veniit: dicens tempus, quo plenitudo gentium intrare deberet, ut omnis *Israël* salvus fieret. Suscipe ergo signum crucis & omnium pariter, de quibus corde contrito confessionem feceris, indulgentiam obtinebis. Similiter & *Urbanus 2* Pontifex, non adhuc soluto concilio *Claremontano*, indulgentiam cruce signatis, & idem signum accepturis, concessit, dixitque habituros post mortem felici martyrii commercium; Hocce vocarunt, non ære, sed voce ciere viros, sacrumque matrem, non cauta, non sonitu, non clangore tubarum, sed piis adhortationibus accendere.

- (a) In hujus rei testimonium est æpocha *Haqvini* Episcopi *Bergensis*, data *Jonæ* Episcopo *Skalholtensi*, hunc in modum: *In nomine domini amen. Noveritis universi presert scriptum visuri vel audituri, quod nos Haqvinus Dei gratia Episcopus Bergensis, collector generalis in regno Norvegiæ omnium ad Camerai Domini nostri Summi Pontificis spectantium, quocumque nomine censeantur, per venerabilem virum, Magistrum Petrum Gervasii Canonicum Viuavicensem, sedis Apostolicæ Nuncium, deputatum terræ presentium recognoscimus, nos ex certa scientia levasse recepisse & plenaria ac integraliter habuisse de discreto viro Domino Ronulpho, procuratore Venerabilis in Christo patris ac Domini, Domini Johannis, Dei gratia Episcopi Scalobolensis, nomine sub-filii, nec non & censu Petri de annis octo persoluto, summam pecunie infra-scriptam: imprimis videlicet nonaginta centenarios cum octo centenariis & septuaginta duobus ulnis de burello, quod *Islencha* sive *pakka-vedmaall* vulgaviter appellatur; item tredecim centenarios cum quinquaginta duabus ulnis de burello quod vulgo *Hamsnarvord* nuncupatur; item quadraginta uinas de burello quod *bragdar-vaad* appellatur in vulgari. Præter has autem summis nobis facta sunt plena fides, quod tres trecentenarii de burello, quod *Islencha* dicitur, in mari perierunt. De prædictis igitur summa sive summis memoratum Dominum Scalobolensem Episcopum, procuratorem suum, omnesque quorum interest, vel interesse poterit in futurum, nomine & auctoritate Apostolica, qua fungimur in hac parte absolvimus & quitamur, ac quitum sive quitum & absolutum pronunciamus per hæc scripta: de prælibatis summis ulterius non petenda eidem sive eisdem sinem remissionem & pactum facientes; salvo residuo quod remanet ad solvendum. In prædictorum igitur omnium testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum Datum Bergis Anno Domini millesimo trecentesimo trigesimo septimo in festo Sanctorum septem dormientium.*

non dat, & potest, ut &, qui accipit & aliquid ejus occultat, uterque a Papa excommunicatus (a).

§. 31.

Occasione expeditionum cruciatarum *Indulgentiæ* primo in Islandia jussu Jonæ Archiepiscopi Nidrosiensis, ab Arna Thorlaci & Jörundo Thorsteini, circa annum 1275. publice prædicatæ & venundatæ fuerunt, quod sæpius deinceps repetitum fuit, quas postea etiam ipsi episcopi non parce distribuerunt, nam Jonas Haldori, (ut alios taceam) in templorum encæniis, nunc 20. nunc 40. dierum indulgentias concessit (b).

§. 32.

Vigiliæ festorum, & pro mortuis, antea quidem introductæ & in usu erant, sed hoc temporis tractu magnum ceperant incrementum; additæ enim jam fuerunt vigiliis inferiæ pro mortuis; Illis tamen, qui in vita de iisdem caverant, quod ditiores haudquaquam neglexerunt, plerique enim testamentum in hunc usum aliquid destinarunt, gratis autem pro episcopis & sacerdotibus, ut patet ex Statutis concilii Norveg. Nation. anno millesimo trecentesimo vicesimo secundo, ubi cuilibet sacerdotei proximis duodecim mensibus post mortem episcopi, in gratiam animæ ejus octo inferias cum omnibus cæremoniis, sed pro anima sacerdotis cujusvis tres inferias,

(a) Hinc patet magnopere falli & fallere Historicos, qui Denarium Petri a solis Anglis solum fuisse volunt, ut & eos, qui tantum Gallos, Polonos & Silesios illis adjiciunt; nam anno 1305. ipse Rex Hæcon Magni filius eum, per quendam suum emissarium conquiri curavit; deinceps autem id per legatos Archiepiscopi Nidarosiensis factum est.

(b) *Indulgentiæ* primitus nihil aliud fuerunt, quam remissio pœnarum competentium, seu satisfactionis, peccatoribus concessa, quæ progressu temporis, in turpissimam simoniam & hæresin degeneravit, quando Pontifices Romani plenariam, non tantum præteritorum, sed & futurorum peccatorum remissionem, in multos annos vendiderunt, cuius rei in Historia Ecclesiastica, ante seculum novum nec vola nec vestigium existat: Erant autem *Indulgentiæ* duplicis generis, *universales* & plenissimæ, solis Pontificibus Romanis competentes, quæ non tantum per totam vitam, sed per multa annorum millia post hanc vitam, & post mundi interitum extendebantur; *Particulares* autem indulgentias dare, competebat Archiepiscopis & Episcopis, quæ non nisi centum, Sexaginta, quadraginta vel viginti annos tangebant.

inferias, adhibitis itidem omnibus consuetis cæremoniis, celebrare, injunctum fuit.

§. 33.

Sepultura, nunc ut antea magna cura fuit; hinc expresse mandatum erat, ut quivis christianus in sacro cœmiterio sepeliatur, non autem in templo, nisi permisso episcopi: In eo autem cœmiterii, loco terræ funera erant mandanda, quem indicaverat templi sacerdos; In ejus etiam templi sepulchro quivis erat humandus, in cujus parœcia vixit, nisi rationis & sermone compos, sepulturam in alieno elegerit, templi parochialis jure haudquæquam, quo ad oblationem, diminuto. Hinc, qui mortuum alibi quam in cœmiterio humaverat, exhumare & in sepulchro sepelire, episcopo autem tres oras pendere tenebatur. Qui mortuum in via invenit, & sepulturæ officium neglexit, aut si quis ei necessarium auxilium præstare detrectavit, similiter etiam, qui in cœmiterio funeri locum denegavit, singuli episcopo tres oras solvere debebant. Mulierem prægnantem, non tantum in cœmiterio, ut alios christianos condere licuit, licet uterus ei non caderetur, & infans amoveretur, sed etiam ejus, quæ partum enixa erat, licet a sacerdote consuetis cæremoniis in templum non esset introducta, si modo mulier ardentem candelam tenens, mortuæ funus antecederet, cadaver templo inferre, & deinde in cœmiterio humare licitum fuit. Sepultura omni tempore fieri potuit, nisi festo natiuitatis Domini, die pasceves & festo paschatos; Hinc, si ultra quintum diem citra necessitatem dilata esset, episcopo tres oræ debitæ erant; qui autem in causa fuit, ut cadaver insepultum putreficeret, omnibus bonis privandus erat, nisi scelus aliter expiaret; qui autem necessitate impeditus, funus ad templum vehere non potuit, tum in folitaria domo asseri impositum id suspendere debuit, ne terram attingeret, usque dum sepeliendi occasio semet offerret. Pro sepulturæ pretio, binæ oræ, sed pro sepulturæ cantu, unica, solvendæ erant; ob harum autem defectum sepulturam denegare non licuit; In cœmiteriis autem illicitum erat condere maleficos, proditores domini sui, sicarios, sædisragos, fures damnatos, mercede ad nocendum aliis conductos, prædones, excommunicatos, qui se ipsos interfecerant, qui falsam religionem foverant, & aliis prædicaverant, manifestos facinoratos, adultos non baptizatos, & infant-

tes,

tes, qui ante baptismum decesserant: Hos in loco solitario procul ab hominum domiciliis, & extra teli jactum a sepimentis aræ, imo, nec in agris nec pratis, nec prope rivos, qui ad domicilia hominum fluunt, sepelire licuit: Qui hos ad templum devexit, aut in cæmeterio sepelivit, episcopo tres oras solvere debuit, mortuum autem, modo ossa ejus ab aliorum christianorum discerni possent, exhumare tenebatur.

§. 34.

Juramenta hoc tempore caute & sobrie exacta, soluta & usurpata fuisse videntur (a), quæ pro causâ gravitate vel *Majora* vel *Minora* vocabantur: *Maxima* dicta fuerunt *Tylstær Eidr*, id est Duodecim sacramentalium Juramentum, quo reus seu criminis insimulatus, cum undecim aliis, vel a judice denominatis, vel etiam adscitis (Danice *Sandemænd*) juravit se a crimine vacuum & infontem esse. *Minora* erant, cum sex, quatuor, vel etiam in rebus minimi momenti, duo tantum e'us juramentum, secundum suam conscientiam verum & licitum esse, jurejurando confirmarent.

-
- (a) Ita de his loquitur *Jus Ecclesiasticum* cap. 34. *Ut rapida stultorum hominum precipitantia cõtrahatur, qui bæcenus verba & juramenta ante causâ legitimam probationem improvide protulerunt, tam in agendis causis, quam in defendendis; Hic jussum est, si aliqua causa dubia sit, quæ celatur & ad concordiam componi non potest, causa ab eo inspicatur & judicetur, qui causâ legitimus judex est, ut reus coram judice suo accusetur, illud enim judicium illegitimum est, & pro nibilo habendum, quod ab eo fertur qui causâ legitimus judex non est; Qui vero causam agit & accusat, suam assertionem probet, nisi reus aliquam rem in sua negatione quam pro se & probare teneatur. Et cap. 33. Quamvis vero de juramentis multa sint observanda, tamen precipue tria sunt, quæ accurate perpendi debent: Veritas cum bona conscientia, ut id solum juret, quod novit & credit verum esse coram deo: Ratio cum bona deliberatione, ne precipitetur, aut sine necessitate juret: Justitia, ut quisquis id juret, quod rectum est; quicumque vero in hoc malitiam aliquam aut mortiferum peccatum peragere statuit, peccatum committit, quod illegitimum est: hoc tamen juramentum dissolvere debet, & absolutionem accipere. Perjurii pœna erat, ut qui solus falsum juramentum dixerat, episcopo tres marcas expenderet; si vero plures ad pejerandum pellexerat, pro quocunque eorum sex oras daret.*

D d d d

marent. Dabatur etiam juramentum *folitarium* (a), sed raro, & in percauis causis (b).

§. 35.

Templorum, rerumque ad sacros usus destinatarum cura, nunc ut antea, penes Episcopos fuit, eo tamen discrimine, ut *Majora*, seu quæ totum fundum possidebant, post conventionem, quæ inter Ericum Regem Norvegiæ & Arnam Episcopum Schalholtinum, Augvaldsnefi in Norvegia, Anno 1297. consentiente Jorundo Archiepiscopo, facta fuit, sub episcopi potestate essent, adeo, ut episcopus, illa, seu omnes tales præbendas, ut fevda seu prædia beneficiaria (c) cuiuscunque libuit, conferre posset: *Minoræ* autem seu pauperiora, quorum fundos laici dimidiatis vel

ultra

(a) Ex. gr. Si quis se infantem baptisasse diceret, nullis autem testimoniis id probare posset, veritatem solitario juramento firmare debuit; Item si quis perjurii convictus, se, id, quod tum verum putavit, jurasse affirmaret, solus sese eodem modo purgare debuit. Conf. *Jus Ecclesiæ* cap. I. & 23.

(b) De caeremoniis & solemnitatibus juramentorum sequens periocha e Codice membranæ toties nobis citato No. 351. Folio exstat: "Hverr sá sem suerr úsaran eid ok rángan. Þá gerir hann þrá luti, fyrst sem hann segi at öll þau ord er ritad eru heilug í þessi bók. Þá verdi mer alldri til hiálpur luarki ný lög ne forn. ef ek lýgr í þessum mínum eidstaf. Sá er anuarr lutr er hann leggtr hendr sínar upp á bók sem hann suo segi. at öll mín góðwerk er ek hefer gert verdi mer allin til nytsemdar í augliti guds ef ek segi æi satt í mínum eidi. Þridi lutr er sá er hann kyllir bókina sem hann suo segi, at allar þær góðar brænr er ek hefer bedit þærastadir ef ek lýgr í þessum mínum eidstaf." Id est: *Quicumque perjuratus & perjurium dixerit, is tria committit: Primo, idem est, ac si dixerit: omnia illa juncta verba, quæ in isto libro scripta sunt, tam novi quam veteris testamenti, si hi verbis conceptis falsum juramentum deposuero, mihi nunquam salutaria sunt. Secunda dum manum libro imponit, idem est ac si dicat: Omnia mea bona opera quæ egi, si in jure hoc jurando verum non dixerò, nunquam mihi coram Deo utilia sunt. Tertio dum librum osculatur idem est ac si dixerit: Omnes bonæ preces, quæ in omnia mea salutem meo ore protuli, ut & Sanctorum intercessionem, si conceptis his verbis juraverandi verbis mentitus fuero, mihi nulli usui sunt.*

(c) Hinc nata hodièdum inter nos usitata distinctio inter Beneficia & Tempia Proprietarium: Beneficia vocantur illa, quæ totum fundum possident; sed Proprietarium Tempia, quæ uniusmodi fundi vel etiam minus possident.

ultra possidebant, eorum fundos & villas minores, iisdem conditionibus laici retinebant, quas primus fundator adiecerat; omnium autem tam minorum quam majorum templorum eorumque tam mobilium quam immobilium bonorum curam & supremam inspectionem gerebat Episcopus (a).

§. 36.

Templo perfecte exstructo, licet non consecrato, sacra fieri poterunt. Si autem templum aut cœmeterium, sanguine in ira profuso, scortatione & libidine, sepultura hominis excommunicati, vel etiam seditione & verberibus, licet sanguis non maneret, inquinabatur, in eo sacra administrare nefas fuit, priusquam ab episcopo aqua lustrali, cantibus, usitatique cœremoniis esset purgatum; qui vero consecrationem petit, omnia ad eandem necessaria acquirere, & episcopo convivium parare debuit; Illud etiam templum, de quo dubitabatur, utrum unquam consecratum fuisset, omnino erat consecrandum: id enim non dici potuit iteratum, quod unquam factum esse scivit. Si altare corrueret aut e loco moveretur, vel aliquo modo turbaretur, similiter etiam, si lapis altaris frangeretur, omnino erant denuo consecranda. Cœremoniæ, quæ in templorum, altarium, lapidum & cœmeteriorum consecrationibus, ut & campanarum baptismationibus adhibendæ erant, supra expositæ sunt, quæ propter hic easdem repetere supervacaneum videtur.

D d d d 2

§. 37.

- (a) *Jus Eccles. cap. 4. Tempora, eorumque possessiones & omnes res ecclesiasticæ in Episcopi potestate sunt, ut & decima & dona, quæ quis pro salute sua deo & sanctis ejus viris legitime dat; nam laicis talium rerum, nisi jussu Episcopi, potestatem habere non licet. Sacerdotes & clerici templis addendi sunt, ex constitutione veterum templorum instrumentorum; Si vero templum exuratur aut labefactetur, ut restaurari necesse habeat, templum ibi edificandum est, ubi Episcopus permittit, & tam magnum, quam vult; Qui vero templum adificare vult, tantam pecuniam & dotem ei adulat, quanta ei & ministris ejus sufficere Episcopo videtur. Adificationem ita incipit, ut intra duodecim a labefactione menses, si possit, perfectum sit, ut in eo sacra peragi possint. Possessor fundi in vicu suo templum adificare tenetur, quisquis antea fieri curaverit, tum Episcopus, si placet, consecrabit. Qui vicum illum inhabitat, ut & operarii ejus, hospitesque, qui per noctem apud eum hospitium habuerunt, & qui permisso Episcopi decimas eo conferunt, quibusvis duodecim mensibus, eodem die ac consecrationis fuit, templi dedicationis diem celebrare tenentur. Deo omnes templa adificare debent, sibi vero ipsi ad lucrum vel potestatem nemini exstruere licet.*

§. 37.

Cum *loca sacra* tot tantisque cæremoniis consecrata essent, eorum *jura & sanctitas* summa habebantur, unde, non tantum templis & cœmeteriis, sed etiam territorio circa eadem asyli jura erant, adeo, ut quodvis templum, quod pleno jure gaudebat, ex omni parte, seu circumcirca quadraginta gressus, in honorem dei & hominum pacem possideret; Minora vero seu Capellæ 30 gressus, intra quem ambitum omnes æque ac in ipso templo tuti esse debebant; Hinc, qui in templo & locis consecratis pugnam ciebat, capite erat plectendus. & ex ejus bonis episcopo 15. marcæ solvendæ, reliquum autem fisco regio adjudicandum. Qui vero templum aut loca sacra cremavit, damnum restituere debuit, & ipso opere anathemati illigatus censebatur, a quo, nisi ab ipso Pontifice Romano absolvi non potuit; nec ulli licitum erat cum armis templum intrare, aut ad eorundem parietes fulcire, abacisque templi imponere, nisi arma amittere, aut eadem tribus oris redimere vellet: Quicumque autem aliquid deliquerat, & in cœmeteria aut templa confugit, ibidem ab omni vi & pœna tutus esse debuit, quicumque eum inde per vim dolum aut insidias extraxit. eandem sibi attraxit pœnam, ac si infontem ibidem occidisset, nisi reus avaritiæ ergo, & ad pecuniam lucri faciendam, aliquem in templo aut cœmeterio vulnerasset aut interfecisset, tunc enim templi tutela indignus censebatur.

CAP. II.

De re litteraria & litteratis.

§. I.

De hujus periodi *re litteraria* seu viris doctis, eorum doctrina, scriptis, scholarumque institutione & eruditionis propagatione verba facturi, ubi pedem figamus, vix invenimus, non quod nulli nulla profusus egerint & scripserint, aut nulla litterarum cognitione imbuti fuerint, sed quod eorum opera ætatem non tulerint, aut si supersunt, auctorum nomina secum non ferant. Ne autem nihil profusus habuisse, atque ideo
formam

formam operis & instituti rationem mutasse videamur, nonnullos, quorum fama tantum & nomina, non vero omnium, imo perpaucorum scripta ad nos pervenerunt, hic recensere eandem ac antea servaturi operis formam; primum Schalholtinis, secundum vero Holanis locum daturi.

§. 2.

Inter Schalholtinæ diœceseos *Doctos* aut doctrinæ amantes, primam sibi sedem vindicat *Arnas Thorlaci filius* meridionalis Islandiæ ab anno millesimo ducentesimo sexagesimo nono, ad annum ejusdem seculi nonagesimum sextum Episcopus, ob litem, quæ ei cum laicis intercessit de præbendis ecclesiasticis, quæ & lingua vernacula vocantur *Stader*, communiter dictus *Stada-Arne*. Hic non tantum pro seculi more ipse doctus fuit, nam in contubernio doctissimi viri Brandi Jonæi, Verensis primo Abbatis, postea vero Holensis Episcopi educatus & informatus, ipsius discipulorum ingeniosissimus existit; Ascensa autem Cathedra, statim non solum ludum litterarium aperuit. cui Oblaudum quendam, virum doctum præfecit; sed etiam ipse libris conscribendis operam dedit; Nam primo statim episcopatus anno Constitutionem quendam ecclesiasticam conscripsit & edidit, quæ ad calcem Juris Canonici, cap. 44. in quibusdam exemplaribus hodie legitur. Postea autem instinctu Jonæ Archiepiscopi Nidarosensis, universum Islandorum jus canonicum mutare & reformare aggressus est, integrumque Codicem *Juris Ecclesiastici*, ab Oblaudo, tum temporis Scholæ Schalholtinæ Rectore adjutus, adornavit, quod opus anno 1274. perfecit, & anno 1275. in leges inferri curavit, cui antea memoratam constitutionem locis convenientibus inseruit; Quod, licet primo a Regibus Norvegiæ prohiberetur, Archiepiscoporum tamen ope & imperio, qui illud approbabant, Regibus non omnino contradicentibus, ab incolis, præsertim in diœcesi Schalholtina receptum fuit, tandemque expresso & speciali mandato Regis Magni Smeck, dato 1356. in utroque Episcopatu vim legis obtinuit, quam etiam hodie in quibusdam retinet. Scripsisse illum etiam seu confecisse *librum daticum* aut rationarium quoddam templorum in diœcesi Schalholtina haudquaquam dubitamus. licet idem temporis injuria dudum perierit. De reliquis viri gestis alibi a nobis actum est, quæ hic inferere superfluum esse videtur.

D d d 3

§. 3.

§. 3.

Jonas Halthori filius, ejusdem diœceſeos ab anno 1322. ad annum 1339. Epifcopus, etſi natione fuit Norvegus, tamen inter Islandiæ eruditos & ſcriptores numerari meretur; Nam exſtant ejus conſtitutiones de ſponſaliis & matrimoniis contrahendis, ut & de eleemoſynis ex venationibus quæ diebus feſtis peraguntur (a). Sunt etiam auctores graviffimi, *BIORNUS* ſcil. de *SKARDSAA* & celeberrimus *TORFÆUS*, qui huic, quod in ſcribendis Hiſtoriis & conſervandis patriæ antiquitatibus diligens fuerit, magnum exhibent teſtimonium, ſed quid ſcripſerit, non indicant, quod nos ideo præteriit.

§. 4.

Jonas Sigurdi ejusdem diœceſeos quinquennalis antiſtes vir item doctus fuiſſe videtur, licet ob alia apud ſynchronos male audiat: Hic *catalogum* quorundam *templorum* omniumque eorum poſſeſſionum, primo ſtatim officii anno conſcripſit. Eidem, non ſine verifimilitudine tribuuntur quædam conſtitutiones, quarum non ultima eſt de *omnibus bonis* recte decimandis (b).

§. 5.

Girdero Ivari, dictæ diœceſeos ab anno 1349. ad annum 1360. haud pœnitendo moderatori, præter quorundam *Templorum Rationaria*, *Conſtitutiones* quædam *Eccleſiaſtica* adſcribuntur, quarum præcipua eſt de decimis ex fundis conductitiis, a colonis intra præſentiam ſolvendis, non vero a poſſeſſoribus extra eandem ſæpiſſime habitantibus (c). Cujus autem reliquæ Conſtitutiones ſint, utrum Jonæ Halthori, Jonæ Sigurdi, an vero Girderi, quas infra Sect. 3. cap. 5. Jonæ Sigurdi adſcribimus, variant auctores; Nos eas huic tribuimus, ſequentibus adducti rationibus:
 α) Quia in eorum principio dicuntur fancitæ in ſynodo generali, ſed certum

(a) Vid. infra Sect. 3. cap. 3. §. 2.

(b) Vid. Sect. 2. cap. 1. §. 2. Sect. 3. cap. 5. §. 2.

(c) Vide infra Sect. 3. cap. 6. §. 6.

tum est Jonam Sigurdi primum in Islandia synodos Norvegorum more habuisse. (β) Jonæ Sigurdi ab antiquis tribuuntur multæ innovationes, præsertim circa decimas, sed in his talia reperiuntur; Lubenter autem fatemur, habere etiam eos haud contemnenda argumenta, qui easdem Jonæ Halthori aut Girdero tribuunt, pleræque autem ex constitutionibus Eilifi Archiepiscopi, quas anno 1322 sancivit, derivatæ sunt.

§. 6.

Michaelem, licet a quibusdam doctrinæ laude celebratum, cum nulla apud nos ejus rei reliquerit documenta, tam libenter præterimus quam *Vilchini*, qui Schalholtinæ Ecclesiæ ab anno 1394 ad annum 1406 magna cum laude præfuit, merita grato animo agnoscimus. Reliqui ille *Codicem*, qui ab illo *Vilchinianus* nominatur, plerorumque Templorum, quæ intra diœcesin exstiterunt, fundos & possessiones, cujuscunque nominis sunt, continentem & describentem, qui anno præsentis seculi quadragesimo sexto regia auctoritate & edicto vim legis nactus, templis & pastoribus haud vulgarem præstat usum. Plura, sine dubio, egregius ille vir ecclesiæ navasset commoda, si non tam multis magnisque pressus incommodis, præmatura morte abreptus fuisset. Et hæc fere sunt, quæ de Episcoporum Schalholtinæ diœceseos doctrina, & rem litterariam juvandi conatibus, dicenda habemus, nisi quod plurimos horum, qui jam nominati sunt, cum ipsi litterati & litterarum amantes essent, Scholam seu aliqualem ludum litterarium domi suæ habuisse, valde est verosimile.

§. 7.

Locum post Episcopos proximum sibi vindicat *Runolfus Sigismundi filius*, Abbas Tychværens, vir doctus, magni nominis, & magna præditus prudentia, de quo ipsius patronus & informator Brandus Jonæus, Episcopus Holanus, dixit, cum comparisonem inter tres suos discipulos, Arnam Thorlaci, Jorundum Thorsteini, illum Schalholtinæ, hunc vero Holanæ diœceseos postea Præsulem, & Runolfum Sigismundi (omnes enim Synchroni, simulque in clientela & sub informatione Brandi fuerunt) Arnam, eorum, quos nosceret, esse præsentissimo præditum ingenio, Jorundum optimo pollere judicio, Runolfum vero tenacissima memoria & singulari

singulari industria ornatum esse. Anno 1264. patrono in Abbatia Tychvabænsi successit; Arnæ Thorlaci filio semper fuit addictissimus. ejusque, plus simplici vice, cum in Norvegia abesset, vicarium egit, quod Arnas grato semper agnovit animo, ipsiusque consiliis & ministerio in rebus magni momenti usus est. Post ejus obitum, cum Arnas Helgonis integrum quinquennium in Norvegia abesset, Runolfus denuo Episcopi vices in diœcesi Schalholtina egit. Anno 1303 in Norvegiam evocatus fuit, sed senii forte & ingravescentis ætatis excusatione usus, professionem declinasse videtur. Opera, quæ ejus nomen præferunt, nulla ad nos pervenerunt, quæ tamen, virum singularis industriæ, & plerumque in otio monastico degentem, aliqua adornasse, valde fit verosimile (a). Mors

ejus

- (a) Certe illius sub auspiciis sacerdos Grimus *Vitam Johannis Baptiste* lingua vernacula conscripsit, cujus ad Runolfum hunc epistola dedicatoria e Codice pergameno optimæ notæ Bibliothecæ Magnænoæ No. 233 Folio, digna est quæ hic legatur: " Urduligum herra Runólfi ábóta í Veri sendir Grímur prestur queldu guds ok sína sanna vináttu. Þess trúir ek ydr minniga vera. at þer bádu mik samanlefa ör líkama heilagra gudspjalla líf hins sæla Jóhannis Baptiste. oc setia þar yfir tilheyrilgar glósur leluar af undirdúpi omelíarum hins mikla Gregoríi. Augustíní. Ambrosíi ok Jeronímí. ok annarra kennifedra. Nú þú í huarki mælti fyrir mer gnótt klerklígra lísta edr náttúrugiöf hiartalígra uitimuna. ne loflígr uitimburdr fyrirfaranda lífs. ok adrir uóru stórmargir miklu betr til þessa starfs fallnir. sí ek öngus sök til þess er þer bundut þat mer á hendi. adra enn þá. at þer vnnut mer þess odrum framarr. sem þer lád mik odrum framarr þursanda. enn þat er atlausn andmarks. ef almáttigum gudi ok hans háleita fyrirrennara Jóhanni þetti nockut þess vert fyrir þenna samanburd. Hefir ek nú gort. at brottkastuðum ollum kinnroda. um þenna lut ydvarn bodskap. þó at ek víssa á mínu verki mundu sinnast morg ok stór górdarlyfi. Trúir ek at nockurum mönnum líf í i mörgum stöðum mörg ord yferfett. þar sem sí standa fyrir. gorda ek þú líu. at þat var yduart atkvardi. at ek bírti ord hans med glósum. Í annan stad trúða ek ef óböckfródir menn heyrdi hans hin sögru blóm. ok hinar myrku fígúr. at þeim myndu þar á þá leid ónytfamar sem gimsteinar eru súnum. ok at betra vrti at lýia hans spásögur ok skynfemdir. inorgum mánni til trúbótar. heldr enn at sinna heimskra manna þocka þeirra sem allt þickir þat lángt er frá crístráköppum er sagt. ok skemtaz framarr med skröklögur. Í þriðia stad lýnduz mer sí óskurdr her til heysa. at miklum löma miklir lutir. af þú let ek frammi allt þat er mer þótti af þessa dýra mánnz lofi her til heyriligt. ok þat sem ek trúða vitrum monnum myndu fogubót í þickia. Vil ek nú biddandi vera. at þer tákít þenna samanlestr til skodanar ok umbótar. zigi fyrir sunnar enn þat er þer budut

mer

ejus a plerisque refertur ad annum 1305. cum annis quadraginta duobus Abbatem Verenssem non sine laude egisset. Ejusdem vestigia legit, ipse in officio successor Thorlacus, Laurentium Kalfi, Episcopum deinde Holanum.

" mer þetta at gera, ok mer sýndiz sem þer séð. sakir ástar ok góðvilia ok vísdóm
 " á mannligr bóklitir ok guðligr röksemdir. til þessa starfs öruggir. ok vti muni
 " vera byrgd oll skynsamlig áleitni eðf samlendir manna. af þui aullu sem þer vilt
 " med yðrum skynsemdum veria. Sua vil ek ok einkannliga bidia. at þer æstir
 " þess almáttigan gud fúdur. at eigi taka ek fyrir þetta verk þínu sakir óðlirfúdar.
 " helldr ástauin andmarka fyrir yfirsetu. ok eptirlæti med ydr. ok þótt eigi unniz
 " til þess gipta. at ek verða í valdra manna tölu várs herra. mega ek þó fyrir árnadr-
 " ord fells Jóhannis með dómi berfýndugra manna forðaz bruna helúitis fyrir mak-
 " liga ok uidrkuemiliga idranir ávöxtu. ok bida fellar vánar í hinni fíttari fésits
 " drottins tilkuðna. Quod ipse p." Id est: *Grimus Sacerdos, reuerendo domino Ruolfo Abbati Verensii salutem dei, suamque veram amicitiam mittit. Credo te recordari, quod a me petieris, ut ex corpore sanctorum euangeliorum vitam beati Johannis Baptiste colligerem, eamque conuenientibus glossis ex abyssu boniliarum Magni Gregorii, Augustini, Ambrosii, Hieronimi aliorumque Patrum selectis illustrarem. Jam quoniam nec artium clericalium copia, nec conuatum sapientie donum, nec laudabile antea te vite testimonium me commendabat, alii vero quam plurimi huic negotio longe aptiores presbo erant, nullam aliam vidi rationem, cur hoc mihi commiseris, quam quod id mihi pre alii indulgere voluisti, quo me pre alii indigere cognovisti, remissionem puta peccatorum, modo deus omnipotens, & laudabilis ejus precursor Johannes hanc compilationem tale quid mereri censerent. Discussio itaque omni genarum rubore, tuo hac in re mandato parui, quamvis multos magnosque nexos in hoc meo opere deprehendi posse non ignorarem. (Inprimis) suspicor, nonnullis visum iri, me variis in locis multa verba profudisse, ubi in sexu pauca tantum exstant; Id vero ideo feci, quod tuum fuit mandatum, ut ejus verba glossis illustrarem. Deinde & elegantes illius flores, figurasque reconditas, illiteratis, si talia audirent, haud secus ac gemmas suis, inutiles fore existimavi, adeoque satius esse vaticinia ejus & ratiocinia ad fidem multorum emendandum illustrare, quam saturum hominum, quibus omnia illa que de Christi athletis referuntur, proluxa videntur, quique majorem et fabulis delectationem capiunt, opinionem curare. Tertio sententiam magna decent magnos huc quadrare censui, unde ex pretiosi hujus viri laudibus, omnia que huc pertinere mihi videbantur, quaque historie perficienda inservire sapientes viros judicatos credidi, in medium protuli. Te itaque jam rogo, ut hanc compilationem revidendam & emendandam suscipias, idque non aliam ob causam, quam quod mihi hoc faciendum inuinxisti, & quia ob amicitiam, benevolentiam, & tam in humanis artibus, quam diuinis argumentis eruditionem, ita ad hoc opus instructus mihi videris, ut omnis vaticinabilis nostratum impugnatione, ab omni eo quod tuis ratiociniis defendere volueris, ex-*
 laue

Eccc

lanum, dulcedine litterarum captus, diu secum retinens, qui ipsum Abbatem, aliosque monasterii alumnos, linguam Latinam aliasque artes liberales docuit.

§. 8.

Nec omnino omittendus est Magister *Oblaudus*, ut puto, Vegardi filius, quem Arnam Thorlaci filium anno 1269. cum cathedram Scalholtinam ascendit, secum ex Norvegia adduxisse ferunt, ludoque litterario, quem Scalholti instituit, præfuisse; quo officio fungens, manum & operam Episcopo commodavit in conscribendo *Jure Ecclesiastico*, cuius crebram antea fecimus mentionem. Paulo post Norvegiam repetiisse, & Canonicum Nidarosiansem factum esse, verosimile est; Nam in litteris Bonifacii 8. ad Bardum Svarti Canonicum Bergensem. datis anno 1297. inter Canonicos Nidarosianeses Jorundi Archiepiscopi adversarios nominatur. Hinc, aut rixarum, quæ inter Canonicos & Archiepiscopum vigeant, pertæsus, aut etiam Archiepiscopi iræ cedens, denuo in Islandiam venit, Holisque sedem fixit, nam a Jorundo Episcopo ludo litterario, qui ibidem, eo sedente, floruit, præpositus fuit, tantique ab eo factus esse dicitur, quanti antea in Norvegia æstimatus fuerat. In hac statione fuit, cum Visitatores Laurentius & Biornus anno 1307. Hols venirent, & quoniam Laurentius ipsi & complicitibus, iussu Archiepiscopi Nidarosiensis bullam excommunicationis publice quondam prælegerat, ideo eum nunc, non tantum obliquis aspexit oculis, sed etiam fannis & dictariis excepit. Quid de eo posthac factum sit, nos fugit.

§. 9.

Huic addendum ducimus *Eisleinum Asgrimi* filium, monachum primo Tychvabænsi, ubi a Jona Sigurdi filio anno 1343. una cum fodalibus

lære merito debeat. Adhuc, impense vogo, velis omnipotentem deum patrem orare, ne pro hac opera propter temeritatem cruciatus subeam, sed veniam potius impetrum peccatorum, propter assiduitatem & obsequium tibi in hoc præstitum, & quævis ea mihi non contingat felicitas, ut in numerum electorum domini nostri referat, per intercessionem tamen beati Johannis, notiorum peccatorum iudicio, æstam infernale debitorum & convenientium penitentiae fructuum ope vitare, beatamque in ultimo ipsius domini adventu spem expectare mihi concedatur. Quod ipse p.

sodalibus Magno & Asgrimo, qui anno superiore contra loci Abbatem seditionem moverant, ipsumque verberibus male mulctatum, e monasterio eiecerant, multaque ob alia flagitia, quorum infimulabantur, ferreis catenis compedibusque constrictus fuit. Ab Episcopo post factam penitentiam seu exantlati pœnis competentibus dimissus, monasterium Helgafellense ingreditur, sed quomodo se ibidem gesserit, memoriæ proditum non est, nisi quod anno 1352 inter Girderum Episcopum ex una, ex altera autem parte Eisteinum & Olauum Islandiæ Præfectum, ingens orta est discordia, quæ in conventu, qui eodem anno Scallholti habitus fuit, aliquatenus sopita est. Circa annum 1353. in Norvegiam transfisse, & membris monasterii Helgafetrensis usque ad annum 1357 adnumeratus esse perhibetur, quo, ab Olao Archiepiscopo, una cum Ejulso Brandi Canonico Nidarosiensi, ut Generalis ecclesiarum Visitator in Islandiam missus fuit, ubi sub specioso visitationis nomine, varias exactiones & mendicationes exercebant. Anno autem 1358 discordiarum ignis inter ipsum & Girderum male sopitus & sub cineribus latitans, in apertum incendium erupit, quod eo processit, ut Eisteinus Præsulem probrosius profcinderet carminibus, & in Norvegiam abiturus, ad causam coram Archiepiscopo dicendum, dicam impingeret; Ille vero anathematis fulmine adversarium percutiens, professionem prohiberet, quod Eisteinum ita perculit, ut supplex gratiam peteret, & sinceram penitentiam restaturus, insigne illud poema, quod communiter vocatur *Lilla*, in sanctæ virginis honorem componeret (a). Fuisse hunc Eisteinum turbulentæ & contumacis ingenii res ipsa loquuntur, sed quod simul præclaris animi dotibus præditus fuerit, vel inde patet, quod non tantum Archiepiscopus arduum visitationis munus ei concediderit, sed & a Girdero hoste infensissimo, quem gravissime offenderat & læserat, summo honore tractatus fuerit. Nam anno 1353 post priorem offensionem quartam occi-

E e e e 2

dentalem

- (a) Insigne illud poema, centum strophas continet, iudicio summi viri *A. MAGNÆ* beatiss. mem. omnium poetarum scriptorum quæ medio ævo inclauerunt, perfectissimum. Bis ex typographia Holana publici juris factum est, primo anno 1612, & deinde 1748. Sed eodem iudice, quantum per doctiss. viri *ARNGRIMI JONÆ* correctionem, fermentum Pontificiæ Religionis amisit, tantum etiam a nativa seu originali suavitate & poetico flore degeneravit, quare nos etiam illud Per. 4. Sect. 2. cap. 1. ubi de Mariolatris sermo erit, exhibebimus. Plura quidem Eisteino tribuuntur poemata, sed cum dubis sint auctoritatis, nos eorum receptionem omittimus.

dentalem & australem visitans, Eisteinum inter alios magni nominis viros secum habuit, quorum ille primus semper nominatur, & anno 1359. in Norvegiam transiturus, ipsi Officialatum seu Inspectionem Quartæ occidentalis commendavit. Anno 1360. Eisteinus Norvegiam petens, cæli falique inclementiam per diu patitur, tandemque ad inculta Halogalandiæ delatus, naufragium facit, ex quo ægre evadens, amissis omnibus bonis, Nidarosiam nuper ingressus, ibidem 1361. animam exhalavit.

§. IO.

Tandem non omnino prætermittendi videntur quidam politici ordinis viri, qui ecclesiæ aut reipublicæ litterariæ aliquid utilitatis adulerunt, quales fuerunt *Sturla Theodori*, *Thorvardus Thorarini*, & *Jonas Nomophylax*, quorum opera ad conscribendum & reformandum *Legum Codicem*, eundemque popularibus, si non obtrudendum, saltem commendandum, usi sunt Potentissimi Norvegiæ Reges, Magnus *Lagabæter*, ejusque filius Ericus, a quibusdam *Prestabatare* seu *Misocleros* cognominatus. Sed cum de *Sturla* & *Thorvardo* alibi actum sit, hic tantum de *Jona* quædam memoranda veniunt. Cujas fuerit celebris hicce vir, Islandus an Norvegus, nobis non constat, prouiores tamen sumus ad eorum sententiam amplectendam, qui Islandum natione fuisse autumant, his potissimum inducti rationibus: 1) Quia non fit verosimile, reges prudentissimos, qui Islandos recentes subditos quibusvis blandimentis delinire studuerunt, iisdem alienigenam nomophylacem, ipsorum moribus insuetum, cum novo legum codice obrulisse. 2) Quia Jonas sapientissime in Islandia mansit, ibidemque sat splendidum habuit patrimonium; Nam anno 1288. vadimonium pro Arna Episcopo obiens, decimam annuæ usuræ partem viginti quatuor imperiales professus est: Sed hanc nostram sententiam nemini obtrudimus, nam rectiora edocti eandem mutare parati sumus; Nec certius est, quando primum Nomophylacis officium adierit; Plures id ad annum 1280. referunt; Nos autem, si Auctor *Vitæ Arnæ Episcopi* illam meretur fidem, ad annum 1275. eleuare non dubitamus; dicit enim modo laudatus scriptor, Arnæ Episcopum Regi Norvegiæ inter alia scripsisse anno 1276, Jonam Nomophylacem se in omnibus satis prudenter gerere, *Sturlæ* autem, (qui id temporis eodem officio fungebatur) auctoritatem senescere, aut minorem esse,

esse, quam præfens rerum status requirat. Anno 1279. ad externos abiisse videtur, nam anno 1280. novum *Legum Codicem*, qui ad hodiernum usque diem apud nos in usu est, & ab eo *Fonæus*, seu *Fons Bok* appellatur, e Norvegia adtulit, a quo tempore Nomophylacis officium ad annum 1299. continuavit, quo tandem exauctoratus fuit, sed quam ob causam, incertum est. Inter Islandiam & Norvegiam aliquoties commavit, nam ad annum 1294. notatur, quod ex Norvegia collegam nactus Thorlacum Narfi filium, Nobilium seu Domini titulo ornatus, reversus sit. Post exauctorationem Norvegiam quidem petiit, restitutionem forte recuperaturus, sed re infecta anno 1301. reversus. In contentionibus, quas episcopi cum laicis habuerunt, licet laicis haud obscure faveret, prudenter se & medium sæpe gessit; Anno enim 1286. litigantium reconciliatorem, & conditionum internuntium egit. Anno 1306. vitam cum morte commutavit.

§. II.

Historicorum, qui hæc tempora nobilitarunt, post *Sturlam Thordi*, de quo supra, Per. 2. Sect. 1. Cap. 2. §. 20. actum est, celeberrimus fuit *Hoikus Erlendi filius*, cujus materna genealogia in *Landnamæ* part. 2. cap. 25. a viro sapientissimo Gesto Oddleifi filio ad ipsum Hoikum usque deducitur, sed paternum genus Norvegicum fuisse videtur. Anno 1306. Nomophylax factus, cum Svenone Longo, ab exteris regia adferens edicta & rescripta, in patriam reversus est. Idem etiam in annalibus de eo, legitur ad annum 1308. scilicet quod cum Bardo Hogni Nomophylax & regionum mandatorum executor exstiterit, quod iisdem fere verbis ad annum 1310. repetitur, unde non absurde colligitur eum hac tempestate regii præfecti locum tenuisse, aut ejus vices gessisse. Anno 1308. Arnæ Helgonis Episcopo Scalholtino svafor fuit, ut in emeritorum & ægrotorum sacerdotum gratiam, nosocomium Gaulveria-bajæ institueret; Quod autem ipsi apud posteros maximam laudem conciliavit, fuit *Landnamæ* concinnatio, de quo opere ipsa *Landnama*, sub finem, Part. 2. cap. 15. hoc modo loquitur: *Recitate jam sunt Islandorum Origines, pro ut viri docti easdem litteris mandarunt. primo Arius sacerdos ille Sapiens Thorgilfi filius, & Kolskeggus Sapiens; sed hunc librum scripsit dominus Hoikus Erlendi, secundum exemplar quod scripserat Sturla*
Eeee 3 *Nomo-*

Neanophylax Theodori filius, vir sapientissimus, & alterum illud, quod scripserat Stirmerus Sapiens, omnia illa sua faciens, in quibus consueverant, & id ex quovis excerpens, quod reliquis uberius habuit, ideoque non est mirandum hanc Laudnam alii esse proluxuram. Publicis typis hoc opus mandatum fuit Scalholti, anno 1688. obiit Hoikus anno 1334.

§. 12.

De Holanæ ditionis *Eruditis* aliquid pro instituti ratione dicaturi, primum locum concedimus ejusdem diœceseos Episcopis, *Jorundo Thorsteini, Audino Ruffo, Laurentio Kalfi, Egillo Ejulfi, Jona Skalle, & Petro Nicolai*, doctis utpote & doctorum doctrinæque promotoribus, plerique enim eorum ludum litterarium domi suæ instituerunt, cujus alumnos & ludimagistros proprio ære & sumptibus sustentarunt, unde non paucos bonæ frugis viros, qui ecclesiæ & reipublicæ utilem postmodum navarunt operam, proditiisse probabiliter concluditur: Quidam etiam viva voce alios erudierunt, & pædagogico officio functi sunt, quod de Laurentio & Egillo certum est; Quidam vero scripta & publico conducibilia opera reliquerunt, qualia sunt *templorum rationaria* ab Audino 1318, Jona Skalle anno 1360, & Petro, circa annum 1394. conscripta, quæ hodie supersunt, publico haud vulgarem usum præstantia, sub quo circa annum 1399. Scholæ præfuisse videtur Dominus Johannes Doctor Decretorum. De Laurentio itidem litteris mandatum est, quod scriba fuerit peritissimus, inque legendo & lecta annotando assiduus. Dolendum itaque est, labores viri docti injuria temporis ita periisse, ut nihil quidem eorum supersit, aut ad nos pervenire potuerit.

§. 13.

Horum exempla alii quidam imitati sunt, quorum non ultimus fuit *Gudmundus* Abbas Thingorensis & *Thorlacus* Abbas Thveraensis, qui vocato ad se Laurentio Kalfi filio, ut monachos suæ curæ commissos erudiret, in quo ille tantum profecit, ut utrumque monasterium secum in studia raperet, ita ut monasterium Thingorense, sub Gudmundi modera-

moderamine perraro doctiores habuerit alumnos. Præ aliis vero laudatur *Bergus Socki filius*, post modum Abbas Thveraënsis factus, qui tantam sibi eruditionem comparasse dicitur, ut multas Sanctorum Vitas egregie composuerit (a). Ad hæc tempora etiam referendi sunt *Biarnus Abbas Thingorensis*, *Biarnus Hoskultadensis*, *Thorsteinus Illugonis*, *Kodranus Hraní filius*, *Sniolfus Sumarlidi filius*, *Thorsteinus Halli*, *Joras Kólvani*, *Paulus Thorsteini*, *Thormodus Thorkeili*, qui omnes viri docti evaserunt, & ecclesiæ utilem præstiterunt operam, aliiqve sacerdotes, quorum numerum inire non minus erit longum, quam tædiosum, præsertim cum nulla eorum scripta aut opera recensere valeamus.

§. 14.

Sed omnibus aliis dubiam reddunt prudentiæ & virtutum palmam nobile par sacerdotum, Haslidus Steini, ejusque filius Enarus Haslidi. *Haslidus*, postquam scholam Thingorensis sub Vemundo Abbate frequentaverat, & per legitimos gradus ad sacerdotium usque ascenderat, quod ei Arnas Scallholtenfis contulit, in Norvegiam transit, ubi tantam eruditionis famam adeptus est, ut Erici Regis Aulicus Concionator constitutus fuerit, quo officio fungens, cum Margareta Erici Regis filia, ad capeffendum, morte avi vacuum factum Scotiæ imperium, e Norvegia in Scotiam proficiscens, magna pompa & sacra instituta processione deduceretur, omnisque clericorum turba ad augendam solennitatem convocata obmutesceret, quod diutius caneret non facile inveniens, ille reliquis promptior extemplo intonavit: *Veni Sancte Spiritus*, quo, aliisque ejusmodi, sibi non vulgarem gratiam apud Regem conciliavit. In Islandiam reversus, primo monasterii Thingorensis, deinde autem, plus simplici vice, Holanæ cathedræ Dispensator fuit. A Jorundo Holano Episcopo, viro sagacissimo, adeptus testimonium, quod illo meliorem patrem familias & œconomum prudentiorem neminem nosceret, cui,

ut

(a) Huic versionem *vite Olai Tryggvini* attribuit Codex pergamenus satis antiquus in Archivio Antiquitt. Holmiensi sub No. 1. Fol. reperiendus, ejus rubrum tale est: "Her byriar sigo Olafs kónigs tryggvasonar er brgrr ábóti snaradi." Id est: *Hic incipit Vita Olai Tryggvini, quam Bergus Abbas transtulit*, conf. supra Per. 2. Sect. 1. cap. 2. §. 23. & Per. 1. cap. 10. §. 2. pag. 80.

ut & Audino Ruffo, semper fuit carissimus. Præbenda Bredabolstadenſi diu fructus eſt, cujus templum & ædificia partim de novo exſtruxit, partim reparavit. Obit Anno 1319.

§. 15.

Patris veſtigia longe prætergreſſus eſt *Enarus Haſſidi filius*, natus 1307. Sexennis, ſeu anno 1313. primum ſacri ordinis gradum aſcendit (a). Sub Audino ſcholam Holenſem frequentavit; Sub Laurentio, ante Annum 1330. Diaconus factus, cui, ſecundum proprium Confeſſionarium maxime familiaris, & a quo moriente magnificis donis maſtatus fuit. Anno 1331. a Jona Haldori filio Scalholtino Epifcopo ſacerdotio initiatus fuit; Sed anno 1333. ab Egillo Holano Hofkultſtadenſi Parœciæ præfectus. Anno 1338. in Norvegiam tranſiſſe oportet, ſiquidem Jona Halthori filio morienti aſtitit, ſed ſeqvente anno in Islandiam remeſſe, nam eodem Gudmundo Abbati Thingoreniſi exeqvias ivit. Anno 1340. Holanæ cathedræ Diſpenſator conſtituitur, quod officium denuo anno 1345. & ſeqventibus cum epifcopi vicariatu in ſpiritualibus, conjunxit; Sed 1370. tantummodo Diſpenſatorem egit. Anno 1344. præbenda Bredabolſtadenſi beatur. Anno 1345. altera vice ad exteros abiens, uſque ad limina apoſtolorum pervenit, inde reverſus, aliquantisper Avenione hæſit; Hinc Lutetiam Pariſorum inviſit, deinceps per Galliam, Germaniam & Daniam, tandemque anno 1346. ſalvus quidem, ſed factò naufragio, domeſticos lares reſiſit. Anno 1361, cum borealis quadrantis incolæ Jonam Skalle ejecerunt, ab ejus partibus firmiter ſtetit, eiqve ideo percarus exſtitit. Anno 1391. cauſæ cuidam graviori illigatus fuiſſe videtur, in qua Archiepiſcopus ſecundum Enarum pronunciavit. Tandem

annorum

(a) Ad annum 1313. dicitur: " Vigdr Einar Haſſidafon Krúnuvigſlu " 3: *initus Enarus Haſſidi filius conſecratione corona*, ubi cogitare ſubit, tum ei primum coronam quæ noſtra lingua vocatur *krúna*, ſalam fuiſſe, ideoque hunc actum *krúnvígſlu* vocatum fuiſſe. In his *Annalibus* ad certos annos ſuorum parentumque ſatorum mutationem & res geſtas accurate memorat: Nec multum abſumus, ut a aut Egillo Epifcopo Holano tribuamus *Laurentii Vitam*, quæ ſatis concinne ſcripta eſt, maniſeſtum enim eſt ipſius authorem Laurentio fuiſſe perſonalem, quod de utroque horum verum eſt.

annorum satur, ad decimas Cal. Octobris 1393. animam exhalavit, Hōlis in templo cathedrali sepultus, anno ætatis nonagesimo quarto, officii sacerdotalis sexagesimo primo. *Annales* eum scripsisse omnino persuasi sumus, nam in quodam exemplari *Annalis*, qui a quibusdam vocatur *Antiquus*, ad annum 1306, hæc occurrunt verba: *Natus Enarus Haffliidi, in octava nativitatæ gloriose Virginis. Oro homo peccator, ut quisquis hæc legens aut audiens, intercedat pro me apud deum, ut in die extremi iudicii electis ejus adnumerer, & ut ipsius beata mater Maria, mihi in hora mortis opituletur, mihiqve apud benedictum suum filium misericordiam impetret! Ave Maria mater Domini mei, succurre mihi peccatori, hic & in futuro seculo! Amen.*

§. 16.

Thoroddo Runarum Magistro an hic locus assignandus sit, dubitamus, cum præter nomen solum, in vulgus fatis notum, nullæ ipsius eruditionis reliquæ aut scripta nobis in manibus sint (a). Multo minus de *Oddi Astronomi* ætate aliquid certi statuere audeamus; opera quæ adhuc superant, hæc ipsi tribuuntur: *Stiornu-Oddi Somnium*, quod Celeberrimus *TORFÆUS* fabulosum vocat, ideoque *Oddi* sapientia indignum, eiqve temere attributum; & *Stiornu-Odda-Tal*, Tractatus Astronomicus seu Calendarium perpetuum, quod in libello, dicto *Blanda*, occurrit, haud vulgarem eruditionem redolens. Sunt qui hunc libellum ad seculum decimum quartum referunt; Sunt &, qui eum antiquiorem faciunt, quorum sententiæ nos etiam subscribimus, eidemqve firmandæ, haud contemnenda argumenta in promptu sunt (b).

§. 17.

(a) Existisse aliquando hoc vel priori seculo *Thoroddum*, antiquarum *Runarum* collectorem, aut novarum inventorem, valde est verosimile; Sed quod ille aut quidam alius omnes *Runas* seu characteres ideo excogitaverit, ut antiqui nullis prorsus talibus signis aut figuris ad exprimendum animi sensus usi fuerint, non tantum tam absurdum est quam quod absurdissimum, sed & omni veritati historice repugnans, unum aut alterum tale Alphabetum, & forte plura, recens esse inventa libenter concedimus, sed non ideo sequitur, omnia commentitia esse, aut quod antiqui nullos habuerint characteres. Conf. quæ hac de re notavimus Per. 1. cap. 10. §. 8.

(b) *Oddum Astronomum*, virum fuisse sagacissimum, & circa christianæ religionis in Islandiam introductionem, longe ante seculum decimum quartum floruisse, nostra est sententiæ:

F f f f

§. 17.

Ex haftenus dictis fatis constat, qvalis hac tempestate fuerit literarum status, scilicet, quod quidam Episcopi scholam seu seminarium quoddam litterarum domi suæ instituerint, in quibus nonnullos educari & erudiri curarunt; Quorum vestigiis Abbates quidam insistebant, quidam vero id penitus omiserunt, litterarum nullam prorsus agentes curam. Artes vero quæ tradebantur, fuerunt, præter Grammaticam & aliqualem linguæ latinæ gustum, legendi, scribendi & canendi peritiæ; Qui enim in his aliquantum profecerant, doctis annumerabantur; Ad altiora autem spirantes, his addebant studium juris seu lectionem Decretorum Pontificum, de privilegiis & immunitatibus ecclesiæ, festorum celebratione, & id genus alia; Solidum autem Theologiæ, Historiarum, Lingvarum, Poëseos & Astronomiæ studium, cujus majores summopere dediti fuerunt, in fabularum & Legendarum compositiones degenerasse videtur: Nam præter Arnæ Thorlacidæ & Laurentii Vitas, & quosdam Annales, vix invenias hujus temporis scriptum, quod aliquam oleat eruditionem, & lectu dignum censeatur. Et si modo Episcopos, Jonam Halthori, Laurentium, aliosque exceperis, quorum neminem sua laude privandum existimamus, ne unum quidem reperire licet, qui cum Isleifo, Gissuro, Thorlacis duobus, Klango, Paulo, Magno, Jona Ogmundi, Ketillo, Brando utroque, prioris periodi episcopis compares; Nec ex clericis quenquam, qui Sæmundo, Ario, Lopto, Oddo, Gunnlogoque æquipares; Multo autem minime inter laicos, qui Kolkjeggo, Gissuro Halli, Jonæ Lopti & Snorrioni opponas, præter solum Sturiam Theodori, ejusque fratrem Olaum dictum *Hvitaskálda*, qui ad hanc potius quam superiorem periodum pertinere, quibusdam videri possunt, Enarus Haflidi, Hoikus & alii boni frugique viri, & pro modo seculi docti fuerunt, sed prioribus permultis parafangis postponendi.

sententia: librum vero, qui *Blanda* vocatur, seculo duodecimo aut decimo tercio conscriptum, sique calendarium Oddi, ab Oeldo Monacho aut alio quodam viro docto reformatum, insertum esse, eo usque statuimus, quo ad certiora edocti fuimus. Conf. supra Per. 1. cap. 11. §. 13. pag. 97.



Cum in antecedentibus diem virorum in hac & præcedenti Periodo laudatorum emortualem, sæpiſſime omiferinus, quamvis, ſi ille in hiſtoris annotatus fuiſſet, multis in locis chronologiæ lucem adferre poſſet, non abs re erit ſeqvences *Faſtos Necrologicos* hic inferere, unicos, qui Iſlandice conſcripti & viros plerumque Iſlandos liſtentes nobis viſi ſunt. Hi in Archivo Antt. Holm. exiſtunt inter Codic. chart. No. 76. Fol. manu Pauli Hallerii Iſlandi, qui illuſtr. Seeſfeldio quondam a Bibliotheca, poſtmodum vero cætus in Siazlandia Hageſtadenſis Paſtor fuit. *Faſti illi Necrologici* ſeculo adhuc decimo quarto ſcripti eſſe videntur, partim quia perſonæ hoc tempore recentiores ibi non occurrunt, partim etiam ideo quod *Succeſſio Regum Norvegiæ* in eodem Codice olim obvia, cum Magno Smek definit, cujus laudes carmine panegyrico Author canere exorſus fuerat. Diædi faſti ſive *Obituarium* tales ſunt:

Ad JANUARI.

diem 1. obitus Hakonar k. S. f.

8. o. Gregorius Dagsf.

9. ÞoRi (*initium menſis*).

14. o. Þeirra oddz þ. f.

16. ÞoRi.

18. f. (*natus*) Arnallr biſcop.

21. o. Johan Snorraſon.

22. o. Þeirra Þórgils, Bergs oc Asbiarnar.

25. o. Þeirra Kolbeins Granar.

26. o. Eyſteinn erkibiſkup.

6. o. Gotormr Erkibiſcop.

8. Góe (*initium menſis*).

11. Ketell preſtr Þórláksf. o. Jórúna Einarsd.

13. o. Haurdaknútr k. Saulveig M. d.

15. Góe.

18. o. Hallr G. f.

20. o. Styrmir preſtr.

21. o. Leggr preſtr.

22. o. Gudmundr Grís.

23. o. Holtti Þógrímsf.

24. o. Johan Erkibiſcop. Bárdr Lilia.

27. o. Klöingr episcopus.

Ad FEBRUARI diem.

1. o. Thorlacr Episcopus R. f.

4. o. Tumi S. f. o. Ingi k. Haraldz f.

5. Gudmund Hialtaſon.

Ad MARTII.

1. o. Herra Oddz Þorvardsf.

2. o. Gudrún Hreinsd.

Ffff 2

4. o.



4. o. Hrafn S. f. Þódr *presfr* Sturluf.
 6. o. Hallkell Abóti (*Abbas*). Sigurdr Er.
 8. o. Snorri oc Þódr Þ. f. Ketill Ketillsfon.
 9. o. Sverrir k. (*Rex*). Einmánodr (*initium mensis*).
 12. o. Halldi abóti (*Abbas*).
 15. o. Olafur júnkherra (*Domicellus*).
 16. o. Guðmundr *bis*cop. Þófridr Abóti. Einmánodr.
 21. o. Abfalón *Erkibis*cop.
 25. o. Bótólfr.
 26. o. Sigurdr kóngr Jórfalafari.
 28. o. Valldimar Danakóngr.
 29. o. Aartíd (*anniverfaria*) Einars Eiriksfonar.

Ad APRILIS.

6. o. Arbiörn Jónsfon.
 8. Sumar (*initium aestatis*).
 10. o. Þódrar S. f.
 13. o. Þóra Jónsd. Sæmundar. Guðmundar O. S. f.
 15. Bardagi (*prælium*) at Hólum. Sumar.
 18. o. Biörn Köggill.
 19. o. Tumi S. f. Haugneffbardagi (*prælium*).

Ad MAJJI.

1. Sörli *Erkibis*cop.
 5. o. Auzurr *Erkibis*cop.
 8. o. Valldimar Danak. (*Rex Danorum*).
 7. Brenna (*incendium*) Aunundar Þ. f.
 9. Anno domini MCCLXXX. o. Magnus k. H. f. Aslaci. Nicolai *Epis*copi Ton. . . . (*Tonsbergensis*).
 15. o. Augmundr Abóti (*Abbas*).
 18. o. Eiricr Svíakonóngr (*Rex Svecorum*).
 20. o. Arnallz *bis*cop. Bardagi (*prælium*) á Ilovöllum.
 23. o. Skúli Hertogi (*Dux*).
 26. o. Hreinn abóti.
 28. o. Gizorr *Epis*copus.
 31. o. Snorra Sturluf.

Ad JUNII.

1. o. Guðmundar Bødvarf.
 10. o. Sigurdr k. Mildr (*Rex Municipis*).
 15. o. Magnus k. E. f. Ormr k. b. (*Regis*)



- (Regis frater) Har. J. f. XVIII h. 8. o. Þórir Archiepiscopus.
 manna (ejus asseclorum). 11. o. Gudormr konóngr (Rex).
 18. o. Ari Þórgílsf. Alþingi (comitia 14. o. Magnus Episcopus G f.
 generalia). 18. o. Hákonar Erkebiscops (Archi-
 episcopi).
 19. o. Erlingr Jarl (Comes). 21. Fall (cædes) Sighvatr oc Sturlu.
 22. o. Scúli prestfr Þórsteinsf. Martyrizatus Eisteinn Rex.
 23. Alþing. 22. o Kolbeins oc Þórdar.
 24. o. Orœkia S. f. 24. o. Magnús Berfótz (Magni Nu-
 dipedis).

Ad JULII.

5. o. Isleifr biscop. Colr biscop. 29. o. Eysteinn Rex M. f. Bardagi
 7. o. Ketill biscop. Arni biscop. (prælium) á Helgastöðum.
 12. o. Þórlleifr Ormsfon. Mitsumar
 (medium ætatis).

Ad SEPTEMBRIS.

13. o. Rex Norvegie Eirikus. 1. o. Þórvaldr Gizurarf.
 17. o. Hallbera S. dóttir. 9. o. Olafur k. T. f. Kolbeinn T. f.
 19. Mitsumar. 13. o. Snorri prestfr Narvafon.
 22. o. Ketill ábóti. Kolbeinn Arn- 15. o. Biarne Episcopus.
 órsf. Helga Jónsd. 20. o. Magnus Gudmundarf.
 23. o. Sturla Þ. f. 22. o. Olafur Rex kyrr (Qvjetus).
 24. o. Helga Niculásd. o. Gróa Her- 23. o. Snorri S. f.
 mundarf. 24. o. Þórdr Tiggj.
 25. o. Hallveig O. d. 25. o. Haralldr kóngr Sigurdarf.
 27. o. Gizurr H. f. 27. o. Þórdr Andresf.
 30. o. Sturla Þ. f. o. Geirlaug Þórd- 30. Brenna (incendium) í Hýtardal.
 ardf. Magnus bíf. up. LXXII.

Ad AUGUSTI.

6. o. Ormr Jónsf. Þórvaldr S. f. 11. o. Þórdar Kacala, Vetr. (initium
 Brandr Episcopus. hynus).

Ad OCTOBRIS.

F f f f 3

14. o.

- 14 o. Haralldr Rex Gudinaf.
 15. o. Marcus lögmadr (*Nomophy-*
lus).
 17. o. Godormr Þ. f.
 18. o. Vetr (*initium hyemis*).
 20. Biörn Episcopus.
 22. Brenna (*incendium*) á Flugu-
 mýre.
 25. Magnus k. Gódi (*Rex Magnus*
Bonus).

Ad NOVEMBRIS.

1. o. Johan Loptzl o Haralldr
 Gormsf.
 2. o. Vígaftýr.
 5. o. Biörn Sturluf.
 6. Godný B. d.
 7. Sæmundar Jonsf. Asgrimr prestfr
 Ey.
9. Ari prestfr Fródi.
 13. o. Knútr k. enn ríki (*Rex Er-*
tus Magnus).
 23. Arni Oreida.
 29. o. Páll Episcopus. Oddr Svein-
 biarnarlon.

A& DECEMBRIS.

2. o. Gudmundr Þórdarf. Audun
 h. f.
 7. o. Guðrún Þ. d.
 14. o. Haralldr k. Gilli.
 18. o. Háconar konóns ens kórón-
 ada (*Haqvini Regis coronati*).
 19. o. Þórdr N. f.
 22. o. Qlifr Rex.
 30. o. Þórarinn Þ. f.
 31. o. Gudormr Eyólfsson.







